

RZ


631

Kassai királyi jogakadémia  
Könyvtára

Szekrény szám III  
Osztályzat α,

B.

168



Rr

251

kompletke, - karne:

ll nos.



Okresn. kn.	šk. kn.
Příl. č. 12842/964	
Sign. Rr-631	
Kč 200	
Odb. zn.	K
251	

Rev. 77

# HORTUS DIVINORUM ELOQUIORUM,

12842/964 Pro R2-631

Facilitate Concionatorum, o-  
perariorūmq; in vinea Domini  
evangelizantium perutilis.

*OPERA & STUDIO*

GEORGII FOGLAR,  
Electi Episcopi Serbiensis,  
Cantoris & Canonici Agriensis

conciannatus.

Anno M.DCC. XXIII.



A. K. REICHTSAE  
BIRLIOTHEK  
IN KASSEL

CASSOVIAE, Typis Academicis,  
Per Jonnem Henr. Frauenkem.

EXCELLENTISSIMO,  
ILLUSTRISSIMO,

REVERENDISSIMO  
DOMINO COMITI,

DOMINO  
G A B R I E L I  
ANTONIO ERDÖDI  
de MONYOROKERÉK,

Episcopo Agriensi, Comita-  
tuum Heves, & Exterioris Szolnok

unitorum Supremo, Eorundemq;, nec non  
Montis Claudii, & Comitatū Varasdinen-  
sis perpetuo Comiti, Sac. Cæsar. Re-  
giæque Majestatis intimo  
Consiliario, &c.

*Prælato Gratiostissimo.*



# Epistola Dedicatoria.



Ibi, Tuoque honori Horum  
excolui Excellentissime, ac Reve-  
rendissime Domine Präful, quia  
Tibi, Tuoque multis titulis Honori  
debebatur, tum ex eo, quod apprimi  
noverim Te amaritatem elegantiaque Hortorum delecta-  
ri: sed nec immerito: nam

In hortis datur & voluptas maxima  
Multisque mista commodis jucunditas.  
Oblectat Hortus, advocat, paseit, tenet,  
Animoque mæsto demit angores graves,  
Hortus salubres corpori præbet cibos,  
Variosque cultus sepe cultori refert,  
Membris vigorem reddit, & visum capit,  
Refert labori pleniorum gratiam. (excurrit.)

Ità Vivanus inter cæteras Hortorum laudes

Et sancè Hortorum culturā, studiūnque perantiquum  
imò cum orbe natum fuisse nemo ambigit, Deum enim  
ipsum plantasse ab initio Paradisum voluptatis, quem  
omnibus deliciis instruxerat, & arboribus, herbisque  
adornarat, Sacra testatur Scriptura Gen. 2. in quo po-  
suit hominem à se creatum, ut operaretur, & custodiret  
illum, ideoque operatione deliciosa, non laboriosa juxta  
S. Chrysostomi expositionem; néque enim desatigatus

## Epistola Dedicatoria.

fuisse Homo in illo statu, sed otium dantaxat honesto, & delicioso negotio effugisset.

De Assuere Rege memorant S. literæ, eum surrexisse è loco Convivii, & intrasse Hortum nemoribus confitum, Esth. 6.

Ad radicem Montis Oliveti Hortum fuisse, in quem Christus secedere consueverat, & in quo Judas eum tradidit, nulli dubitare licet, Matth. 27.

Hortos peregrines Babyloniorum à Semiramide exstructos refert Q. Curtius in Hist. Alexandri. M.

Diecletianum olera sua, & lactucas ad Salomonem prætulisse purpurae, & Sceptro Regio, testatur Lipsius L. de Constan.

Quidni Tu Excellentissime, ac Reverendissime Domine Comes in amoenitate, & elegantia Hortorum delecteris? Te enim aliunde nulla ludorum, venationum, nucupationum varietates recreant, nulla illecebrae a temperantia cursu dimovent, quia Tu totus seriis, ac publicis fidei, Patriæque curis laboribusq; indefessus incumbis, quos semper pro quavis occasione maximos capis, & molestissimos, ut inquietudine Tua multorum requiem redimas. Is enim est Tuus in promovendo fidei Orthodoxæ Patriæq; communi bono Zelus, illud studium ad reintegrandam Diœcem Tuam, que nescio quomodo afflata Heterodoxerum, eorundemque diverse Religionis Incolarum, pestilentis, & vafani furoris aura agre etiamnam contagionis nealum evitat, que in extrema, et ajunt regula, sive latere periclitabunda ante pastoralis gubernii Tui susceptionem hærebatur, is inquam est ardor Tuus, optimo citoq; innatus, & à natura insitus heroicis quibusdam resolutionibus in restaurandam, reintegrandam

que

# Epistola Dedicatoria.

Dicecesim Tuam, ut dum illi profis, omnes Tibi labore*s*,  
quos incredibiles capis, omnes molestias, quas infinitas  
devorare necesse habes, leves exsillimes, unus fere nostr*e*  
etate inventus, qui ut olim nescio quem Herculem mea-  
morant, nullis repulsi lantum malorum, laborum, &  
arumnarum agminibus terrearis, desatigeris, frangaris,  
sed (ut leviter interpole*m*) contra audentior exstes.  
Omnique incommoda constantia animi inaudita qua-  
dam pervadas, ac superes. Nec mirabimur post hac ubi  
Tuam operam sibi expetat ipse ante alios sacratissimus,  
& invictissimus Imperator ac Rex noster Apostolicus, qui  
te jam suum ab intimis creavit Consiliarium. Ut pro-  
inde tantis curis laboribusq*e* tuis pleniorum addas gra-  
tiam, in amicitate Hortorum Te oblectari aportet Prae-  
ful Excellentissime.

Et sane Hortensis studii non unus oranium finis, nea-  
una hortorum voluptas est. Quamvis enim ad hoc po-  
tissimum instituti esse videantur, ut subinde a senioribus  
mens ferietur, & velut deliciose otio reficiatur, dum cu-  
ris non nihil remissis gratuita naturae munera admiratur,  
variosq*e* illius lusus, & figuras, in tanta colorum, & odo-  
rum amicitate laudat. Unde & opificem ipsum ve-  
luti ex libro quodam benefica naturae agnoscit, & ad eum  
amandum exemplo magni Augustini suaviter impellitur.

Nilominus hanc voluptatem plerique alia, & alia fra-  
vitate condunt, ut qui non modò reficiendi corporis  
animiq*e*, relaxandi caus*a* Hortos subeunt, concinnant  
colunt, sed & id agunt potissimum, ut herbarum vires  
qualitates, ac genera penitus cognoscantur. In quene  
finem peregrinas stirpes, seminaque sub alio sole nata, ma-  
gna sollicitudine conquerunt, sovent, nutriunt.

Qua in re nunquam satis pro merito laudanda est Venerorum Resp. quæ Patavii Magno ære, studiogz Hortum medicum excollit, in quo exotica quævis, & peregrina toto Orbe adveclla non solum, sed & cætera officinis pharmacopeorum usitata florum, herbariumqz discrimina medicinæ operam navantes videant, excutiant, distinguant.

Habes Tibi, Tuoqz honori à me concinnatū Hortum Excellentissime, ac Reverendissime Domine Praeful, sed non Hortum Alcinoi, aut Adonidis, nec Tanali, aut Hesperidum, sed Hortum Divinorum eloquiorum, non terrenis, & marcescilibus, sed Divinum odorem spirantibus, & quia aeternæ veritatis, aeternum duraturis ornatum floribus, iisque non à peregrinis, longinquisque Regionibus emendicatis, sed ex ipsa rædice Sacrorum Bibliorum, eorundemqz vulgatae editionis desumptis, & per arcolas ordine alphabetico pro quavis materia distributis implantatum. Hortum quidem amœnum, simul ac utilem, necessariumqz, non quidem Tibi, subjectis tamen Episcopali jurisdictioni Tuæ Parochis in Cura animarum degentibus, iisque à potiori novitiis Tua dexteritate, & singulari industria introducitis plus missionariis, quam formalibus Parochis. His amplius mibi foret campus noviter in laudes Tui excurrendi, nisi innata verecundia Tua me prohiberet, quanta sollicitudine, & curâ statim in primordio Gubernii Tui amplissimam hanc Agriensem Diœcesim Tuam videns, eundem veris, ac legitimis Pastoribus animarum viduam, satagebas de sacerdotibus providere, ut errabundis Christi Sanguine redemptis animabus pabulo Spirituadi succurrere valeas: & quos singulari industria Tua

passim

Passim per comitatus hinc inde in locis magis necessariis  
inplantare fecisti, gratulabundus jam experiris per ope-  
ram ipsorum felicem progressum promovendæ Orthodo-  
xæ fidei in Chara Tibi Diœcesi Agriensi. Quibus ego  
subsidium aliquod, facilitatèque evangelizandi addere  
volens Hortum hunc Divinorum eloquiorum con-  
cinnavi, quem spero fore tanto gratiorem tum illis, tum  
etiam aliis Concionatoribus, ac in Vinea Domini labo-  
rantibus, quod sub gratiose Nominis Tui præfido in  
typis primam lucem consequatur, ejusve frontem ornes.  
Suscipte proinde exile hoc opusculum Excellentissime  
ac Reverendissime Domine Præful Tuæ custodia, &  
tutela Devotissimè commendatum, uti assoles, placide, &  
comiter, iterum, atque iterum orofuscipe, & ad Ec-  
clesia ornamentum Reisque publicæ salutem diutissime,  
& fortunatissimè vive & vale.

Ita ex corde sincero optat-

**EXCELLENTISSIMÆ,**  
**Illustriſſimæ, ac Reverendissi-  
mæ Dominationis Vestræ,**

Hamillimus servus, & Capellanus

**GEORGIUS FOGLAR,**  
Electus Episcopus Serbiensis,  
& Cantor, & Canonicus Agriensis.



## Ad Lectorem.

**N**E existima Candide Lector me famæ jejunio precipitem in lucem edidisse Hortum Dioinorum eliquorum ex eo, quod Ego post tot Doctissimum Virorum laudatissimos in hoc genere conatus nono quondam ausu reiterare, & opus, quod aliunde in multifariis editionibus diversis sub titulis fructuose ematum, adornare sim aggressus. Scire delis Lector Benevoli non ita me esse gloriae famelicum, nec enim inanis gloriae occupationem, sed partim nonnullorum curam animarum zelantium Virorum Ecclesiasticorum consilium simul, ac desiderium; partim vero ex compassione non paucorum libris necessariis destitutorum initiantium præsertim Parochorum eorum egentem adjuvandi, studium, conatumque serium, laboris & suscipiendo iam dudum in cura ad bus animarum existenti, & tandem perficiendi causam mibi præcipuum existuisse.

Varias per sacros codices ordine alphabetico sane manudictiones me vidisse, voluisse, quin immo in cura animarum adhuc laborantem plurimum usuasse facilitatemque in concionibus faciendis ex iisdem non parvam capessuisse, non inficer: quanta tamen hujus cum illis discrepancia sit, per solventi facile patebit, ea enī est rerum humanaum infelicitas, quod nemo unus omnia, sed nec plures omnia videre possit. Opuscula, que Ego præ manibus voldebam, quedam sub titulo flores Biblici, aliquaque familia incerto autore; aut vitio Typographorum, aut inadvertentia scriptorum, aut certè ne fors data operâ per perulantes heterodoxorum ex ipso fonte apocryphorum scilicet, & non vulgata editionis. Bibliorum textibus depravatis, errores reperire est quam plurimos; unde facile quis con-

dida etiam conscientia, si non virus periculorum, scandalum  
indubie baurire posset; ast propter particulares errores utilitati publice non est praecludenda via.

Illud proinde est, quod adhuc quā Parochium me stimulavit ad Hortum Divinorum eloquiorum luci edendum, errores ejusmodi innocentibus animabus naufragium facile causantibus removere, servato ordine alphabeticō, Titulos pro varietate materiarum locupletare, Textus Scripturæ sacrae vulgata editionis genuinos, non solum per capita, & libros singulis mateniis accommodos aptare, verū & versibus indigitare, sicq; Concionatoribus novitiis præsertim, ac incipientibus, ilisque copiā librorum destitutis ad sacros Textus citandos facilitatem pro opportunitate circumstan- tiarum, simul ac securitatem addere, ut primo quasi intui- tu absque labore, & sollicitudine ad libitum posset habere selectum ex sacris Codicibus Testimoniorum.

Quantum enim ad perfectum, omnibꝫque, ut in Pro-  
verbio est, numeris absolutum candide Lector Ecclesiasten-  
tiatione sua pro Christo, animarūque salute ritè fungen-  
tem, ac sustinentem requiratur, nemini melius cognitum  
esse poterit, quam iis, qui in eadem functione etatis sua ver-  
nantes florem, constansque robur ad lustra aliquot trans-  
miserit. Hinc cùm Divina Bonitas plerisque Zelum ali-  
quem, questūque lucrardarum animarum avidum indi-  
disset, gratiūque, & fortunam percurrendæ Cyclopediæ,  
aut Scholastica Theologie, aut Scripturarum evolvendarum  
negavit, ut nisi domestici labores, privatūque cuiusque studia  
accederent, ad arduum, augustinūque evangelizandi munus  
omnino redderentur inhabiles, adeo, ut neque ea, tum que  
ad inveteratam ngorum populi corruptelam eradicandas,  
quam que ad inculpatam Orthodoxæ fidei, Articulorūm  
ejus defensionem sustinendas faciant, providere possent.

Accedit misera, magnāque compassione digna sors Pa-  
rochorum nostrarum partium, qui à potiori, paucis exce-  
ptis, ad instar communis plebeculae colonicalis, pro competen-  
ti subsistentia sui, suaq; familia economiam ruralē ex-  
ercere coguntur, adeoque tempus, quod pro studiis ad Vi-

## Ad Lectorem:

neam Domini exenlendam necessariis impendendum denia  
ret, industria, vigilantiisque ruralis economiae abripi.

Habes causas laboris mei Lector humanissime, que me  
prout planè confido, apud te omnesque tui sires, id est aequos  
alieni laboris estimatores ( momos enim, qui antiquum  
ductum sue naturæ sequuntur, flocci pendo ) omni cum am-  
bitionis crimine tum suspicione facile liberabunt.

Spero tamen Zelosis in cura animarum pricipiantibus  
Parochis, aliisque Orthodoxæ Ecclesiæ Zelatoribus, fauto-  
ribusque, ac Verbi Dei cultoribus, ita labore meo satisfa-  
ctum iri, ut si non magni ingenii, & exquisita diligentie  
laudem ( quam quidem ex hoc opere nec mereor, nec afe-  
deo ) illi mibi velint tribuere: boni affectus tamen, ac fina-  
ceri erga Orthodoxam Ecclesiam si non formalis Zeli, conas-  
tus tamen, ac bona voluntatis Testimonium non prouersus  
sunt denegaturi.

Id enim in labore isthos tum suscipiendo, tum absolu-  
vendo spectavi unicum, ut ad publicam Ecclesiæ Dei utilita-  
tem fratibus curans animarum gerentibus subsidium alia-  
quod, facilitatemque me addere delle, studia mea, quan-

tilacunque tandem illa sint tibi, candide Lector,

bonisque comprobarem. Vale, & si mereor,  
me vicissima ama.



AB-



## A B N E G A T I O S U I M E T I P S I U S.

**G**Entavit DEUS Abraham, & dixit *Genes.*  
ad eum: Abraham, Abraham, at *22.1.*  
ille respondit: adsum. ait illi:  
tolle Filium tuum unigenitum,  
quem diligis Isaac, & vade in terram visio-  
nis: atque ibi offeres eum in holocaustum  
super unum montium, quem monstrave-  
ro tibi.

Qui dixit patri suo, & matri suæ: ne- *Deuter.*  
scio vos; & fratribus suis ignoro vos: & *33. 9.*  
nesciverunt filios suos, hi custodierunt  
eloquium tuum, & pactum tuum servaye-  
runt.

At ille gloriofissimam mortem magis, *2. Mach.*  
quam odibilem vitam complectens, vo- *6. 19.*  
luntariè præibat ad supplicium.

Venite post me, & faciam vos fieri pis- *Matth.*  
catores hominum. At illi continuò re- *4. 19.*  
lictis retibus secuti sunt illum.

Quod si oculus tuus dexter scandalizat *s. 29.*  
te, erue eum, & projice abs te: expedit  
enim tibi, ut pereat unum membrum tuo-  
rum, quam totum corpus mittatur in ge-  
hennam.

*Qui*

*Matth.**10. 39.*

*Qui invenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.*

*16. 24.*

*Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

*19. 21.*

*Si vis perfectus esse, vade, vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesauros in cœlo: & veni sequere me.*

### *Abnegatio omnium rerum.*

*Gen. 12. 1.* **D**ixit autem Dominus ad Abraham: *Egredere de terra tua, & cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstravero tibi.*

*Rut. 2. 11.* Nuntiata sunt mihi omnia, quæ feceris socrui tuæ, post mortem viri tui: & quod reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es, & veneris ad populum, quæ antea nesciebas.

*Matth.**19. 27.*

Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?

*Marci.**10. 29.*

Respondens JESUS ait: amen dico vobis: nemo est, qui reliquerit dominum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter evangelium, qui non accipiat cunctis tantum &c.

*1. Cor. 7.**29.*

Tempus breve est: reliquum est: ut qui ha-

habent uxores, tanquam non habentes  
sunt: & qui flent, tanquam non flentes;  
& qui gaudent, tanquam non gaudentes,  
& qui utantur hoc mundo, tanquam non  
utantur; præterit enim figura hujus  
mundi.

### *Abstinencia à quibusdam cibis:*

**E**X omni ligno paradisi comedere; de Gen. 2.  
ligno autem scientia boni & mali ne  
comedere. 16.

Cui dixit: quis enim indicavit tibi, 3. 11.  
quod nudus es, nisi quod ex ligno, de  
quo præceperam tibi ne comederes co-  
medisti.

Et omne quod movetur, & vivit, erit  
vobis in cibum: quasi olera virentia tra- 9. 3.  
didi vobis omnia; excepto quod carnem  
cum sanguine non comedetis. 9. 4.

Et edent carnes nocte illa assas igni, & Exodi.  
asymos panes cum lactucis agrestibus. 12. 8.  
Non comedetis ex eo crudum quid, nec  
coctum aquâ, sed tantum assum igni.

Si bos cornu percusserit virum, aut mu- 21. 28.  
licrem, & mortui fuerint, lapidibus obrue-  
tur: & non comedentur carnes ejus.

Viris sancti eritis mihi: carnem, quæ à 22. 31.  
bestiis fuerit prægustata, non comedetis,  
sed projicietis canibus. Levit.

**Quidquid autem ruminat quidem, &** 22. 4.  
**habet**

**14 ABSTINENTIA.**

habet ungulam, sed non dividit eam, sicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis.

**Levit. 22.** Morticinum & captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis.

**23. 14.** Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex segete, usque ad diem, qua offeretis ex ea Deo vestro. Præceptum est sempiternum, in generationibus, cunctisque habitaculis vestris.

**Mattib.** Quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his, qui cum illo erant, nisi solis sacerdotibus.

**Act. 15.** Visum est enim Spiritui S. & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sangvine, à quibus custodientes vos, benè agetis.

*Abstinentia à vino.*

**Levi. 10.** **D**ixit quoque Dominus ad Aaron: vini & omni, quod inebriare potest, non bibet tu, & filii tui.

**Num. 6.** A vino & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino & ex quilibet alia potionē, & quidquid ex uva exprimitur, non bibent.

**Judie. 13.** Cave ergo ne bibas vinum, ac siceram, nec immundum quidquam comedas: quia concipies & paries filium, cuius non tangent

get caput novacula : erit enim Nazaræus  
Dei ab infantia sua, & ex mattis utero, &  
ipse incipiet liberare Israël de manu Phi-  
listinorum.

Et quidquid ex vinea nascitur, non ce- *Judie. 13.*  
medat. Vinum & siceram non bibat, *14.*  
nullo vesctetur immundo.

Qui responderunt : non bibimus vi- *Jerem.*  
num : quia Jonadab filius Rechab, pater *35. 6.*  
noster, præcepit nobis dicens : non bibe-  
ris vinum vos, & filii vestri usque in sem-  
piternum.

Et vinum non bibet omnis Sacerdos *Ezech.*  
quando ingressurus est atrium interius. *44. 21.*

Erit enim magnus coram Domino ; &  
vinum & siceram non bibet.

*Abstinentia a cibo, & potu etiam  
licito propter scandalum alterius.*

**N**Oli propter escam destruere opus  
Dei. Omnia quidem sunt munda,  
sed malum est homini, qui per offendicu-  
lum manducat. Bonum est non mandu-  
care carnem & non bibere vinum, neque  
in quo frater tuus offenditur, aut scanda-  
lizatur aut infirmatur.

Quapropter si esca scandalizat fratrem *1. Cor. 8.*  
meum : non manducabo carnem in æter- *13.*  
num, ne fratrem meum scandalizem.

*Abusus vestium.*

*If. 3. 18.* **I**N die illa auferet Dominus ornamenti calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfectoralia, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & lintamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro syavi odore fætor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine calvitium, & pro fascia pectorali, ciliacum.

*Ezech. 7. 20.* **E**t ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum, & simulachrorum fecerunt ex eo.

*Matt. 11. 8.* **S**ed quid existis videre? hominem molibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.

*Marc. 12. 38.* **C**avete à scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cænis.

*Lucæ 16. 19.* **H**omo quidam erat dives, qui induebatur purpurâ, & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus.

*q. Tim. 2. 9.* **S**imiliter & mulieres in habitu ornato,

cum

eum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.

### *Acceptio personarum.*

**N**ON consideres personam pauperis, *Levit.*  
nec honores vultū potentis. *Juste 19. 15.*  
judica proximo tuo.

Nulla erit distantia personarum, ita *Deut. 1.*  
parum audietis, ut magnum: nec acci-  
pietis cuiusquam personam, quia Dei  
judicium est. *17.*

Quia Dominus Deus vester ipse est *10. 17.*  
Deus Deorum, & Dominus Dominan-  
tium, Deus magnus, & potens, & terri-  
bilis, qui non accipit personam, nec  
munera. Facit judicium pupillo, & vi-  
duæ, amat peregrinum, & dat ei victimum,  
atque vestitum.

Et dixit Dominus ad Samuelem: ne *1. Reg. 18.*  
respicias vultum ejus, neque altitudi-  
nem staturæ ejus: quoniam abjeci e-  
um, nec juxta intuitum hominis ego ju-  
dico: homo enim videt ea, quæ parent,  
Dominus autem intuetur eorū. *7.*

Sit timor Domini vobiscum, & cum *2. Para-*  
*diligentia cuncta facite; non est enim 19. 7.*  
apud Dominum Deum nostrum iniqui-  
tas, nec personarum acceptio, nec cupi-  
do muncrum. B Non

*Sap. 6. 8.* Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus.

*Job. 34.* Qui non accipit personas principū:  
*19.* nec cognovit tyrannum cum disceptaret contra pauperem: opus enim manuum ejus sunt universi.

*Prov. 18.* Accipere personam impii non est bonum, ut declines à veritate judicii.

*24. 23.* Cognoscere personā in Judicio non est bonum.

*Ecccli. 35.* Et noli inspicere sacrificiū injustum,  
*15.* quoniam Dominus Iudex est, & non est apud illum gloria personæ. Non accipiet Dominus personam in pauperem, & depreciationem læsi exaudiet.

*Matt. 22.* Et mittunt ei Discipulos suos cum  
*16.* Herodianis dicentes: Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non sit tibi cura de aliquo; non enim respicis personam hominum: dic ergo nobis quid tibi videtur? licet censum dare cæfari, an non?

*Actor. 10.* Aperiens autem Petrus os suum dixit: in veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.

*Rom. 2.11.* Non enim est acceptio personarum apud Deum. Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt.

**E**t vos Domini eadem facite illis remittentes minas, scientes, quia & illorum, & vester Dominus est in cælis : & personarum acceptio non est apud eum. *Eph. 6. 9.*

**S**i autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti à lege quasi transgressores. *Jac. 2. 9.*

### *Acceptio munierum.*

**N**ec accipies munera, quæ etiam excœcant prudentes, & subvertunt verba iastorum. *Exod. 23. 8.*

**N**on accipietis pretium ab eo, qui rebus est Sangvinis, statim & ipse morietur. *Num. 35. 31.*

**N**on accipies personam nec munera, quia munera excœcant oculos sapientum, & mutant verba iastorum. *Deut. 16. 19.*

**M**aledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sangvinis innocentis, & dicet omnis populus : Amen. *27. 25.*

**C**ongregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Job. 15. 34.*

**N**on te ergo superet ira ut aliquem opprimas : nec multitudo donorum inclinet te. *38. 18.*

**E**tiam proximo suo pauper odiosus erit ; amici vero divitum multi. *Prov. 14. 20.*

**C**onturbat domum suam, qui sectatur avaritiam : qui autem odit munera vivet. *15. 27.*

- Prov. 19.** Multi colunt personam potentis, &  
6. amici sunt dona tribuentis.
- 22. 9.** Victoriam & honorem acquirit, qui  
dat munera: animam autem aufert ac-  
cipientium.
- 28. 21.** Qui cognoscit in judicio faciem, non  
benefacit: iste & pro buccella panis de-  
serit veritatem.
- Ecli. 4.** Non sit porrecta manus tua ad accipi-  
36. endum, & ad dandum collecta.
- 20. 31.** Xenia & dona excæcant oculos juri-  
cum, & quasi mutus in ore avertit cor-  
reptiones eorum.
- Isa. 33.15.** Qui ambulat in justitiis, & loquitur  
veritatem, qui projicit avaritiam ex ca-  
lumnia excutit manus suas ab omni  
munere, &c. Iste in excelsis habitabit.

### *Acquisitio injustia.*

- Ps. 61.9.** Nolite sperare in iniuitate, & ra-  
pinas nolite concupiscere. Divi-  
tiæ si affluant, nolite cor apponere.
- Prov. 11.** Alii dividunt propria, & ditiores fi-  
24. unt; alii rapiunt non sua, & semper in  
egestate sunt. *Vide iniquitia.*

### *Adolescentia.*

- Prov. 30.** Tria sunt difficultia mihi & quartum  
18. penitus ignoro: viam aquilæ in  
cœlo, viam colubri super petram, viam  
navis in medio maris, & viam viri in a-  
dolescentia.

Lætare ergo juvens in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium.

Adolescens loquere in causa tua vix. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & querens. In medio magnatorum loqui non presumas; & ubi sunt senes, non multum loquaris.

Similiter adolescentes: subditi esto i. Petri. 5. te senioribus.

Cumque inspexisset Philistæus, & vi. Reg. 17. disset David, despexit eum. Frat enim 42. adolescens rufus, & pulcher aspectu.

Ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia, & intellectus.

Proverbium est: adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea.

Adolescentia enim, & voluptas vana sunt.

Dicit ei adolescens: omnia hæc custodivi à juventute mea, quid adhuc mihi deest?

Scribo vobis adolescentes, quoniam i. Joan. 2. vicistis malignum.

## Adhortatio ad bonum.

*Gen. 13.8.* **D**ixit ergo Abraham ad Lot: ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce universa terra coram te est: recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, si dexterā elegeris, ego ad sinistram pergam.

*45. 24.* Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait: ne itascamini in via.

*Jos. 22. 5.* Ita duntaxat, ut custodiatis attentē, & opere compleatis mandatum, & legem quam præcepit vobis Moyses famulus Domini; ut diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis ejus, & observetis mandata illius, adhæreatisq; ei, ac serviatis in omni corde, & in omni anima vestra.

*2. Esdra. 5. 9.* Dixiq; ad eos: non est bona res, quā facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis; ne exprobretur nobis, à gentibus inimicis nostris.

*Aet. 11. 23.* Qui cùm pervenisset, & vidisset gloriam Dei, gavisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino.

*14. 21.* Confirmantes animas discipulorum exhortantésq; ut permanerent in fide.

Pro-

Propter quod consolamini invicem, 1. ad Thes.  
& edificate alterutrum sicut & facitis. 5. 11.

Admone illos principibus & potesta- Tit. 3. 1.  
tibus subditos esse dicto obedire ad o-  
mne opus bonum paratos esse: nem-  
inem blasphemare, non litigiosos esse,  
sed modestos: omnem ostendentes ma-  
suerudinem ad omnes homines.

Videte fratres ne quod sit in aliquo Hebr. 3.  
vestrum eorum malum incredulitatis, dis- 12.  
cedendi a Deo vivo.

### Adoratio, & cultus DEI.

**A**udiveruntq; quod visitasset Dominus Exodi. 4.  
nus filios Israël, & quod respexit 31.  
afflictionem illorum; & proni ado-  
raverunt:

Dominum Deum tuum timebis, & illi Deut. 6.  
soli servies. 13. &

Denique cum irent omnes ad vitulos 10. 20.  
aureos, quos Jeroboam fecerat rex Is-  
raël. Tobias solus fugiebat confortia Tob. 1. 5.  
omnium, & pergebat in Jerusalēm ad  
templum Domini, & ibi adorabat Do-  
minum Deum Israëlit.

Et intrantes Domum invenerunt puerum Matt. 2.  
cum Mariam Matrem ejus: & proceden- 11.  
tes adoraverunt eum.

Scriptum est enim: Dominum Deum 4. 10.  
tuum adorabis; & illi soli servies.

Vide ne feceris: (ait Angelus Iohanni Apoc. 19.

adorare se volenti) coservus tuus sum,  
& fratrum tuorum habentium testimoni-  
um IESU. DEUM adora.

*Cordialiter, & humiliter adorans  
dus DEUS.*

*If. 29.12.* **E**ò, quod appropinquat populus iste,  
ore suo, & labiis suis glorificat me,  
& timuerunt me mandato hominum &  
doctrinis.

*Philip. 2.* Ut in nomine IESU omne genu flecta-  
tur, terrestrium, cœlestium & inferno-  
rum: & omnis lingua confiteatur, quia  
Dominus IESUS Christus in gloria est  
Dei Patris.

*Mas. 15.* Hypocritæ bene prophetavit de vo-  
bis Isaías, dicens: populus hic labiis  
me honorat, cor autem eorum longè  
est à me.

*Psal. 94.* Venite adoremus, & procidamus: &  
ploremus ante Dominum, qui fecit nos.

*Lucæ 18.* Publicanus à longè stans, nolebat nec  
oculos ad cælum levare: sed percutie-  
bat pectus suum dicens: Deus propitius  
esto mihi peccatori. *Vide cultus DEI.*

*Adoratio Angelis, & hominibus  
exhibita.*

*Gen. 18.2.* Cùmque elevasset oculos suos, appa-  
ruerunt ei tres viri stantes prope  
eum: quos cum vidisset, cucurrit in oc-  
cur-

cursum eorum de ostio tabernaculi sui,  
& adoravit in terram.

Veneruntq; duo Angeli Sodomam Gen. 19.  
vespere, & sedente Lot in foribus Civi-  
tatis. Qui cum vidisset eos, surrexit,  
& ivit obviam eis: adoravitq; pronus  
in terram.

Adoravit Abraham coram populo 23. 11.  
terræ, & locutus est ad Ephron circum-  
stante plebe: quæso, ut audias me dabo  
pecuniam pro agro &c.

Et serviant tibi populi, & adorent te 27. 39.  
tribus: esto Dominus fratum tuorum  
& incurvantur ante te filii matris tuæ.

Et Joseph erat princeps in terra Ægy- 42. 63.  
pti, atque ad ejus nutum frumenta po-  
pulis vendebantur. Cumq; adorassent  
eum fratres sui, & agnovisset eos quasi  
ad alienos durius loquebatur, interro-  
gans eos: unde venistis?

Igitur ingressus est Joseph domum su- 43. 26.  
am, obtuleruntque ei munera tenentes  
in manibus suis: & adoraverunt proni  
in terram.

Qui egressus in occursum cognati sui Exod. 18.  
adoravit, & osculatus est eum. 7.

Protinus aperuit Dominus oculos Num 22.  
Baalam & vidit Angelum stantem in via  
evaginato gladio, adoravitq; cum pro-  
nus in terram.

*1. Reg. 25.* Cùm autem vidisset Abigail David festinavit & descendit de asino, & procidit coram Davíd super faciem suam & adoravit super terram.

*28. 14.* Dixítq; ei: qualis est forma ejus? quæ ait: vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio, & intellexit Saul quòd Samuél esset, & inclinavit se super faciem suam in terram, & adoravit.

*Jud. 10.* Et cùm in faciem ejus intendisset, & doravit eum prosternens se super terram, & elevaverunt eam servi Holofernis.

*Esth. 3. 2.* Cunctiq; servi regis, qui in foribus palatii versabantur, flectebant gemina, & adorabant Aman: sic enim præcepérat eis Imperator, solus Mardochæus non flectebat genu, neq; adorabat eum.

*Dan. 2.* Tunc Rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adoravit, & hostias & incensum præcepit, ut sacrificarent ei.

*Aet. 10.* Et factum est cum introisset Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus adoravit. Petrus verò elevavit eum, dicens: surge, & ego ipse homo sum.

### Adulatio.

*Prov. 1.* Fili misite lactaverint peccatores, ne 10. acquiescas eis.

**V**ir iniquus lactat amicum suum; & Prov. 16.  
ducit eum per viam non bonam. 29.

**Q**uomodo probatur in conflatoria 37. 21.  
argentum, & fornace aurum: sic pro-  
batur homo ore laudantis.

**Q**ui corripit hominem, gratiam po- 28. 28.  
stea inveniet apud eum, magis, quam  
ille, qui per linguae blandimenta decipit.

**M**elius est a sapiente corripi, quam Eccl. 7.  
a flitorum adulazione decipi. 6.

**E**s qui nequiter humiliat se, & inte- Ecl. 19.  
tiora ejus plena sunt dolo. 23.

**I**n ore suo pacem cum amico suo lo. Jerem. 2.  
quitur, & occulte ponit ei insidias. 8,

**S**i adhuc hominibus placerem, Chri- Gal. 1.10.  
sti servus non essem.

**N**eq; aliquando fuimus in sermone 1. Thes. 2.  
adulationis, sicut scitis. 5.

### Adulterium.

**N**unc ergo redde viro suo uxori, Gen. 20.  
quia propheta est: & orabit pro te, & vives: si autem nolueris reddere,  
scito quia morte morieris tu, & omnia,  
quae tua sunt.

**C**um uxore proximi tui non coibis, Levit. 18.  
nec seminis comissione maculaberis. 20.

**S**i mœchatus quis fuerit cum uxore  
alterius, & adulterium perpetraverit 20. 10.  
cum conjugi proximi sui, morte inc-  
rietur, & mœchus, & adultera.

## 28 ADULTERIUM.

**Num. 5.** Sin autem declinasti à viro tuo, atq;  
**20.** polluta es, & concubisti cum altero  
 viro: his maledictionibus subjacebis:  
 Det te Dominus in maledictionem,  
 exemplūmq; cunctorum in populo suo:  
 putrescere faciat femur tuum, & tumens  
 uterus tuus disrumpatur.

**Deut. 22.** Si dormierit vir cum uxore alterius,  
**22.** uterq; morietur, id est adulter, & adul-  
 teria: & auferes malum de Israël  
**2. Reg. 12.** De Betsabea uxore Uriæ, filius qui  
**14.** natus est tibi morte morietur.

**Prov. 6.** Qui autem adulter est propter cordis  
**32.** inopiam, perdet animam suam, turpi-  
 tudinem, & ignominiam congregat sibi,  
 & opprobriū illius non delebitur.

**Jer. 9. 2.** Derelinquam populum meum, & re-  
 cedam ab eis, quia omnes adulteri sunt.

**Hebr. 13.** Fornicatores enim, & adulteros judi-  
 4. cabit Deus.

**Exod. 20.** Non concupisces domum proximi  
**16.** tui; nec desiderabis uxorem ejus: non  
 servum, non ancillam &c.

**Prov. 5.** Quare seduceris filii mi ab aliena, &  
**20.** foveris in sinu alterius. Respicit Domi-  
 nus vias hominis, & omnes gressus ejus  
 considerat.

**Jer. 5. 7.** Super quo propitius tibi esse potero?  
 filii tui dereliquerunt me, & jurant in  
 his qui non sunt Dii: saturavi eos, &  
 mæchati sunt, & in domo meretricis lu-  
 xuriabantur. Unde

Unde & ego nudavi femora tua con-*Jer. 13.26.*  
tra faciem tuam, & apparuit ignominia  
tua, adulteria tua, & hinnitus tuus,  
scelus fornicationis tuæ: super colles  
in agro vidi abominationes tuas. Væ  
tibi Jerusalē! non mundaberis post me:  
usquequo adhuc?

Audistis quia dictū est antiquis: non  
mœchaberis. Ego autem dico vobis: *Matt. 5. 28.*  
quia omnis qui viderit mulierē ad con-  
cupiscendum eam, jam mœchatus est  
eam in corde suo.

Herodes enim tenuit Joannem, & al-*14. 17.*  
ligavit eum; & posuit in carcerem pro-  
pter Herodiadē uxorem fratri sui.  
Dicebat enim illi Joannes: non licet ti-  
bi habere eam.

Dico autem vobis quia quicunque *19. 9.*  
dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur, &  
qui dimissam duxerit mœchatur.

Adducunt autem scribæ, & pharisæi *Joan. 8. 2.*  
mulierem in adulterio deprehensam;  
& statuerunt eam in medio, & dixerunt  
ei: Magister hæc mulier modò depre-  
hensa est in adulterio. In lege autem  
Moyses mandavit nobis hujuscemodi  
lapidare.

### Agricultura.

**S**i læserit quispiam agrum, vel vineam,  
& di-

*Exod. 22.*

5.

& dimiserit jumentum suum, ut depa-  
scatur aliena; quidquid optimum ha-  
buerit in agro suo, vel in vinea, pro da-  
mni aestimatione restituet.

**Exod. 22.** Si egressus ignis invenerit spicas, &  
6. comprehenderit acervos frugum, live-  
stantes segetes in agris, reddet damnum  
qui ignem succenderit.

**Exod. 23. 10.** Sex annis seminabis terram, & con-  
gregabis fruges ejus; anno autem se-  
ptimo dimittes eam, & requiescere fa-  
cies, ut comedant pauperes populi tui;  
& quidquid residuum fuerit, edant  
bestiæ agri: ita facies in vinea, & in o-  
liveto tuo. Sex diebus operaberis, se-  
ptimo die cessabit, ut requiescat bos, &  
asinus tuus: & refrigeretur filius ancil-  
læ tuæ, & advenia.

**Eccles. 11.** Qui observat ventum, non seminat:  
& qui considerat nubes, nunquam metet.

**Ecclesiast. 38.** Qui tenet aratum, & qui gloriatur  
26. in jaculo, stimulo boves agitat, & con-  
versatur in operibus eorum, &c.

**2. Cor. 9.** Qui parcè seminat: parcè & metet:  
6. & qui seminat in benedictionibus, de-  
benedictionibus & metet.

### Altare.

**Exod. 27.** Facies & altare de lignis setim, quod  
1, habebit quinq; cubitos in longitu-  
dine, & totidem in latitudine &c.

Et ædificavit ibi David altare Domi- 2. Reg. 24.  
no, & obtulit holocausta, & pacifica: & 25.  
Propitiatus est Dominus terræ, & cohi-  
bita est plaga ab Israël.

Præcepit quóq; Rex Achaz Uriæ sa- 4. Reg. 15.  
cerdoti dicens: super altare majus of- 15.  
fer holocaustum matutinum, & sacrifici-  
cum vespertinum.

Et acceperunt Lapidés integrōs se- 1. Mach.  
cundūm legem: & ædificaverunt alta- 4. 47.  
re novum, secundūm illud quod fuit  
priùs.

Et obtulerunt sacrificium secundūm 4. 53.  
legem, super altare holocaustorum no-  
vum, quod fecerunt.

### Ambitio.

**N**Um per solum Moysen locutus est Num. 12.  
Dominus? non ne & nobis simili- 2.  
ter est locutus.

Utinam daret aliquis populum istum Judie. 5.  
sub manu mea, ut auferrem de medio 29.  
Abimelech.

Videntur mihi sermones tui boni & 2. Reg. 5.  
justi, sed non est quite audiat constitu-  
tus à Rege. Dicebátq; Absolon: Quis  
me constituat Judicem super terram, ut  
ad me veniant omnes, qui habent nego-  
tium & justè judicem?

Adonias autem filius Haggith eleva- 3. Reg. 1.  
batur dicens: ego regnabo, fecítq; sibi 5.  
cur-

currus & equites, & quinquaginta viros  
qui currerent ante eum.

*Judith. 2.* Nabuchodonosor Rex vocavit o-  
mnes maiores natu omnésq; duces, &  
bellatores suos, & habuit cum eis my-  
sterium consilii sui: dixítq; cogitatio-  
nem suam in eo esse, ut omnem terram  
suo subjugaret imperio.

*Esth. 5. 9.* Egressus est itaq; illo die Aman latus  
& alater. Cúmq; vidisset Mardochæ-  
um sedentem ante fores palatii, & non  
solum non assurrexisset sibi, sed nec mo-  
rum quidem de loco sessionis suæ, indi-  
gnatus est valde: & dissimulatâ irâ re-  
versus in domum suam, convocavit ad  
se amicos suos, & Zares uxorem suam:  
& exposuit illis magnitudinem dvitia-  
rum suarum, filiorumq; turbam, & quan-  
ta eum gloria super omnes principes, &  
servos suos rex elevasset, & post hæc  
ait: Regina qhóq; Esther nullum alium  
vocavit ad convivium cum Rege præter  
me: apud quam etiam cras cum Rege  
pransurus sum.

*1. Mach. 2. 13.* Et audivit Seron princeps exercitūs  
Syriæ, quòd congregavit Judas congre-  
gationem fidelium, & ecclesiam secum,  
& ait: faciam mihi nomen, & glorifica-  
bor in regno & delebo Judam, & eos,  
qui cum ipso sunt, qui spernebant ver-  
bum Regis.

Vir autem quidam nomine Simon *Aetor. 8.*  
qui antea erat in civitate magus, sedu-  
cens gentes Samariæ, dicens se esse ali-  
quem magnum.

Cum vidisset autem Simon, quia per  
impositionem manus Apostolorum da-  
retur Spiritus S. obtulit eis pecuniam,  
dicens: date & mihi hanc potestatem,  
ut cuicunq; imposuero manus, accipiat  
Spiritum S.

### Amicitia.

**L**OQUEBATUR autem Dominus ad Moy- *Exod. 33.*  
sen facie ad faciem, sicut solet lo- *11.*  
qui homo ad amicum suum.

Si tibi voluerit persuadere frater tu- *Deut. 13.*  
us filius matris tuæ, aut filius tuus, vel *6.*  
filia, sive uxor quæ est in sinu tuo, aut  
amicus, quem diligis, ut animam tuam,  
clam dicens: eamus, & serviamus diis  
alienis, quos ignoras tu, & patres tui &c.  
non acquiescas ei, nec audias, neq; par-  
cat ei oculos tuus, ut miserearis, & oc-  
cultes eum, sed statim interficies.

Misit ergo Abner nuncios ad David, *2. Reg. 3.*  
pro se dicentes: fac mecum amicitias, *12.*  
& erit manus mea tecum, & reducam ad  
te universum Israël.

Igitur audientes tres amici Job omne *Job. 2.11.*  
malum quod accidisset ei, venerunt sin-  
guli de loco suo, ut eum consolarentur.

- Job. 6.27.* Super pupillum irruitis, & subverte-  
re nitimini amicum vestrum.
- Prov. 14.* Etiam proximo suo pauper odiosus  
20. erit: amici verò dixitum multi.
- 18. 14.* Vir amicabilis ad societatem magis a-  
amicus erit, quam frater.
- 27. 10.* Amicum tuum, & amicum patris tui  
ne dimiseris: & domum fratris tui ne  
ingrediaris in die afflictionis tuæ.
- 27. 17.* Omni tempore diligit, qui amicus  
est: & frater in angustiis comprobatur.
- Ecclesiastes 6.7.* Si possides amicum, in tentatione  
posside eum, & ne facile credas ei te ipsū.
- 6. 25.* Amico fidelis nulla est comparatio, &  
non est digna ponderatio auri, & argenti  
contra bonitatem fidei illius. Amicus fi-  
delis medicamentum vitæ, & immorta-  
litatis.
- 6. 1.* Noli fieri pro amico inimicus proxi-  
mo.
- 6. 14.* Amicus fidelis protectio fortis: qui  
enim invenit illum, invenit thesaurum.
- 7. 20.* Noli prævaricari in amicum pecuni-  
am differentem, neque fratrem charissi-  
mum in auro spreveris.
- 22. 25.* Qui convitiatur amico, dissolvit ami-  
citiam. Ad amicum si produxeris  
gladium, non desperes: est enim regres-  
sus ad amicum. Si aperuerit os triste,  
non timeas: est enim concordatio;  
excepto conyictio, & impropositio, & su-  
per-

perbiā, & mysterii revelatione, & plā-  
gā dolosā.

Unusquisq; se à proximo suo custo-  
diat, & in omni fratre suo non habeat  
fiduciam: quia omnis frater supplan-  
tans supplantabit, & omnis amicus frau-  
duleter incedet.

Jerem. 9.

4.

Non obliviscaris amici tui in animo Eccli. 37.  
tuo, & non immemor sis illius in ope- 6.  
ribus tuis.

Ne dicas amico tuo: vade, & rever- Prov. 3.  
tere; & cras dabo tibi: cùm statim pos- 28.  
sis dare.

Perde pectiniam proptet fratrem, & Eccli. 29.  
amicum. & non abscondas illam sub 13.  
lapide in perditionem.

Ne molaris amico tuo malum, cùm Prov. 3.  
ille in te habeat fiduciam. 29.

Amicus si permanferit fixus, erit tibi Eccli. 6.  
quasi coæqualis, & in domesticis tuis fi- 11.  
ducialiter ager.

Ne derelinquas amicum antiquum: 9. 14.  
novus enim non erit similis illi. Vnde  
novum, amicus novus: veterascet.

Beatus qui invenit amicum verum. 25. 12.

Qui autem tradidit eum, dedit illis Matt. 26.  
signum dicens: quemcunq; osculatus fuero, ipse est tenete eum. Et confe- 48.  
stum accedens ad JESUM dixit: ave Rab-  
bi, & osculatns est eum. Dixitque illi  
JESUS. amice, ad quid venisti?

- Prov. 18.** Occasiones quærit, qui vult recedere  
 1. ab amico : omni tempore erit expro-  
 brabilis.

*Angeli boni multūm prosunt ho-  
 minibus.*

- Exod. 23.** Ecce ego mittam Angelum meum, qui  
 20. præcedat te, & custodiat te in via,  
 & introducat in locum quem præparavi.  
 Observa eum, & audi vocē ejus nec con-  
 temnendum putas : quia non dimittet  
 cùm peccaveris, & est nomen meum in  
 illo. Quod si audieris vocem ejus, &  
 feceris omnia quae loquor, inimicus ero  
 inimicis tuis, & affligam affigentes te.

- 32. 34.** Tu autem vade, & duc populum istum  
 quō locutus sum tibi : Angelus meus  
 præcedet te.

- Num. 22.** Et iratus est Deus stetitq; angelus Do-  
 22. mini in via contra Balaam, qui insidebat  
 asinæ, & duos pueros habebat secum.  
 Cernens asina angelum stantem in via e-  
 vaginato gladio, avertit se de itinere, &  
 ibat per agrum. Quam cum verbera-  
 ret Balaam, & vellet ad semitam redu-  
 cere, stetit Angelus in angustiis duarum  
 maceriarum, quibus vineæ cingebantur.  
 Quem videns asina, junxit se parieti, &  
 attrivit sedentis pedem &c.

- 3. Reg. 19.** Projecitq; se & obdormivit in umbra  
 5. juniperi, & ecce Angelus, tetigit eum,

cum, & dixit illi: Surge & comedē.  
Et respexit (Elias) & ecce ad caput suum  
subcinericius panis, & vas aquæ.

Locutus est autem Angelus Domini  
ad Eliam dicens: descendē cum illo, ne  
timeas.

Factū est igitur in nocte illa, venit An-  
gelus Domini, & percussit in castris Af-  
fyiorū centum octoginta quinque mil-  
lia.

Quoniam Angelis suis mandavit de *Psal. 90.*  
te: ut custodiant te in omnibus viis  
tuis. In manibus portabunt te: ne for-  
tè offendas ad lapidem pedem tuum.

Angelus autē Domini descendit cum *Dan. 3.*  
Azaria; & sociis ejus, in fornacem: &  
excussit flamمام ignis de fornace, & fe-  
cit medium fornacis quasi ventum roris  
flantē, & non tetegit eos omnino ignis,  
neq; contristavit, nec quidquam mole-  
stiæ intulit.

DEus meus misit Angelum suum, & *6. 22.*  
conclusit ora leonum, & non no cuerunt  
mihi: quia coram illo justitia inventa  
est in me.

Adhuc me loquente in oratione, ecce *9. 21.*  
vir Gabriel, quem videram in visione à  
principio, citò volans tetigit me in tem-  
pore sacrificii yespertini.

In tempore autem illo consurget Mi-  
chaël princeps magnus, qui stat pro fi-  
liis populi tui.

*Tob. 5.27.* Credo enim quod Angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponat oenia, quæ circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos.

*s. 15.* Et dixit ei Angelus: ego ducam & reducam eum ad te.

*10. 11.* Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatur vos incolumes, & inveniatis omnia recte circa parentes vestros.

*12. 12.* Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas predium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

*Job. 33.* Si fuerit pro eo Angelus loquens, unus de millibus, & annunciet hominis æquitatem. Miserebitur ejus, & dicet: libera cum, ut non descendat in corruptionem: inveni, in quo ei propitier.

*Matt. 13.* Sic erit in consummatione saeculi: existibunt Angeli & separabunt malos de medio justorum, & mittent eos in camnum ignis.

*Jadith.* Vivit autem ipse Dominus, quoniam custodiyit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem.

*Act. 12.7.* Et ecce Angelus Domini astitit: & lumen refulxit in habitaculo: percussaque

que latere Petri, excitavit eum, dicens: surge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum: præcingere: & calcea te caligas tuas. Et fecit sic, & dixit illi: circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est, quod siebat per Angelum, existimabat autem se vim videre.

Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neq; super mare, neq; in ultiam arborem.

Et vidi alterum Angelum ascendenter ab ortu solis, habentem signum Dei vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens: nolite nocere terræ, & mari.

Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & datae sunt illis septem tubæ. Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum.

Factum est autem, ut moreretur mensicus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahæ.


*Anima.*

3. Reg. 17.

21.

**E**T expandit se, atq; mensus est super puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & ait: Domine Deus meus, revertatur obsecro anima pueri hujus in viscera ejus. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ: & reversa est anima pueri intra eum, & revixit.

Ezech. 18.

4.

**E**cce omnes animæ meæ sunt: ut anima patris, ita & anima filii, mea est: anima quæ peccaverit ipsa morietur.

Matt. 10.

28.

**E**t nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

39.

**Q**ui invenit animam suam: perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me: inveniet eam.

Mar. 8.

36.

**Q**uid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, & detrimentum animæ suæ faciat? aut quid dabit homo commutationis pro anima sua?

*Antichristus.*

Dan. 8.

33.

**E**T post regnum eorum, cùm creverint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones: & roborabitur fortitudo ejus, sed non in viribus suis: & supra quam credi potest, universa vastabit, & prosperebit.

abitur & faciet. Et interficiet robu-  
tos, & populum sanctorum.

Confirmabit autem pactum multis  
hebdomadâ unâ: & in dimidio hebdo-  
madis deficiet hostia, & sacrificium: &  
erit in templo abominatione desolatio-  
nis: & usq; ad consumationem, & fi-  
nem perseverabit desolatio-

Et stabit in loco ejus despectus, & non  
tribuetur ei honor regius: & veniet  
clam, & obtinebit regnum in fraudu-  
lentia.

Tunc si quis vobis dixerit: ecce hic  
est Christus, aut illic: nolite credere.  
Surgent enim pseudochristi, & pseudo-  
prophetæ: & dabunt signa magna, &  
prodigia, ita ut in errorem inducantur.  
(si fieri potest) etiam electi.

Ego veni in nomine Patris mei, &  
non accepistis me: si alius venerit in no-  
mine suo, illum accipietis.

Ne quis vos seducat ullo modo: quo-  
niam nisi venerit discessio primùm, &  
revelatus fuerit homo peccati, filius  
perditionis, qui adversatur, & extolli-  
tur supra omne, quod dicitur Deus, aut  
quod colitur, ita ut in templo Dei se-  
deat ostendens se tanquam sit Deus.

Et tunc revelabitur ille iniquus, quē  
Dominus JESus interficiet spiritu oris  
sui, & destruet illustratione adventūs

sueum; cuius est adventus secundum operationem Satanæ, in omni virtute & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis, qui persecuntur.

*Apoc. 11.* Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis &c.

*6.* Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorū: & potestatem habent super aquas convertendi eas in sangvinem, & percutere terram omni plagâ quotiescumq; voluerint. Et cum finierint testimonium suum: bestia, quæ ascendit de abyssو, faciet adversum eos bellum, & vincet illos, & occidet illos.

*73. 3.* Et vidi unum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis ejus curata est: Et admirata est universa terra post bestiam. Et adoraverunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ; & adoraverunt bestiam dicentes: quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias; & data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, & tabernaculum ejus, & eos qui, in cælo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos.

Si

Si quis adoraverit bestiam, & imagi- *Apoc. 14.*  
nem ejus, & acceperit characterem in *2.*  
fronte sua, aut in manu sua: & hic bibet  
de vino iræ Dei, quod mistum est mero  
in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne,  
& sulphure in conspectu angelorum  
sanctorum, & ante conspectū Agni &c.

Et apprehendit draconem serpentem *20. 2.*  
antiquum, qui est diabolus & satanas,  
& ligavit eum per annos mille, & misit  
eum in abyssum, & clausit, & signavit  
super illum, ut non seducat amplius gen-  
tes, donec consumantur mille anni; &  
post hoc oportet illum solvi modico  
tempore.

### Apostata.

**S**Alva animam tuam: noli respicere *Gen. 19.*  
post tergum, nec stes in omni circā *17.*  
regione: sed in monte salvum te fac, ne  
& tu simul pereas.

Respiciensq; uxor ejus post sc, versa *26.*  
est in statuam salis.

Non egrediar, sed hic moriar. *3. Reg. 23.*

Homo apostata, vir inutilis, gradi- *30.*  
tur ore perverso, annuit oculis, terit *Prov. 6.*  
pede, digito loquitur, pravo corde ma- *12.*  
chinatur malum, & omni tempore jur-  
gia seminat.

Et in quamcunq; domum intraveri- *Luc. 9. 41.*  
tis ibi manete, & inde ne exeatatis.

Miror

*Gal. 1. 6.* Miror quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud evangelium.

*Luca 9. 62.* Nemo mittens manum suam ad aratum, & respiciens retro, aptus est Regno Dei.

### Apostoli.

*Hebr. 3. 1.* Considerate Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ JESUM.

*Luc. 6. 13.* Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos : & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominavit)

*Marc. 16. 15.* Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit salvus erit : qui vero non crediderit, condemnabitur.

*Ioan. 15. 16.* Non vos me elegistis : sed ego elegi vos, & posui vos ut eatis & fructum afferatis ; & fructus vester maneat : ut quocunq; petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

*20. 21.* Dixit ergo eis iterum : pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit : & dixit eis : Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata remittuntur eis ; & quorum retinueritis retenta sunt.

*Matt. 16. 18.* Et ego dico tibi : quia tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam me-

i meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves Regni Cælorum, & quocunq; ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quocunq; solveris super terram, erit solutum & in cælis.

Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm federit Filius hominis in sede Majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël.

Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini: non enim vos estis loquentes; sed Spiritus S.

Quia Joannes quidem baptizavit a quâ, vos autem baptizabimini Spiritu S. non post multos hos dies.

Et repleti sunt omnes Spiritu S. & cœperunt loqui variis lingvis, prout Spiritus S. dabat eloqui illis.

### Astutia.

**D**ixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. Scit enim DEus, quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dii scientes bonum, & malum.

Matt. 19.

28.

10. 20.

Mar. 13.

11.

Act. 1. 5.

3. 4.

Gen. 3. 4.

Ecce,

**Exod. 1.9.** Ecce, populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum: ne forte multiplicantur.

**Josu. 2.3.** At hi qui habitabant in Gabaon audientes cuncta, quæ fecerat Josue Jericho, & Hai: calidè cogitantes (*metuentes sibi, ne penitus deleantur*) tulerant sibi cibaria, facos veteres a finis imponentes, & utres vinarios scissos atq; consuētos, calceamentāq; perantiqua, quæ ad iudicium vetustatis pitacūs consulta erant, induitī veteribus vestimentis: panes quoq; , quos portabant ob viaticū, duri erant, & in frusta comminuti: perrrexeruntq; ad Josue, & dixerunt ei, atq; simul omni Israéli : de terra longinqua venimus pacem vobiscum facere cipientes.

**2. Reg. 13.** Respondit Jonadab (*Amoni qui ex laetifice amore sororis sue tristabatur*) cūba super lectum tuum, & langvorem simula: cūmq; venerit Pater tuus, ut visitet te, dic ei: veniat ora Thamar soror mea, ut det mihi cibum, & faciat pulmentum, & comedam de manu ejus &c.

**4. Reg. 5.** Dixítq; Giezi puer viri Dei: pepercit Dominus meus Naaman syro isti, ut non acciperet ab eo, quæ attulit: vivit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Et secutus est

Giezi

Giezi post tergum Naaman: quem cùm  
vidisset ille currentem ad se, desiliit de  
currus in occursum ejus, & ait: recte  
ne sunt omnia? & ille ait: recte. Do-  
minus meus misit me ad te dicens: mo-  
dò venerunt, ad me duo adolescentes de  
Monte Ehpraim ex filiis prophetarum:  
da eis talentum argenti, & uestes muta-  
torias duplices.

Tunc Herodes clàm vocatis Magis di- *Matt. 2.*  
ligenter didicit ab eis tempus stellæ, *7.*  
quæ apparuit eis: & mittens illos in  
Bethlehem dixit: ite & interrogate di-  
ligenter de puero; & cùm inveneritis  
renunciate mihi, ut & ego veniens ado-  
rem eum.

Tunc abeuntes Pharisei consilium  
inierunt, ut caperent eum in sermone.  
& mittunt ei discipulos suos cum He-  
rodianis, dicentes: Magister sciimus  
quia verax es, & viam Dei in veritate  
doces, & non est tibi cura de aliquo:  
dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet  
censum dare cæsari, an non?

Et congregati cum senioribus (*Judæi*)  
consilio accepto, pecuniam copiosam *28. 12.*  
dederunt militibus, dicentes: dicite  
quia discipuli ejus nocte venerunt, &  
surati sunt eum, nobis dormientibus.

Vir autem quidam nomine Ananias *Act. 5. 1.*  
cum Saphira uxore sua vendidit agrum,  
& frau-

& fraudavit de pretio agri, consciâ uxori  
re suâ: & afferens partem quandam, ad  
pedes Apostolorum posuit.

### Avaritia:

*Jos. 7. 20.* **R**espondítq; Achan Josue, & dixit ei:  
verè ego peccavi Domino Deo Is-  
raël, & sic, & sic feci, vidi enim inter spo-  
lia pallium coccineum valde bonum, &  
ducentos siclos argenti, regulámq; au-  
ream quinquaginta siclorum: & con-  
cupiscens abstuli, & abscondi in terra  
contra medium tabernaculi mei, argen-  
tumq; fossâ humo operui.

*1. Reg. 8. 3.* Et non ambulaverunt filii illius in  
viis ejus: sed declinaverunt post ava-  
ritiam, acceperuntq; munera, & pver-  
terunt judicium.

*Prov. 1. 19.* Sic semitæ omnis avari, animas possi-  
dentium rapiunt.

*15. 16.* Melius est parum cum timore Domi-  
ni, quàm thesauri magni, & insatiabiles.

*27.* Conturbat domū suam, qui sectatur  
avaritiam: qui autem odit munera, vi-  
vet.

*Eccles. 5. 9.* Avarus non implebitur pecuniâ: &  
qui amat divitias, fructū non capiet ex  
eis: & hoc ergo vanitas.

*Jerem. 6. 9.* A minore quippe usq; ad majorem,  
omnes avaritiæ student.

Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem: usuram & superabundantiam accepisti, & avarè proximos tuos calumniabarīs: meiq; oblitas es, ait Dominus Deus. Ecce complosi manus meas super avaritiā tuam, quam fecisti.

Neq; avari, neq; ebriosi neq; malefici, &c. regnum Dei possidebunt: vide *Divitiarum vanitas.* *Cor. 6. 10.*

### *Audire verbum Dei.*

**R**espondit Moyses coram Domino: *Exod. 6. 12.*  
Ecce filii Israël non audiunt me: & quomodo audiet Pharaon, præsertim cum incircumcisus sim labiis?

Assumēnsq; volumen fœderis, legit *Exod. 24. 7.*  
audiente populo: quidixerunt: omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes.

Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitidine virorum & mulierum cunctisque, qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo apertè in platea, quæ erat ante portam aquarum, de mane usq; ad mediam diem, in conspectu virorum & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librum.

Noli subtrahere verbum (*ait Dominus ad Jeremiam*) si forte audiant, & *Jer. 26. 2. 6.*

4. convertantur, unusquisque à via sua  
 5. mala: & pœniteat me mali, quod cogito  
     facere eis, propter malitiam studiorum  
     eorum. Et dices ad eos: hæc dicit Do-  
     minus: si non audiēritis me, ut ambu-  
     letis in lege mea, quam dedi vobis, ut  
     audiatis sermones servorum meorum  
     Prophetarum, quos ego misi ad vos de  
     nocte consurgens, & dirigens, & non  
     audistis: dabo domum istam sicut Silo,  
     & urbem hanc dabo in maledictionem  
     cunctis gentibus terræ.

*Ezech. 3.* Domus autem Israël nolunt audire  
 7. te; quia nolunt audire me.

*Matt. 7.* Omnis ergo, qui audit verba mea hæc,  
 24. & facit ea, assimilabitur viro sapienti,  
     qui ædificavit domum suam supra pe-  
     tram.

*13. 9.* Qui habet aures audiendi, audiat.

*19.* Vos ergo audite parabolam seminan-  
     tis. Omnis qui audit verbum regni, &  
     non intelligit, venit malus, & rapit quod  
 20. seminatum est in corde ejus: Qui au-  
     tem super petrosa seminatus est, hic est,  
     qui verbum audit, & continuò cum gau-  
     dio accipit illud: non habet autem in  
     seradicem, sed est temporalis &c.

*Luca 11.* Quin imò beati, qui audiunt verbum  
 28. Dei, & custodiunt illud.

*Rom. 12.* Non enim auditores Legis justi sunt  
 13. apud Deum, sed factores legis justifica-  
     buntur.

Pro-

Propterea abundantius oportet ob- Hebr. 2.  
servare nos ea quæ audivimus ne forte 1.  
per effluamus.

Qui vos audit me audit: & qui vos Luc. 10.  
spernit, me spernit. 16.

Et huic erat soror nomine Maria, quæ 39.  
etiam sedens secus pedes Domini, au-  
diebat verbum illius. *Vide Verbum Dei.*

### Aversio à DEO.

Incrassatus, impinguatus, dilatatus, Deut. 32.  
dereliquit Deum factorem suum, & 15.  
recessit à Deo salutari suo.

Deum, qui te genuit dereliquisti, & o- 18.  
blitus es Domini Creatoris tui.

Absit à nobis hoc scelus, ut receda- Jof. 22.  
mus à Domino, & ejus vestigia relin- 29.  
quamus.

Absit à nobis ut relinquamus Domi- 24. 16.  
num, & serviamus Diis alienis.

Si dimiseritis Dominum, & serviéri- 20.  
tis Diis alienis, convertet se, & affli-  
get vos, atq; subvertet.

Clamâstis ad me, & erui vos de manu 10. Jud.  
eorum? Et tamen reliquistis me, & co- 12.  
liuistis Deos alienos.

Si autem dereliqueritis eum, derelin- 2. Paral.  
quet vos. 15. 2.

Væ vobis yiri impii, qui dereliquistis 41. Eccli.  
legem Domini altissimi. 11.

*Isai. 1. 2.* Filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.

*Jer. 2. 13.* Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

*Dan. 3.* Peccavimus enim, & iniquè egimus

*39.* recedentes à te: & delinquimus in omnibus: & præcepta tua non audivimus, nec observavimus, nec fecimus, sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset.

## BAPTISMUS.

*Ezech. 36.* **E**t effundam super vos aquam mundam, & mundabimini, ab omnibus inquinamentis vestris.

*Zach. 13.* In die illa erit fons patens domui David, habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ.

*Matt. 3.* Baptizabantur ab eo in Jordane confitentes peccata sua.

*13.* Tunc venit Jesus à Galilæa in Jordane ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum dicens: ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?

*13.* Ego quidem baptizo vos in aqua in pænitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu S. & igni.

Euntes ergo docete omnes gentes, *Matt. 28.*  
baptizantes eos in nomine Patris, & *19.*  
Filii, & Spiritus S.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, *Mar. 16.*  
salvus erit. *16.*

Factum est autem cum baptizaretur *Lucæ 3.*  
omnis populus, & IESU baptizato, & *21.*  
Orante, apertum est cælum: & descen-  
dit Spiritus S. corporali specie; sicut  
columba in ipsum, & vox de Cælo fa-  
cta est: tu es Filius meus dilectus, in  
te complacui mihi.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & *Joan. 3.5.*  
Spiritum S. non potest introire in Re-  
gnum Dei.

Pœnitentiam (inquit) agite, & ba- *Act. 2.38.*  
ptizetur unusquisque vestrum in nomi-  
ne IESU Christi, in remissionem pecca-  
torum vestrorum: & accipietis donum  
Spiritus Sancti.

An ignoratis quia quicunque baptiza- *Rom. 6.3.*  
ti sumus in Christo IESU, in morte ipsius  
baptizati sumus? consepulti enim  
sumus cum illo per baptismum in mor-  
tem, &c.

Unus Dominus, una Fides, unum *Eph. 4.5.*  
baptisma.

Non ex operibus iustitiae, quæ feci- *Tit. 3.5.*  
mus nos, secundum suam misericordi-  
am salvos nos fecit, per lavacrum rege-  
nerationis, & renovationis Spiritus S.

*Hebr. 6.* Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cælestis, & participes facti sunt Spiritus S. gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutésque venturi saeculi, & prolapsi sunt; rursus renovari ad pænitentiam, rursum crucifigentes sibi meti ipsis Filium Dei & ostentui habentes.

*2. Cor. 10.* Et omnes in Moysē baptizati sunt in nube, & in mari.

### Beatitudo:

*Sap. 5. 16.* Iusti autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum.

*Is. 25. 9.* Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, & salvabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus, & lætabimur in salutari ejus.

*49. 10.* Non esurient, neq; sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos.

*Jer. 31. 13.* Tunc lætabitur Virgo in choro, juvenes, & senes simul: & convertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo.

*Marc. 12.* Cum autem à mortuis resurrexerint, neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut Angeli in Cælis,

Et

Et ego dispono vobis sicut dispositum mihi Pater meus Regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo: & sedeatis super thronos judicantes duodecim tribus Israël.

Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi.

Sed sicut scriptum est (*Isaiæ 64. 4.*) *1. Cor. 2.*  
quod oculus non vidit, nec auris audit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum.

*Bellum est sæpè pœna peccati.*

**E**O quod non serviēris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitiâ, propter rerum omnium abundantiam: serviies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame & siti, & nuditate, & omni penuria: & ponet jugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat. Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem aquilæ volantis cum impetu: cuius lingvam intelligere non possis: gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur parvuli, & devoret fructum jumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ.

Et ad iracundiam concitaverunt Dominum, dimitentes eum, & servientes Baal.

56 **B E L L U M.**  
Baal & Astaroth. Iratusque Dominus contra Israël, tradidit eos in manus di-ripientium : qui ceperunt eos, & vendi-derunt hostibus, qui habitabant per gyrum.

*Judic. 6. 1.* Fecerunt autem filii Isräl malum in conspectu Domini : qui tradidit illos in manu Madian septē annis, & oppressi sunt valde ab eis.

*10. 6.* Filii autem Isräl peccatis veteribus jungentes nova &c. contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philistiim, & filiorum Ammon.

*Is. 5. 25.* Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum : & conturbati sunt montes, & facta sunt morticia eorum, quasi stercus in medio platearum.

*Tempore belli quomodo se quis gerere debet.*

*Num. 10. 9.* Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, qui dimicant adversum vos, clangetis ululantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum.

*Dent. 20. 1.* Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & majorem, quam tu habeas, adversarii exer-

Xercitūs multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est.

Convocavit universos in platea portae civitatis, ac locutus est ad cor eorum dicens: viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paveatis Regem Assyriorum, & universam multitudinem, quæ est cum eo: multò enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. Cū enim est brachium carneum: nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnátq; pro nobis.

Quando obsederis civitatem multo tempore, & munitionibus circumderis ut expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potes, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum.

Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus, & validus, quia cum dispositio- Prov. 24. tione initur bellum: & erit salus. ubi multa consilia sunt.

Interrogabant autem eum, & milites dicentes: quid faciemus & nos? & ait illis: neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis: & contenti estote stipe- Luca. 3. diis vestris.

Quando egressus fueris adversus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala.

2. Par. 32.

6.

Deut. 20.

19.

Prov. 24.

5.

14.

Deut. 23.

20.

*Jer. 47.6.* O mucro Domini usquequò non quiesces? ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & file.

*Eph. 6.11.* Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversùs insidias diaboli, quoniam non est nobis collectatio adversùs carnem, & sanguinem, sed adversùs principes, & potestates, adversùs mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in cœlestibus.

*Benedictio, quā DEUS ab homine benedicitur.*

*Psal. 102.* Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus. Benedic anima mea Domino: & noli oblidisci omnes retributio-nes ejus.

*Tob. 12.* Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobis cum misericordiam suam.

*Job. 1.21.* Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

*Tob. 4.20.* Omni Tempore benedic Deum: & pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.

*Psal. 33.2.* Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus ejus in ore meo.

*Eccli. 43.* Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis: major enim est omni-

Omni laude. Exaltantes eum reple-  
misi virtute. Ne laboretis: non enim  
comprehendetis. Quis videbit eum,  
& enarrabit? & quis magnificabit eum?  
sicut est ab initio?

*Quâ homo homini debet benedicere.*

**B**enedixit Isaac Jacob dicens ) Det  
tibi Deus de rore cœli, & de pin-  
gvedine terræ, abundantiam frumenti,  
& vini:

Gen. 27.  
28.

Locutusq; est Dominus ad Moysen,  
dicens: loquere Aaron, & filiis ejus: sic Num. 6.  
22.  
benedicetis filiis Israël & dicetis eis: be-  
nedicat tibi Dominus, & custodiat te.  
Ostendat Dominus faciem suam tibi, &  
misereatur tui. Convertat Dominus  
vultum suum ad te, & det tibi pacem.  
Invocabuntq; nomen meum super filios  
Israël, & ego benedicam eis.

Et factum est, ut audivit salutatio-  
nem Mariæ Elisabeth, exultavit infans  
in utero ejus: & repleta est Spiritu S.  
Elisabeth: & exclamavit voce magnâ,  
& dixit: benedicta tu inter mulieres, &  
benedictus fructus ventris tui.

Qui benedixerit tibi, erit & ipse be- Num.  
24.9.  
nedictus: qui maledixerit, in maledi-  
ctione reputabitur.

*Quâ*

*Quā res benedicuntur, & san-  
ctificantur.*

*Exod. 29.* ET pones tiaram in capite ejus, & la-  
minam sanctam super tiaram, &  
oleum unctionis fundes super caput  
ejus: atq; hoc ritu consecrabitur.

27. Sanctificabisq; & pectusculum con-  
secratum, & armum, quem de ariete se-  
parasti, quo initiatus est Aaron, & filii  
ejus.

*Lev. 21.* Pontifex, id est, Sacerdos maximus in-  
ter fratres suos, super cuius caput fu-  
sum est unctionis oleum, & cuius manus  
in sacerdotio consecratæ sunt, vesti-  
tusq; est sanctis vestibus, caput suum  
non discooperiet, vestimenta non scin-  
det.

22. 2. Loquere ad Aaron, & ad filios ejus,  
ut caveant ab his quæ consecrata sunt  
filiorum Israël, & non contaminent no-  
men sanctificatorum mihi, quæ ipsi of-  
ferunt. Ego Dominus. Dic ad eos, &  
ad posteros eorum: omnis homo qui  
accederit de stirpe vestra ad ea, quæ  
consecrata sunt, & quæ obtulerunt filii  
Israël Domino, in quo est immunditia,  
peribit coram Domino.

27. 28. Omne, quod Domino consecratur,  
sive homo fuerit, sive animal, sive ager,  
non vendetur, nec redimi poterit.

Quid

Quidquid semel fuerit consecratū, sanctum sanctorum erit Domino.

Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino. Assumētque aquam *Num. 5.*  
sanctam in vase fictili, & pauxillum ter- *16.*  
ræ de pavimento tabernaculi mittet in  
eam.

Et sacra vase Domini accepit Nabu- *3. Esdr.*  
chodonosor, & tulit, & consecravit in *1. 40.*  
templo suo, in Babylonia.

### Blasphemia.

**E**DUC blasphemum extra castra, & po- *Lev. 24.*  
nant omnes, qui audiērunt, manus *14.*  
suas super caput ejus, & lapidet eum po-  
pulus universus. Et ad filios Israël lo-  
quēris: homo qui maledixerit Deo suo,  
portabit peccatum suum: & qui blas-  
phemayerit nomen Domini, morte mo-  
riatur.

Quōd si dixeritis mihi: in Domino *4. Reg. 18.*  
Deo nostro habemus fiduciam: nonne *22.*  
iste est, cuius abstulit Ezechias excelsa,  
& altaria: & præcepit Judæ & Jerusa-  
lem: ante altare hoc adorabitis in Je-  
rusalem? (*propter hanc blasphemiam.*)

Factum est igitur in nocte illa, venit *19.*  
Angelus Domini, & percussit in castris *35.*  
Assyriorum centum octoginta quinq;  
millia.

Quoniam prophetāsti nobis dicens: *Judith. 6.*  
quod

quod gens Israël defendatur à Deo suo, ut ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor: cùm percusserimus eos omnes, sicut hominem unum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis.

Nabuchodonosor Rex ait eis: ve-

- DAN.** 3. réne Sidrach, Misach, & Abdenago,  
 14. Deos meos non colitis, & statuam auream, quam constitui non adoratis &c.  
 15. Et quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? Respondentes Sidrach &c. dixerunt Regi Nabuchodonosor: non oportet nos de hac re respondere tibi: ecce enim Deus noster, quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis &c. missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum.

**Exod. 20.** Non affumes nomē Domini Dei tui in vanum (*minus blasphemandum.*)

**2.Reg. 12.** Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur.

**Matt. 12.** Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiae non remittetur.

**Marc. 3.** Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blas-

blasphemiae, quibus blasphemaverint:  
qui autem blasphemaverit in Spiritum  
S. non habebit remissionem in æternum,  
sed reus erit æterni delicti.

Nomen enim Dei per vos blasphe- *Rom. 22.*  
matur inter gentes sicut scriptum est. *24.*

Blasphemaverunt Deum cæli, præ *Apoc. 16.*  
doloribus, & vulneribus suis, & non e- *11,*  
gerunt pænitentiam ex operibus suis.

### Bonitas, & benignitas DEI.

**D**Ixitq; Dominus ad eum: si invenio Sodomis quinquaginta justos in medio civitatis, dimittam omnino loco propter eos &c. *Gen. 18. 26.*

Ideo dic filiis Israël: Ego Dominus *Exo. 6.6.*  
qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, & eruam de servitute: ac redimam in brachio excelso, & judiciis magnis.

Quo transeunte coram eo, ait: Dominator Domine Deus; misericors & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax. Qui custodis misericordiam in millia, qui auferas iniquitatem, & scellerat, atq; peccata, nullusq; apud te per se innocens est. *34. 6.*

Tolle virgam, & congrega populum, *Num. 20.*  
tu, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cūmq; eduxeris aquam de petra, biberet omnis multitudo, & jumenta ejus. *8.*

**Deut. 4.** Cúmq; quæsiéris ibi Dominum Deum  
**29.** tuum, invenies eum. Si tamen toto  
 corde quæsiéris, & tota tribulatione a-  
 nimæ tuæ.

**Dixit autem David ad Gad :** coar-  
**2. Reg. 24.** Etor nimis : sed melius est, ut incidam in  
**14.** manus Domini (multæ enim misericor-  
 diæ ejus sunt) quàm in manus homi-  
 num.

**Ecli. 2.** Scitote, quia nullus speravit in Do-  
 mino, & confusus est. Quis enim per-  
**12.** manxit in mandatis ejus, & derelictus  
 est? aut quis invocavit eum, & despe-  
 xit illum?

**Psal. 102.** Qui propitiatur omnibus iniurianti-  
**3.** bus tuis : qui sanat omnes infirmitates  
 tuas. Qui redimit de interitu vitam  
 tuam: qui coronat te in misericordia  
 & miserationibus. Qui replet in bonis  
 desiderium tuum.

**Isa. 30.18.** Propterea expectat Dominus, ut mi-  
 sereatur vestri : & ideo exaltabitur par-  
 cens vobis : quia Deus iudicij Domi-  
 nus: beati omnes qui expectant eum.

**Ad punctum in modico dereliqui te,**  
**54. 7.** & in miserationibus magnis congrega-  
 bo te. In momento indignationis ab-  
 scondi faciem meam parumper à te, &  
 in misericordia sempiterna misertus  
 sum tui.

**55. 7.** Derelinquat impius viam suam, & vir-  
 inie-

iniquis cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus.

Venite ad me omnes qui laboratis & Matt. 11.  
onerati estis, & ego reficiam vos. 28.

Cum autem adhuc longè esset, vidit Luca 15.  
Illum Pater ipsius, & misericordia mo- 20.  
tus est, & accurrens cecidit super col-  
lum ejus, & osculatus est eum.

Et dixit illi JESUS: Amen dico tibi: 23. 43.  
hodie mecum eris in Paradiso.

Benedictus Deus, & Pater Domini no- 2. Cor. 1.  
stri JESU Christi, Pater misericordia- 3.  
rum, & Deus totius consolationis, qui  
consolatur nos in omni tribulatione  
nostra.

DEUS autem qui dives est in miseri- Eph. 2.4.  
cordia, propter nimiam charitatem  
suam, quā dilexit nos, & cum essemus  
mortui peccatis, convivificavit nos in  
Christo (*cujus gratiā estis salvati*) & cor-  
resuscitavit, & confedere fecit in cæle-  
stibus in Christo JESU.

Et circuibat JESUS totam Galilæam Mat. 4.  
docens in Synagogis eorum, & prædi- 23.  
cans Evangelium Regni: & sanans o-  
mnem langvorem, & omnem infirmita-  
tem in populo.

Saulus autem adhuc spirans minarū, Act. 9. 1.  
& cædis in discipulos Domini, accessit  
ad principem sacerdotum, & petiit ab  
eo epistolas in Damascum ad Synago-

gas: ut si quos invenisset hujus viæ viros, ac mulieres, vincitos perduceret in Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit, ut appropinquaret Damasco: & subito circumfulsis eum lux de caelo. Et cadens in terrain, audivit vocem dicentem sibi: Saule Saule quid me persequeris? &c.

*Pf. 102.13.* Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.

### Bona Opera.

*Exodi 23.* Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.

*19.*

*Prov. 14.* Qui calumniatur egentem exprimat factori ejus: honorat autem eum qui miseretur pauperis.

*31.*

*If. 1. 17.* Discite benefacere: quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam. Et venite & arquite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum quasi nix dealbabuntur.

*58. 7.* Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despixeris.

*Matt. 5.* Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum.

*24.* *42.* Qui petit à te, da ei: & volenti mutuari à te, ne avertaris. Re-

Respondens autem dicebat illis: qui *Lucæ. 3.*  
habet duas tunicas, det non habenti: & *11.*  
qui habet escas, similiter faciat.

Necessitatibus Sanctorum communi- *Rom. 12.*  
cantes: hospitalitatem sectantes: *13.*  
benedicite persequentibus vos: bene-  
dicte & nolite maledicere. Gaudere  
cum gaudentibus, flere cum flentibus.

Religio munda & immaculata apud *Jacobi. 1.*  
Deum, & Patrem, hæc est: visitare pu-  
pilos & viduas in tribulatione eorum,  
& immaculatum se custodire ab hoc  
sæculo.

Fructus autem Spiritus est: charitas, *Gal. 5. 22.*  
gaudium, pax, patientia, benignitas,  
bonitas, longanimitas, mansuetudo,  
fides, modestia, continentia castitatis.  
Adversus hujusmodi non est lex. Qui  
autem sunt Christi, carnem suam cruci-  
fixerunt cum vitiis, & concupiscentiis.

Non potest arbor bona malos fructus  
facere: neque arbor mala bonos fructus  
facere: omnis arbor quæ non facit fru-  
ctum bonum excidetur, & in ignem mit-  
tetur. Igitur ex fructibus eorum co-  
gnoscetis eos. Non omnis qui dicit  
mihi Domine Domine intrabit in Re-  
gnum cœlorum &c.

Sicut enim corpus sine spiritu mor- *Jacobi. 2.*  
tuum est, ita & fides sine operibus mor- *26.*  
tua est.

## 68. COECITAS MENTIS.

*Jacobi 2. 26.* Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides salvare eum? si enim frater & soror nudi sint, & indigeant vietu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: ite in pace calefacimini, & saturamini: non dederit autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? sic & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

## COECITAS MENTIS & corporis.

*Gen. 19. 11.* **E**t eos qui foris erant percusserunt cœcitatem, à minimo usque ad maximum, ita ut ostium inventire non possint.

*Deut. 28. 28.* Percutiat te Dominus amentiam, & cœcitatem ac furore mentis, ut palpes in meridie sicut palpare solet cœcus in tenebris, & non dirigas vias tuas.

*Psi. 145. 8.* Dominus solvit compeditos: Dominus illuminat cœcos.

*Deut. 29. 4.* Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possent audire usque in præsentem diem.

*Isa. 6. 10.* Excœca cor populi hujus, & aures ejus agrava: & oculos ejus clude: ne for-

forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum.

Et dedi te in fædus populi, in lucem *Isaiæ 6.*  
Gentium : ut aperires oculos cœcorum, & educeres de conclusione vinclum, & de domo carceris sedentes in tenebris. *10.*

Et ducam cœcos in viam, quam nesciunt: & in semitis quas ignorârunt ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & prava in recta. *16.*

Surdi audite, & cœci intuimini ad vindendum. *Quis cœcus nisi servus meus? & surdus nisi ad quem nuntios meos misi? quis cœcus nisi qui venundatus est? & quis cœcus nisi servus Domini? qui vides multa nonne custodies? qui apertas habes aures non ne audies?* Et Dominus voluit ut sacrificaret eum & magnificaret legem & extolleret. *28.*

DEus ipse veniet, & salvabit vos. *Tunc aperientur oculi cœcorum, & aures surdorum patebunt.* *35. 5.*

Educ foras populum cœcum, & oculos habentem. Surdum & aures ei sunt. *43. 8.*

Hæc cogitaverunt, & erraverunt: *ex Sap. 2.21.* cœcavit enim illos malitia eorum.

Ergo erravimus à via veritatis, & iustitiae *5. 6.*

## 70 COECITAS MENTIS.

stitiæ lumen nobis non luxit, & sol intelligentiæ non est ortus nobis &c.

*U. 59. 2.* Expectavimus lucem, & ecce tenebræ ; splendorem, & in tenebris ambulavimus. Palpavimus sicut cœci paritem, & quasi absque oculis attractavimus : impeginus meridie quasi in tenebris in caliginosis quasi mortui.

*Pj. 17. 29.* Quoniam tu illuminans lucernam meam domine : DEus meus illumina tenebras meas.

*18. 9.* Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.

*26. 1.* Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo.

*Tob. 2. 11.* Et ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent in oculos ejus fieretque cœcus. Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus eyenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut & Sancti Job.

*Matt. 15.* Sinite illos : cœci sunt, & duces cœcorum, cœcus autem si cœco ducatum præstet ambo in foveam cadunt.

*Marc. 8.* Adhuc cœcatum habetis cor yestrū ?  
*18.* oculos habentes non videtis ? & aures habentes non auditis ?

*Joan. 9. 1.* Et præteriens JESUS vidit hominem cœcum à nativitate ; & interrogaverunt eum discipuli ejus : Rabbi quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cœcus nasceretur ?

Et

Et audierunt quidam ex Pharisæis, *Joan. 9.*  
 qui cum ipso erant & dixerunt ei: nun-  
 quit & nos cœci sumus? *40.*  
 si cœci essetis non haberetis peccatum,  
 nunc verò dicitis: quia videmus. Pec-  
 catum vestrum manet.

Et transeunte inde JESU, secuti sunt *Matt. 9.*  
 eum duo cœci, clamantes, & dicentes:  
 miserere nostri fili David. Cùm autem  
 yenisset Domum, accesserunt ad eum  
 cœci. Et dixit eis JESUS: creditis quia  
 hoc possum facere vobis? dicunt ei: u-  
 tique Domine. Tunc tetigit oculos  
 eorum dicens: secundùm fidem vestrā  
 fiat vobis, & aperti sunt oculi eorum.

Surrexit autem Saulus de terra, aper- *Act. 9. 8.*  
 tisque oculis nihil videbat.

Et abiit Ananias, & introivit in do-  
 mum: & imponens ei manus, dixit:  
 Saule frater, Dominus misit me JESUS  
 qui apparuit tibi in via, quâ veniebas,  
 ut videoas & implearis Spiritu S. & con-  
 festim ceciderunt ab oculis ejus tan-  
 quam squamæ, & visum recepit.

In quibus DEUS hujas sæculi excœ-  
 cavit mentes infidelium, ut non fulgeat *2. Cor. 4.*  
 illis illuminatio evangelii Gloriæ Chri-  
 sti, qui est imago Dei. *4.*

Tenebris obscuratum habentes in-  
 tellectum, alienati à vita Dei, per igno- *Eph. 4.18.*

rantiam quæ est in illis, propter cœcitatem cordis ipsorum.

### Cæmoniæ Ecclesiastice.

*Genes. 8.  
20.* **A**dificavit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta super altare.

*14. 18.  
27. 10.* At verò Melchisedech rex Salem, proferens pānem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelsō, qui creavit cōlūm & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manib⁹ tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

Hoc est pactum meum quod obser-  
vabitis inter me, & vos. & semen tuum  
post te. Circumcidetur ex vobis o-  
mne masculinum: & circumcidetis car-  
nem præputii vestri, ut sit in signum fœ-  
deris inter me & vos.

*26. 5.* Et benedicentur in semine tuo omnes  
gentes terræ, eò quod obedierit Abra-  
ham voci meæ & custodierit præcepta,  
& mandata mea, & cæmonias legesq;  
fervaverit.

*33. 20.* Et erecto ibi altari invocavit super  
illud fortissimum Deum Israël.

Ostendatq; populo cæmonias, & ri-  
tum.

tum colendi, viamq; per quam ingredi  
debeant, & opus quod facere debeant.

Septem enim diebus finietur conse- *Lev. 8.*  
cratio: sicut & in præsentiarum factum *34.*  
est, ut ritus sacrificii compleretur.

Et dixit ad Aaron: Accede ad altare *9. 7.*  
immola pro peccato tuo: offer hol-  
ocaustum, & deprecare pro te, & pro po-  
pulo.

Oblata est hodie victimæ pro pecca- *10. 19.*  
to, & holocaustum coram Domino: mi-  
hi autem accidit quod vides.. Quomo-  
do potui comedere eam aut placere  
Domino in cæremoniis mente lugu-  
bri?

Mulier si suscepto semine pepererit *12. 2.*  
masculum immunda erit septem die-  
bus juxta dies separationis menstruæ.  
Et die octavo circumcidetur infantu-  
lus &c.

Cumque expleti fuerint dies purifi-  
cationis suæ, pro filio, sive pro filia, de-  
feret agnum anniculum in holocau-  
stum, & pullum columbæ, sive turturæ  
pro peccato ad ostium tabernaculi te-  
stimonii, & tradet Sacerdoti, qui offre-  
ret illa coram Domino, & orabit pro ea,  
& sic mundabitur à profluvio sanguini  
sui.

*Calix iræ, & furoris.*

*Ils. 51. 17.* ELevare, elevare, consurge Jerusalem,  
quæ bibisti de manu Domini calicem iræ ejus : usque ad fundum calicis  
soporis bibisti, & potâsti usq; ad fœces.

*Jer. 25. 15.* Quia sic dicit Dominus exercituum  
Deus Israël : sume calicem vini furo-  
ris hujus de manu mea : & propinabis  
de illo cunctis gentibus ad quas ego  
mittam te : Et bibent, & turbabuntur,  
& insaniet à facie gladii quem ego mit-  
tam inter eos.

*Pf. 59. 5.* Ostendisti populo tuo dura : potâsti  
nos vino compunctionis.

*74. 9.* Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia  
calix in manu Domini vini meri plenus  
misto. Et inclinavit ex hoc in hoc:  
verumtamen fœx ejus non est exina-  
nita : bibent omnes peccatores terræ.

*Jer. 49. 12.* Ecce quibus non erat judicium , ut  
biberent calicem , bidentes bibent : &  
tu quasi innocens relinquēris ? non eris  
innocens, sed bibens bipes.

*Apoc. 14. 9.* Si quis adoraverit bestiam , & imagi-  
nem ejus , & acceperit characterem in  
fronte sua , aut in manu sua : & hic bi-  
bet de vino iræ Dei , quod mistum est  
mero in calice iræ ipsius , & cruciabitur  
igne, & sulphure.

*16. 12.* Et babylon magna venit in memo-  
riam

niam ante Deum dare illi calicem vini  
indignationis iræ ejus.

### *Calix passionis imitandus.*

**N**escitis quid petatis. Potestis bi-*Math. 20.<sup>a</sup>*  
bere calicem, quem ego bibitus 22.  
sum? Dicunt ei: possumus. Ait illis:  
calicem quidem meum bibetis.

Tristis est anima mea usq; ad mor-  
tem: sustinete hic, & vigilate mecum;  
& progressus pusillum procidit in faci-  
em suam, orans, & dicens: Pater mi si  
possibile est, transeat à me calix iste,  
verumtamen non sicut ego volo, sed  
sicut tu.

Pater mi, si non potest hic calix tran-  
fire, nisi bibam illum; fiat voluntas  
tua.  
*42.<sup>a</sup>*

Calicem quem dedit mihi Pater, non *Joan. 18.<sup>b</sup>*  
bibam illum?  
*II.*

### *Calumnia.*

**P**ropter pecuniam, quam retulimus *Gen. 43.<sup>a</sup>*  
priùs in fassis nostris introducti su-  
mus: ut devolvat in nos calumniam,  
& violenter subjiciat servituti, & nos &  
afinos nostros.

Non facies calumniam proximo tuo *Levit. 19.<sup>b</sup>*  
nec vi opprimes eum.  
*13.*

Si quempiam calumniatus sum, si op-  
pressi aliquem, si de manu cuiusquam *1. Reg. 12.<sup>a</sup>*  
munus accepi: & contemnam illud ho-  
die, restituamq; vobis.  
Feci  
*3.*

- Psal. 118.* Feci iudicium, & justitiam: non trahas me calumniantibus me.
- Prov. 28.* Dux indigens prudentiam, multos operat per calumniam.

*Eccli. 26.* A tribus timuit cor meum, & in quartis facies mea metuit: delaturam civitatis, & collectionem populi, calumniam mendacem, super mortem omnia gravia.

*Is. 33.15.* Qui projicit avaritiam ex calunnia &c. iste in excelsis habitabit.

*54. 14.* Recede procul à calunnia.

*Jer. 7. 6.* Advenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam.

*Lucæ. 3.* Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis.

### *Captivos non deserit DEUS.*

*Gen. 39.* Fuit autem Dominus cum Joseph, & misertus illius, dedit ei gratiam in conspectu principis carceris.

*Sap. 10.* Hæc venditum justum non dereliquit, sed à peccatoribus liberavit eum: descenditq; eum eo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam adversus eos, qui eum deprimebant.

*Aet. 5. 19.* Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, & educens eos dixit: ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia yerba vitæ hujus.

Annuens autem eis manu ut tace- *Acto. 12.*  
rent, narravit quomodo Dominus edu- *17.*  
xisset eum de carcere.

Mediâ autem nocte, Paulus & Silas *16. 25.*  
orantes, laudabant Deum : & audie-  
bant eos, qui in custodia erant. Subitò  
verò terræ motus factus est magnus, ita  
ut moverentur fundamenta carceris.  
Et statim aperta sunt omnia ostia : & u-  
niversorum vincula soluta sunt.

### Captivi invisendi.

**Q**uod cùm audisset Abram, captum *Gen. 14.*  
videlicet Lot fratrem suum, nu- *14.*  
meravit expeditos vernaculos suos tre-  
centos decem & octo : & persecutus est  
usq; Dan.

Pergebat ergo ad omnes, qui erant in *Tob. 1. 15.*  
captivitate, & monita salutis dabat eis.

Det misericordiam Dominus *Onesi- 2. Tim. 1.*  
phori domui : quia sèpè me refrigera- *16.*  
vit, & catenam meam non erubuit : sed  
cum Romam venisset, solicite me quæ-  
sivit, & invenit &c.

Mēmentote vincitorum, tanquam si- *Hebr. 13.*  
mul vincti. *3.*

### Caput Ecclesiæ.

**V**Os autem estis Corpus Christi, & *1. Cor. 12.*  
membra de membro. *27.*

Et omnia subjecit sub pedibus ejus : *Ephes. 1.*  
& ipsum dedit Caput supra omnem Ec- *22.*  
clesi-

clesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.

*Eph. 4.15.* Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est Caput Christus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam subministracionis.

*5. 23.* Quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus Caput est Ecclesiæ: ipse Salvator corporis ejus. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.

*Col. 1.18.* Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primum tenens.

*Osee. 2.2.* Judicate matrem vestram, judicate: quoniam ipsa non uxor mea, & ego non vir ejus.

*Col. 2.10.* Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatûs, & potestatis:

### *Caro propria domanda.*

*Num. 22.* **N**onne animal tuum sum, cui super-  
30. sedere conservisti usq; in præsen-  
tem diem?

*Ecclesi. 33.* Cibaria, & virga, & onus asino: panis,  
25. & disciplina, & opus seruo.

*Dan. 10.* Ex die primo, quo posuisti cor tuum  
32. ad intelligendum ut te affigeres in con-  
spe-

Specu Dei tui, exaudita sunt verba tua.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, *Habac. 3.*  
& subter me scateat. Ut requiescam in *16.*  
die tribulationis.

Obsecro itaq; vos fratres per miseri- *Rom. 12.*  
cordiam Dei, ut exhibeatis corpora ve- *1.*  
stra hostiam viventem, sanctam, Deo  
placentem, rationabile obsequium ve-  
strum.

Sed castigo corpus meum, & in ser- *1. Cor. 9.*  
vitutem redigo: ne forte cum aliis pra-  
dicaverim, ipse reprobus efficiar. *27.*

Semper mortificationem JEsu in cor- *2. Cor. 4.*  
pore nostro circumferentes, ut & vita *10.*  
JEsu manifestetur in corporibus nostris.

Vivo autem, jam non ego: vivit ve- *Gal. 2. 20.*  
rò in me Christus. Quod autem nunc  
vivo in carne &c.

Qui autem sunt Christi, carnem su- *5. 24.*  
am crucifixerunt cum vitiis, & concu-  
piscentiis. Si spiritu vivimus, spiritu  
& ambulemus.

De cætero nemo mihi molestus sit: *6. 17.*  
ego enim stigmata Domini JEsu in cor-  
pore meo porto.

Mortificate ergo membra vestra, quæ *Col. 3. 5.*  
sunt super terram.

Christus semel pro peccatis nostris *1. Petri 3.*  
mortuus est, justus pro injustis, ut nos *18.*  
offeret Deo, mortificatus quidem car-  
ne, vivificatus autem Spiritu.

Ergo

- Rom. 8.* Ergo fratres debitores sumus non  
 12. carni, ut secundum carnem vivamus.  
 Si enim secundum carnem vixeritis,  
 moriemini: si autem spiritu facta car-  
 nis mortificaveritis, vivetis.
- 13. 14.* Et carnis curam ne feceritis in desi-  
 deriis.
- Gal. 1.16.* Continuò non acquievi carni, & san-  
 givini.
- 5. 16.* Spiritu ambulate, & desideria carnis  
 non perficietis. Caro enim concipi-  
 scit adversus spiritum: spiritus autem  
 aduersus carnem: hæc enim sibi invi-  
 cem aduersantur: ut non quæcunque  
 vultis, illa faciatis.

### *Castitas fraudetur.*

- Gen. 39.* Qui nequaquam acquiescens operi  
 8. nefario, dixit ad eam (*Scilicet Jo-*  
*seph ad Dominam suam*) quomodo ergo  
 possum hoc malum facere, & peccare in  
 Deum meum?
- Judit. 15.* Confortatum est cor tuum, eo quod  
 11. castitatem amaveris, & post virum tuum,  
 alterum nescieris: ideo & manus Do-  
 mini confortavit te, & ideo eris bene-  
 dicta in æternum.
- Sap. 3.13.* Quoniam fœlix est sterilis: & inco-  
 quinata, quæ nescivit thorum in deli-  
 cto, habebit fructum in respectione ani-  
 marum sanctorum.

Scivi quoniam aliter non possem esse *Sap. 8.21.*  
continens, nisi Deus det, & hoc ipsum  
erat sapientiæ, scire cujus esset hoc do-  
num.

Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne *Job. 31.1.*  
cogitarem quidem de virginie.

Sunt eunuchi, qui se ipsos castrave- *Matt. 19.*  
runt propter Regnum Cœlorum. *12.*

Dico autem non nuptis & viduis: bo- *1. Cor. 7.*  
num est illis si sic permaneant, sicut & *8.*  
ego.

Volo enim omnes vos esse, sicut me *7.*  
ipsum.

Bonū est homini mulierē non tangere. *1.*

Qui sine uxore est, solicitus est, quæ *32.*  
Domini sunt, quomodo placeat Deo.  
Qui autem cùm uxore est, solicitus est  
quæ sunt mundi, quomodo placeat u-  
xori & divisus est. Et mulier innupta,  
& virgo cogitat quæ Domini sunt; ut  
sit sancta corpore & spiritu. Quæ au-  
tem nupta est, cogitat quæ sunt mundi,  
quomodo placeat viro.

Igitur & qui matrimonio jungit vir- *33.*  
ginem suam, bene facit: & qui non jun-  
git, melius facit.

Incorrumpio autem facit proximum *Sap. 6.20.*  
esse Deo.

Dixit autem Maria ad Angelum: *Luca. 1.*  
Quomodo fiet istud, quoniam virum non *34.*  
cognosco?

- Luca* 20. Filii hujus seculi nubunt, & traduntur ad nuptias. Illi verò, qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; nubent, neq; ducent uxores.

*Ap. 14.4.* Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquiniati : virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunq; ferit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno.

### *Charitas erga DEUM:*

*Lev. 6.12.* Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subjiciens ligna mane per singulos dies.

*Prov. 10.* Universa delicta operit charitas.

12. Diliges Dominum DEum tuum ex

*Mat. 22.* toto corde tuo, & in tota anima tua,  
37. & in tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic : diliges proximum tuum sicut te ipsum.

24. 12. Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

*Mar. 12.* Bene Magister, in veritate dixisti,

32. quia unus est DEus, & non est alius praeter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine. Et diligere proximum tanquam se ipsum, magis est omnibus holocaustibus, & sacrificiis.

Sil lin-

Si linguis hominum loquar, & An-  
geli Cor. 13.  
Iorum, charitatem autem non habeam,  
factus sum velut æsonans, aut cymba-  
lum tinniens.

Et si distribuero in cibos pauperum  
omnes facultates meas, & si tradidero  
corpus meum ita ut ardeam, charita-  
tem autem non habuero, nihil mihi pro-  
dest. Charitas patiens est: benigna est:  
charitas non æmulatur, non agit per-  
peram, non inflatur, non est ambitiosa,  
non querit quæ sua sunt, non irritatur,  
non cogitat malum, non gaudet super  
iniquitate, congaudet autem veritati:  
omnia suffert, omnia credit, omnia spe-  
rat, omnia sustinet.

Super omnia autem hæc, charitatem Col. 3:14.  
habete, quod est vinculum perfectionis.

Finis autem præcepti est charitas de 1.Tim.1.  
corde puro, & conscientia bona, & fide 5.  
non ficta.

Et nos cognovimus, & credidimus 1. Jean.  
charitati, quam habet Deus in nobis. 4. 16.  
Deus charitas est: & qui manet in cha-  
ritate, in Deo manet, & Deus in eo.

### *Charitas erga proximum.*

ET videbantur illi pauci dies, præ a- Gen. 29.  
moris magnitudine. 20.

Diliges amicum tuum sicut te ipsum, Lev. 19.  
ego Dominus. 18.

- Deut. 22.* Non videbis bovem fratri tui, aut ovem errantem, & præteribis: sed redi ces fratri tuo, etiamsi non est propinquus frater tuus; nec nôsti eum.
- Ecclesi. 25.* In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus: concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes.
- Pf. 132. 1.* Ecce quâm bonum, & quâm jucundum, habitare fratres in unum.
- Mat. 19.* Diliges proximum tuum sicut te ipsum.
- 19.*
- Joan. 13.* Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem.
- 15. 12.* Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hâc dilectionem nemo habet, ut animâ suam ponat quis pro amicis suis.
- Rom. 13.* Non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.
- Eph. 5. 1.* Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & ho-

& hostiam Deo in odorem suavitatis.

De charitate autem fraternitatis non *i. Thes. 4.*  
necessē habemus sc̄ ibere vobis: ipsi e-  
nīm vos à Deo didicistis, ut diligatis in-  
vicem. *9.*

### *Charitas erga inimicos.*

**S**i occurreris bovi inimici tui, aut as-  
ino erranti, reduc ad eum. Si vide-  
ris asinum odientis te jacerē sub onere,  
non pertransibis, sed sublevabis cum eo. *Exod. 23.*  
*4.*

Et dixerunt servi David ad eum: ec-  
ce dies, de qua locutus est Dominus ad  
te: ego tradam tibi inimicum tuum, ut  
facias ei sicut placuerit in oculis tuis:  
surrexit ergo David, & præcidit oram  
chlamydis Saul silenter. Post hæc per-  
cussit cor suum David, eò, quòd absci-  
disset oram chlamydis Saul. Dixítq;  
ad viros suos: Propitius sit mihi Do-  
minus, ne faciam hanc rem Domino  
meo, Christo Domini, ut mittam ma-  
num meam in eum, quia Christus Do-  
mini est.

Dixítq; Abisai ad David: conclusit  
Dominus inimicum tuum hodie in ma-  
nus tuas: nunc ergo perfodiam eum  
lanceā in terra, semel, & secundò opus  
non erit. Et dixit David ad Abisai:  
ne interficias eum &c. nisi Dominus per-  
cuserit eum, aut dies venerit ut moria-

tur, aut in prælium descendens periērit; propitius sit mihi Dominus ne exten-dam manum meam in Christum Domini.

*Job. 31.*

*29.*

Si gavisus sum ad ruinam ejus, qui me oderat, & exultavi quod invenisset eum malum.

*Prov. 25.*

*21.*

Si esuriērit inimicus tuus, ciba illum si sitiērit, da ei aquam bibere.

*Matt. 5.*

*44.*

Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro per-sequentibus & calumniantibus vos: ut sitis filii patris vestri qui, in Cœlis est.

*Luca. 6.*

*35.*

Verumtamen diligite inimicos ve-stros: benefacite, & mutuum date, ni-hil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filii altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos.

*23. 33.*

Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones, unum à dextris, & al-terum à sinistis. JESUS autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.

*Act. 12.*

*20.*

Sed si esuriērit inimicus tuus, ciba il-lum: sitit, potum da illi, hoc enim fa-ciens, carbones ignis congeres super caput ejus. Noli vinci à malo, sed vin-ce in bono malum.

### Choreas ducere.

*Exod. 32.*

*19.*

Cumq; appropinquasset ad castra, vi-dit

dit vitulum, & choros: iratusq; valde, project de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.

Cumq; videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite  
repente devineis, & rapite ex eis singuli uxores singulas.

Et David saltabat totis viribus ante 2. Reg. 6. Dominum.

Laudent nomen ejus in choro: in Psal. 149.  
tympano, & psalterio psallant ei. 3.

Laudate eum in tympano, & choro: 150. 4.  
laudate eum in chordis, & organo.

Ab omni via mala prohibui pedes 118.101.  
meos.

Posuisti in nervo pedem meum, & ob- Jobi. 13.  
servasti omnes semitas meas, & vestigia 27.  
pedum meorum considerasti.

Feci mihi cantatores, & cantatrices, Eccles. 2.  
& delicias filiorum hominum &c. vidi 8.  
in omnibus vanitatem, & afflictionem  
animi, & nihil permanere sub sole.

Cum saltatrice ne assiduus sis: nec Eccli. 9.  
audias illam, ne forte pereas in efficacia 4.  
illius.

Pro eo, quod elevatae sunt filiae Sion, Is. 3. 16.  
& ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant,  
ambulabant pedibus suis, & composito  
gradu incedebant: Decalvabit Domi-

nus verticem filiarum Sion, & Dominus  
crinem eorum nudabit.

*Matt. 14.* Die autem natalis Herodis saltavit fi-  
lia Herodiadis in medio, & placuit He-  
rodi. Unde cum juramento pollicitus  
est ei dare quocunq; postulasset ab eo.  
At illa præmonita à Matre sua, da mihi,  
inquit, hic in disco caput Joannis Ba-  
ptistæ.

*Christus verus Messias prædicitur.*

*Gen. 3.15.* **I**Nimicitias ponam inter te, & mulie-  
rem, & semen tuum & semen ilius,  
ipsa conteret caput tuum, & tu infidia-  
beris calcaneo ejus.

*49.10.* Non auferetur sceptrum de Juda, &  
Dux de femore ejus, donec veniat qui  
mittendus est, & ipse erit expectatio  
gentium.

*Num. 24.* Orietur stella ex Jacob, & consurget  
*17.* virga de Israël: & percutiet Duces Mo-  
ab, vastabitq; omnes filios Seth, & erit  
Idumæa possessio ejus.

*1. Reg. 2.* Et suscitabo mihi Sacerdotem fide-  
*35.* lem, qui juxta cor meum, & animam  
meam faciet: & ædificabo ei domum fi-  
delem.

*2. Reg. 7.* Ipse ædificabit Domum nomini meo,  
*13.* & stabiliam thronum regni ejus in sem-  
piternum.

*Ez. 2. 7.* Dominus dixit ad me: filius meus es  
tu,

tu, ego hodie genui te. Postula à me,  
& dabo tibi gentes hereditatem tuam,  
& possessionem tuam terminos terræ.

Dixit Dominus Domino meo : sede *Ps. 109.1.*  
à dextris meis. Donec ponam inimi-  
cos tuos, scabellum pedum tuorum.  
Virgam virtutis tuae emittet Dominus  
ex Sion : dominare in medio inimico-  
rum tuorum.

Ecce Virgo concipiet, & pariet fili- *Isai. 1.14.*  
um, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.  
Butyrum, & mel comedet, ut sciat re-  
probare malum, & eligere bonum.

Parvulus enim natus est nobis, & fili-  
us datus est nobis, & factus est principa-  
tus super humerum ejus : & vocabitur  
nomen ejus, admirabilis, consiliarius,  
Deus fortis, Pater futuri saeculi, prin-  
ceps pacis.

9. 6.

Et egredietur virga de radice Jesse, &  
flos de radice ejus ascendet. Et requie-  
scet super eum Spiritus Domini; Spi-  
ritus sapientiae, & intellectus, Spiritus  
consilii, & fortitudinis, Spiritus scien-  
tiæ, & pietatis, & replebit eum Spi-  
ritus timoris Domini.

xi. 1.

Et suscitabo super eas pastorem u- *Ecli. 34.*  
num, qui pascat eas, seruum meum Da-  
vid: ipse pascat eas, & ipse erit eis in  
pastorem.

23.

**Dan. 7.** Aspiciebam ergo in visione noctis, &  
**13.** ecce cum nubibus Cæli quasi si ius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum pervenit: & in conspectu ejus obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & lingyæ ipsi fervient: potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum ejus, quod non corrumperetur.

**9. 24.** Septuaginta hebdomades abreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consumetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungatur sanctus sanctorum. Scito ergo, & animadverte: ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalæm, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomadâ unâ: & in dimidio

hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatione desolationis: & usque ad consummationem, & finem perseverabit desolatio-

Et tu Bethlhem Ephrata parvulus es *Micheai.*  
in millibus Iuda: ex te mihi egredietur *5. 2.*  
qui sit dominator in Israël, & egressus  
ejus ab initio, à diebus æternitatis.

Adhuc unum modicum est, & ego *Aggæi. 2.*  
commovebo cœlum, & terram, & mare, *8.*  
& aridam. Et movebo omnes gentes.  
Et Veniet Desideratus cunctis Genti-  
bus: & implebo domum istam gloriâ,  
dicit Dominus **ex**creituum.

Exulta satis filia Sion, jubila filia Je-  
rusalem: Ecce Rex Tuus veniet tibi ju-  
stus, & Salvator: ipse pauper, & ascen-  
dens super asinam, & super pullum fili-  
um asinæ. Et disperdam quadrigam ex  
Ephraim, & equum de Jerusalem, & dis-  
sipabitur arcus belli: & loquetur pa-  
cem gentibus, & potestas ejus, à mari  
usque ad mare, & à fluminibus usque ad  
terminos terræ.

Ecce ego mitto Angelum meum, &  
præparabit viam ante faciem meam. Et *Mala. 3.*  
statim veniet ad templum suum domi-  
nator, quem vos quæritis; & Angelus  
testamenti, quem vos vultis.

Vox in excelsis audita est lamenta- *Jer. 31.*  
tionis, luctus, & fletus. Rachel ploran- *15.*  
tis

tis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt (*Innocentium occisio ab Herode Matt. 2.16.*)

*Osee. 11.* Sicut mane transiit, pertransiit Rex Israël. Quia puer Israël, & dilexi eum : & ex Aegypto vocavi filium meum (*fuga, & revocatio Christi ex Aegypto.*)

*Psal. 71.* Reges Tharsis & insulæ munera offerent : Reges Arabum, & Saba dona adducent.

*Is. 43.18.* Ne memineritis priorum, & antiquæ ne intueamini. Ecce ego facio nova, & nunc orientur, utiq; cognoscetis ea : ponam in deserto viam, & in invio flumina (*institutio novæ legis, & abrogatio antiquæ.*)

*Jer. 31.31.* Ecce dies venient, dicit Dominus : & feriam domui Israël, & domui Iuda fœdus novum : non secundūm paëtum, quod pepigi cùm Patribus eorum, in die, quâ apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti; paëtū, quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit paëtum, quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit Dominus : dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.

*Christum verum Messiam esse  
verificatur.*

*Ioā. 1.14.* ET Verbum Caro factum est, & habi-  
tavit

tavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Joannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: hic erat, quem dixi: qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.

Invenit Philippus Nathanaël, & dicit ei: quem scripsit Moyses in Lege, & Prophetæ, invenimus JEsum filium Joseph à Nazareth.

Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam, dicentes: ubi est qui natus est Rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare eum.

Tunc Herodes videns quoniam illuminus esset à Magis, iratus est yalde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu, & infra, secundùm tempus, quod exquisierat à Magis.

Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus JEsum, hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: quomodo fieri istud, quoniam virum

Joanne. i.

45.

Mat. 2.1.

16.

31.

rum non cognosco? & respondens Angelus dixit ei : Spiritus S: superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

*Mar. 1, 2.* Sicut scriptum est in Isaia Propheta : (c. 40. v. 3.) ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto : parate viam Domini, reetas facite semitas ejus. Fuit Joannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad cum omnis Iudææ regio, & Jerosolymitæ universi, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua &c. Et factum est : in diebus illis venit JESus à Nazareth Galilææ : & baptizatus à Joanne in Jordane. Et statim ascendens de aqua, vidi cœlos apertos, & spiritum tamquā columbam descendenter, & manentem in ipso. Et vox facta est de cœlis : Tu es filius meus dilectus, in te complacui. Et statim spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana : eratq; cum bestiis, & Angeli ministrabant illi.

*Mat. 17.* Adhuc eo loquente, ecce nubes lucidae ob-

da obumbravit eos : & ecce vox de nube , dicens : hic est filius meus dilectus , in quo mihi bene complacui .

Et Spiritus immundi , cùm illum vi. Mar. 3. debant , procidebantei : & clamabant 11. dicentes : Tu es filius Dei . Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum .

Et apprehensâ manu cœci , eduxit eum extra vicum : & expuens in oculos ejus impositis manibus suis , interroga-  
vit eum si quid videret ? Et aspiciens  
ait : video homines velut arbores am-  
bulantes . Deinde iterum imposuit manus suas super oculos ejus : & cœpit  
videre . Et restitutus est ita , ut clare ,  
videret omnia .

In crastinum autem , turba multa , quæ  
venerat ad diem festum , cùm audissent  
quia venit JESUS Jerosolymam : acce-  
perunt ramos palmarum , & processe-  
runt obviām ei , & clambant : Hosanna ,  
benedictus , qui venit in nomine Domini ,  
Rex Israël . Et invenit JESUS asel-  
lum , & sedit super eum , sicut scriptum  
est : noli timere filia Sion : ecce Rex  
tuus venit , sedens super pullum asinæ .

Cœci vident , claudi ambulant , le- Matt. 11.  
prosi mundantur , surdi audiunt , mor- 5.  
tui resurgunt , pauperes evangelizan-  
tur : & beatus est , qui non fuerit scan-  
dalizatus in me .

Vos

*Mat. 16.* Vos autem quem me esse dicitis? respondens Simon Petrus dixit: tu es Christus, filius Dei vivi. Respondens autem JESus dixit ei: beatus es Simon Bar-Jona: quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est.

*22.43.* Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocavit eum Dominum, quomodo filius ejus est? & nemo poterat ei respondere verbum.

*26.64.* Adjuro te per Deum vivum, ut dicás nobis, si tu es Christus filius Dei. Dicit illi JESus: Tu dixisti, verumtamen dico vobis, amodò videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.

*27.54.* Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes JESUM, viso terræ motu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: verè filius Dei erat iste.

*Joan. 2.* Hoc fecit initium signorum JESUS in Cana Galilææ: & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus.

*3.14.* Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium homi-

hominis: ut omnis qui credit in ipsum,  
non pereat, sed habeat vitam æternam.  
Sic enim Deus dilexit mundum, ut fili-  
um suum unigenitum daret.

Scrutamini scripturas, quia vos pu-*Joann. 5.*  
tatis in ipsis vitam æternam habere: &  
illæ sunt, quæ testimonium perhibent  
de me: & non vultis venire ad me ut  
vitam habeatis.

Amen amen dico vobis, quia ego sum  
ostium ovium. Omnes quotquot ve-  
nerunt, fures sunt, & latrones, & non  
audiérunt eos oves. Ego sum ostium.  
Per me si quis introierit, salvabitur.

Ego sum resurrectio, & vita: qui  
credit in me, etiam si mortuus fuerit, vi-  
vet: & omnis, qui vivit, & credit in  
me, non morietur in æternum. Cre-  
dis hoc? ait illi: utique Domine, ego  
creddi quia tu es Christus filius Dei vi-  
vi, qui in hunc mundum venisti.

Hæc cum dixisset, voce magnâ clamâ-  
vit: Lazare veni foras. Et statim pro-  
diit qui fuerat mortuus.

Respondit Thomas, & dixit ei: Do-  
minus meus, & Deus meus. Dixit ei  
JESUS: quia vidisti me Thoma, credi-  
disti: beati qui non viderunt, & credi-  
derunt.

Et circuibat JESUS totam Galilæam, *Math. 4.*  
docens in synagogis eorum, & prædi-  
cans

cans Evangelium regni : & sanans o-  
mnem langvorem, & omnem infirmita-  
tem in populo. Et abiit opinio ejus in  
totam Syriam , & obtulerunt ei omnes  
malè habentes , variis langvoribus, &  
tormentis comprehensos, & qui dæmo-  
nia habebant, & lunaticos , & paralyti-  
cos, & curavit eos.

*Mat. 8.1.* Cùm autem descendisset de monte,  
secutæ sunt eum turbæ multæ : & ecce  
leprosus veniens, adorabat eum dicens :  
**D**omine, si vis, potes me mundare. Et  
extendens JESus manum , tetigit eum  
dicens : volo, mundare. Et confessim  
mundata est lepra ejus.

*22.* Et dixit JESus Centurioni : Vade, &  
sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est  
puer in illa hora.

*23.* Et cùm venisset JESus in domum Pe-  
tri , vidi socrum ejus jacentem , & fe-  
bricitantem : & tetigit manum ejus, &  
dimisit eam febris , & surrexit , & mini-  
strabat eis.

*26.* Vespere autem facto , obtulerunt ei  
multos dæmonia habentes , & ejiciebat  
spiritus verbo : & omnes malè haben-  
tes curavit, ut adimpleretur , quod di-  
ctum est per Isaiam Prophetam, dicen-  
tem : (53.4.) Ipse Infirmitates nostras  
acepit , & ægrotationes nostras por-  
tavit .

Et ec-

Et ecce motus magnus factus est in Matt. 8.  
mari, ita ut navicula operiretur flucti-  
bus, ipse vero dormiebat. Et accesser-  
runt ad eum discipuli ejus, & suscitave-  
runt eum, dicentes. Domine, salva  
nos, perimus. Et dicit eis JESUS: quid  
timidi estis, modicæ fidei? Tunc sur-  
gens, imperavit ventis & mari, & facta  
est tranquillitas magna. Porro homi-  
nes mirati sunt, dicentes: Qualis est  
hic, quia venti, & mare obediunt ei?

Occurrerunt ei duo habentes dæmo-  
nia, de monumentis exeuntes, levini-  
mis, ita ut nemo posset transire per vi-  
am illam, & ecce clamaverunt, dicen-  
tes: quid nobis, & tibi, JESU fili Dei vi-  
vi? venisti hue ante tempus torquere  
nos? Erat autem non longè ab illis grex  
multorum porcorum pascens. Dæmo-  
nes autem rogabant eum, dicentes: si  
ejicis nos hinc, mitte nos in gregem  
porcorum. Et ait illis: Ite. At illi  
exeuntes abiérunt in porcos.

Ut autem sciatis, quia filius hominis  
habet potestatem in terra dimitendi  
peccata, tunc ait paralytico: surge,  
tolle lectum tuum, & vade in domum  
tuam. Et surrexit, & abiit in domum  
suam.

Ecce duo cœci sedentes secus viam,  
audiérunt, quia JESUS transiret: & cla-

22.

9. 6.

20. 30.

maverunt, dicentes: Domine miserere nostri, fili David. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, misere-re nostri, fili David. Et stetit JESus, & vocavit eos, & ait: quid vultis ut faciam vobis. Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum JESus, tetigit oculos eorum. Et contestim viderunt, & secuti sunt eum.

*Christi passio praedicitur, & ve-  
rificatur.*

*Psal. 21.* **F**oderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi verò consideraverunt, & inspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem (*ut verificatum Matth. 27. 35.*)

8. Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labiis, & moverunt caput.

*Zach. 11.* Et dixi ad eos: si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam; & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: projice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appetiatus sum ab eis. Et tuli tringinta argenteos, & projeci illos in domum Domini ad statuarium. Et præcidi vir-

gam

gam meam secundam, quæ appellabatur funiculus, ut dissolyerem germanitatem inter Judam & Israël ( *venditio Christi 30. arg. Et suspen. Judæ, Matt. 22 v. 5.* )

Corpus meum dedi percutientibus, *Isa. 50.6*  
 & genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuitibus in me.

Verè langvores nostros ipse tulit, &  
*53. 4.*  
 dolores nostros ipse portayit: & nos  
 putavimus eum quasi leprosum, & per-  
 cussum à Deo, & humilitatum. Ipse au-  
 tem vulneratus est propter iniquitates  
 nostras, attritus est propter scelera no-  
 stra: disciplina pacis nostræ super eum,  
 & livore ejus sanati sumus. Omnes nos  
 quasi oves erravimus, unusquisq; in vi-  
 am suam declinavit: & posuit Dominus  
 in eo iniquitatem omnium nostrum.  
 Oblatus est quia ipse voluit, & non ape-  
 ruit os suum: sicut ovis ad occisionem  
 ducetur, & quasi agnus coram tondente  
 se obmutescet, & non aperiet os suum.

Et post hebdomades sexaginta duas  
*Dan. 9.*  
 occidetur Christus: & non erit ejus po-  
*26.*  
 pulus, qui eum negaturus est.

Exinde cœpit Jesus ostendere disci-  
 pulis suis, quia oportet eum ire Jero-  
 solymam, & multa pati à senioribus, &  
 scribis, & principibus sacerdotum, &  
 occidi, & tertiâ die resurgere.  
*Matt. 16.*  
*21.*

- Matt. 20. Ecce ascendimus Jerosolymam, & si  
 28. Ilius hominis tradetur principibus sacer-  
 dotum, & scribis, & condemnabunt eum  
 morte, & tradent eum gentibus ad illu-  
 dendum, & flagellandum, & crucifigen-  
 dum, & tertiam die resurget.
32. Nescitis quid petatis. Potestis bi-  
 bere calicem, quem ego biberius sum?
26. 37. Et asumpto Petro, & duobus filiis  
 Zebedaei, caput contrastari, & molestus  
 esse. Tunc ait illis: tristis est anima  
 mea usq; ad mortem.
47. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus  
 de duodecim venit, & cum eo turba  
 multa, cum gladiis & fustibus, missi a  
 principibus Sacerdotum, & Senioribus  
 populi.
50. Tunc accesserunt, & manus injec-  
 runt in Iesum, & tenuerunt eum.
57. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad  
 Caipham principem sacerdotum, ubi  
 scribae & seniores convenerant.
59. Principes autem sacerdotum, & o-  
 mne concilium, querebant falsum te-  
 stimonium contra Iesum, ut eum mor-  
 ti traderent.
66. At illi respondentes dixerunt: reus  
 est mortis. Tunc expuerunt in faciem  
 ejus, & colaphis eum cæciderunt, alii  
 autem palmas in faciem ejus dederunt,  
 dicentes: prophetiza nobis Christe,  
 quis te percussit. Et

Et cùm accusaretur à principibus fa- *Mat. 27.*  
cerdotum & senioribus, nihil respon- *12.*  
dit. Tunc dicit illi Pilatus: non au-  
disquanta aduersum te dicunt testimo-  
nia? & non respondit ei ad ullum ver-  
bum, ita ut miraretur præses vehementer.

Quid igitur faciam de JESU, qui dicitur Christus? dicunt omnes: crucifigatur. Ait illis Præses: quid enim malum fecit? at illi magis clamabant dicentes: crucifigatur.

Tunc dimisit illis Barabbam: JESUM autem flagellatum tradidit eis ut cruci-figeretur &c. (*& sic toto capite passio Christi describitur, uti & Mar. 15. Lucæ 23. Iohann. 19.*)

### Christiani.

**S**I quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit.

Et si abiéro, & præparavero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, ibi & vos sitis. Et quo ego vado, scitis, & viam scitis.

Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum.

Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia

Christi estis: amendico vobis, non perdet mercedem suam.

*Mat. 25.* Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitiysi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te: sitientem, & dedimus tibi potum? &c. Et respondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quoniam diu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

*Act. 26.* Agrippa autem ad Paulum: in modo  
*28.* syades ne christianum fieri.

*z. Joan. 2.* Qui dicit se in ipso (*in Christo*) manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.

### Circumcisio.

*Gen. 17.* Circumcidetur ex vobis omne masculinum: & circumcidetis carnem praeputii vestri, ut sit in signum foederis inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris.

*21. 3.* Vocavit Abraham nomen filii sui, quem genuit ei Sara, Isaac: & circumcidit eum octavo die, sicut præceperat ei DEus.

Circumcidimini Domino, & auferite *Jer. 4. 4.*  
 præputia cordium vestrorum viri Iuda,  
 & habitatores Jerusalem: ne forte e-  
 grediatur ut ignis indignatio mea, &  
 succendatur, & non sit qui extingvat,  
 propter malitiam cogitationum ve-  
 strarum.

Cui loquar? & quem contestabor ut  
 audiat? ecce incircumcisæ aures eo-  
 rum, & audire non possunt: ecce ver-  
 bum Domini factum est eis in opprobri-  
 um, & non suscipient illud.

Et factū est in die octavo, venerunt *Luce. 1.*  
 circumcidere puerum, & vocabant eum  
 nomine patris sui Zachariam. *59.*

Et postquam consummati sunt dies o-  
 cto ut circumcidetur puer: vocatum  
 est nomen ejus JESUS. *2. 21.*

Et quidam descendentes de Iudea, *Act. 15. 1.*  
 docebant fratres: Quia nisi circumci-  
 damini secundum morem Moysi, non  
 potestis salvare. Facta ergo seditione  
 non minima Paulo & Barnabæ adver-  
 sūs illos &c.

Circumcisio quidem prodest, si legem *Rom. 2.*  
 observes: si autem prævaricator legis  
 sis, circumcisio tua præputium facta est.  
 Si igitur præputium justicias legis cu-  
 stodiat: nonne præputium illius in cir-  
 cumcisionem reputabitur?

*Rom.3.1.* Quid ergo amplius Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis?

*4. 10.* Dicimus enim, quia reputata est Abrahamæ fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? in circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio.

*1. Cor. 7.  
19.* Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed observatio mandatorum Dei.

*Gal.5. 2.* Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

*Philip. 3.  
2.* Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circumcisione, qui spiritu servimus Deo, & gloriamur in Christo JESU, & non in carne fiduciam habentes.

*Colo.2.11.* In quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi: consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum à mortuis.

### *Cogitationes cordis bonæ.*

*3. Reg. 8.  
39.* Tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus (*quia tu nosisti solus cor omnium filiorum hominum*) ut ti-

ut timeant te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ.

Eo autem tempore deambulabat Isa-  
ac per viam, quæ dicit ad puteum &c : Gen. 24.  
& egressus fuerat ad meditandum in a-  
gro, inclinatâ jam die.

Scio quia omnia petis, & nulla te latet cogitatio. Job. 42.2.

Cogitationes justorum judicia : & Prov. 12.  
consilia impiorum fraudulentia. 5.

Mens justi meditatur obedientiam :  
os impiorum redundat malis. 15. 28.

Revela Domino opera tua, & diri-  
gentur cogitationes tuæ. 16. 3.

Fiduciam autem tales habemus per  
Christum ad Deum: non quod suffici-  
entes simus cogitare aliquid à nobis,  
quasi ex nobis: sed sufficientia nostra  
ex Deo est. 2. Cor. 3.  
4.

Deus est enim, qui operatur in vo-  
bis & velle, & perficere, pro bona vo-  
luntate. Phil. 2.  
13.

De cætero fratres, quæcunq; sunt ve-  
ra, quæcunq; pudica, quæcunq; justa,  
quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia,  
quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus, si  
qua laus disciplinæ, hæc cogitate. 4. 8.

Beati mundo corde : quoniam ipsi  
Deum videbunt. Matt. 5.  
8.

Cogi-

*Cogitationes pravae.*

*Gen. 6.5.* **V**Idens autem DEUS , quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore , pœnituit eum , quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus , Delebo , inquit , hominem , quem creavi , à facie terræ ab homine usq; ad animantia &c.

*Prov. 16.* **Q**ui attonitis oculis cogitat prava ,  
*30.* mordens labia sua perficit malum.

*24. 8.* **Q**ui cogitat mala facere , stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum est: abominatio hominum detractor.

*Sap. 3.10.* **I**mpii autem secundum quæ cogitaverunt , correptionem habebunt.

*Eccli. 6.2.* **N**on te extollas in cogitatione animæ tuæ , velut taurus : ne forte elidatur virtus tua per stultitiam.

*16. 23.* **Q**ui minoratur corde , cogitat inania : & vir imprudens , & errans , cogitat stulta.

*If. 29.16.* **Q**uis videt nos , & quis novit nos ? perversa est hæc vestra cogitatio : quasi si lutum contra figulum cogitet , & dicat opus factori suo : non intelligis.

*Jer. 4.14.* **L**ava à malitia cor tuum Jerusalem , ut salva fias : usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ ?

Et cùm vidisset JESUS cogitationes *Mat. 9.4.*  
eorum, dixit : ut quid cogitatis mala  
in cordibus vestris.

De corde enim exeunt cogitationes *15. 19.*  
malæ, homicidia, adulteria, fornicatio-  
nes, furta, falsa testimonia, blasphemiae.  
Hæc sunt, quæ coinquinant hominem.

*Cognoscere subinde hominum in-  
tentionem licet ex signis externis.*

**E**X visu cognoscit vir, & ab occurso  
faciei cognoscitur sensatus. Ami-  
ctus corporis, & risus dentium, & ingre-  
sus hominis enunciant de illo. *Eccli. 19.*  
*26.*

A fructibus eorum cognoscetis eos. *Matt. 7.*  
Nunquid colligunt de spinis uvas, aut *16.*  
de tribulis ficus ? sic omnis arbor bona  
fructus bonos facit : mala autem arbor  
malos fructus facit.

Aut facite arborem bonam, & frui-  
ctum ejus bonum : aut facite arborem  
malam, & fructum ejus malum : siqui-  
dem ex fructu arbor agnoscitur. Pro-  
genies viperarum, quomodo potestis  
bona loqui, cùm sitis mali ? *12. 33.*

*Conjuratio, seu conspiratio, ejusq;  
malus exitus.*

**E**cce autem Core filius Isaar, filii Ca- *Num. 16.*  
ath, filii Levi, & Dathan &c. surre-  
xerunt contra Moysen, aliique filio-  
rum Israël ducenti quinquaginta viri  
pro-

proceres Synagogæ, & qui tempore concilii per nomina vocabantur. Cūmq;  
stetissent adversum Moysen & Aaron,  
dixerunt: sufficiat vobis, quia omnis  
multitudo sanctorum est, & in ipsis Do-  
minus: cur elevamini super populum  
Domini?

**Num. 16.**

31.

Confestim igitur ut cessavit loqui,  
dirupta est terra sub pedibus eorum: &  
aperiens os suum, devoravit illos cum  
tabernaculis suis, & universa substantia  
eorum; descenderuntq; vivi in infer-  
num operti humo, & periérunt de me-  
dio multitudinis.

20. 2.

Cūmq; indigeret aquâ populus, con-  
venerunt adversum Mosen & Aaron: &  
versi in seditionem, dixerunt: utinam  
periissimus inter fratres nostros coram  
Domino. Cur eduxistis Ecclesiam Do-  
mini in solitudinem, ut & nos, & no-  
stra jumenta moriamur?

Tulit igitur Moyses virgam, quæ e-  
rat in conspectu Domini, sicut præce-  
perat ei, congregata multitudine ante  
petram, dixitq; eis: Audite rebelles, &  
increduli: Num de petra hac vobis a-  
quam poterimus ejicere? Cūmq; ele-  
vasset Moyses manum, percutiens vir-  
gâ bis silicem, egressæ sunt aquæ largissi-  
mæ, ita ut populus, biberet, & jumenta.

**Judic. 12.** Ecce autem in Ephraim orta est sedi-

lio, nam transeuntes contra Aquilonem, dixerunt ad Jephte: quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti? Igitur incendemus domum tuam.

Quid commerui, ut adversum me confurgatis in prælium? Vocatis itaque; ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim, percusseruntque; viri Galaad de Ephraim.

Judic. 12.

4.

Eo igitur tempore, quo Mardochæus ad Regis januam morabatur, irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis, qui janitores erant, & in primo palatii limine præsidebant: volueruntque; insurge in regem, & occidere eum. Quod Mardochæum non latuit, statimque; nunciavit reginæ Esther; & illa regi, ex nomine Mardochæi qui ad se rem detulærat. Quæsitum est, & inventum: & appensus est uterque; eorum in patibulo.

Esth. 2.

21.

Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est: & omnes, qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum.

Actor. 5.

36.

Erant autem plus quam quadraginta viri, qui hanc conjurationem fecerant: qui accesserunt ad principes sacerdotum, & seniores, & dixerunt: Devotione devovi-

23. 13.

yovimus nos nihil gustaturos , donec occidamus Paulum.

*Connubium spirituale inter D E U M & animam.*

*Cant. 1.* **E**cce tu pulchra es amica mea , ecce  
*14.* tu pulchra es , oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi , & decorus. Lectulus noster floridus.

*4. 7.* Tota pulchra es amica mea , & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea , veni de Libano , veni : corona beris.

*5. 1.* Veniat dilectus meus in hortum suum , & comedat fructus pomorum suorum. Veni in Hortum meum soror mea Sponsa &c.

*Is. 62. 4.* Non vocaberis ultrà derelicta : & terra tua non vocabitur amplius desolata : sed vocaberis voluntas mea in ea , & terra tua Inhabitata , quia complacuit Domino in te :

*Ezech. 6.* Et transivi per te , & vidi te : & ecce tempus tuum , tempus amantium : & expandi amictum meum super te , & operni ignominiam tuam. Et juravi tibi , & ingressus sum pactum tecum ( ait Dominus Deus ) & facta es mihi.

*Osee. 2.* Et sponsabo te mihi in fide , & scies  
*20.* quia ego Dominus.

*Matt. 25.* Moram autem faciente sponso , dor-  
mi-

mitaverunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit exite obyiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illae, & ornaverunt lampades suas.

Nunquid possunt filii nuptiarum, *Marc. 2.*  
quamdiu sponsus cum illis est, jejunare? *19.*  
quanto tempore habent secum sponsum,  
non possunt jejunare.

Æmulor enim vos Dei æmulatione. *2.Cor. 11.*  
Despondi enim vos uni viro virginem *2.*  
castam exhibere Christo.

Gaudemus, & exultemus, & demus *Apoc. 19.*  
gloriam ei: quia venerunt nuptiae agni,  
& uxoris eius præparavit se. Et datum  
est illi, ut cooperiat se byssino splenden-  
te, & candido. Byssinum enim, justifi-  
cationes sunt sanctorum.

### Conscientia bona.

**B**Ona est substantia, cui non est pec- *Ecclesi. 13.*  
catum in conscientia, *30.*

Charissimi, si cor nostrum non repre- *1.Joann.*  
henderit nos, fiduciam habemus ad De- *3. 21.*  
um: & quidquid petierimus, accipie-  
mus ab eo.

Nam gloria nostra haec est, testimo- *2. Cor. 1.*  
nium conscientiae nostræ, quod in sim- *12.*  
plicitate cordis & sinceritate Dei, & non  
in sapientia carnali, sed in gratia Dei,  
conversati sumus in hoc mundo.

*Concionatorum, & Pastorum  
Officium.*

*z. Reg. 12.* **A**bsit autem à me hoc peccatum in  
23. **D**ominum, ut cessem orare pro vo-  
bis, & docebo vos viam bonam & rectā.

*Is. 58. 1.* Clama, ne cesses, quasi tuba exalta  
vocem tuam, & annuntia populo meo  
scelera eorum.

*Joan. 10.* Qui autem intrat per ostium, pastor  
est oviūm. Huic ostiarius aperit, & o-  
ves vocem ejus audiunt, & proprias o-  
ves vocat nominatim, & educit eas. Et  
cum proprias oves emiserit, ante eas va-  
dit: & oves illum sequuntur, quia sci-  
unt vocem ejus.

*14.* Ego sum pastor bonus: & cognosco  
meas, & cognoscunt me meæ.

*21. 15.* Simon Joannis, diligis me plus his?  
dicit ei: etiam Domine, tu scis quia a-  
mo te. Dicit ei: pasce agnos meos. Di-  
cit ei iterum: Simon Joannis, diligis  
me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis  
quia amo te: Dicit ei: pasce agnos me-  
os &c.

*Act. 6. 3.* Considerate ergo fratres, viros ex  
vobis boni testimonii septē, plenos spi-  
ritu sancto, & sapientia, quos constitu-  
mus super hoc opus. Nos vero oratio-  
ni, & ministerio verbi instantes erimus.

*14. 21.* Et quoniam per multas tribulatio-  
nes

nes oportet nos intrare in regnum Dei. Et cum constituerent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orarentur cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

Attendite vobis, & uniuerso gregi, in *Aet. 20.*  
quo vos Spiritus S. posuit Episcopos, *28.*  
regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego scio, quoniam intrabunt post discessiōnem meam, lupi rapaces in vos, non parcentes gregi,  
& ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.

Sic nos existimet homo, ut ministros *1. Cor. 4.*  
Christi, & dispensatores mysteriorum *1.*  
Dei *6.*

Non enim nos-metipſos prædicamus, *2. Cor. 4.*  
sed JESUM Christum Dominum nostrū; *5.*  
nos autem seruos vestros per JESUM.

Sed in omnibus exhibeamus nosme-  
tipſos sicut Dei ministros, in multa pa-  
tientia, in tribulationibus, in necessita-  
tibus, in angustiis, in plagis, in carcere-  
bus, in seditionibus, in laboribus, in vi-  
giliis, in jejuniiis, in castitate, in scien-  
tia, in longanimitate, in syavitate, in  
Spiritu S. in chatitate non ficta, in ver-  
bo veritatis, in virtute Dei. *6. 4.*

Si quis episcopatum desiderat, bonū *1. Tim. 3.*  
opus desiderat. Oportet ergo episco- *1.*

pum irreprehensibilem esse , unius uxoris virum, sobrium , prudentem , ornatum, pudicum, hospitalem , doctorem, non vinolentum, non percussorem , sed modestum ; non litigiosum , non cupidum , sed suæ domui bene præpositum , filios habentem subditos cum omni castitate .

*1. Tim. 4.* Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi IESU, enutritus verbis fidei ; & bonæ doctrinæ , quam asservatus es. Ineptas autem , & aniles fabulas devita : exerce autem te ipsum ad pietatem.

*1. Petri. 5.* Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coactè , sed spontaneè secundùm Deum : néq; turpis lucri gratiâ, sed voluntariè : néq; ut dominantes in cleris , sed forma facti gregis ex animo, & cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibile glo- riæ coronā. Vide *Evangelii fructus*. Item *Episcopus*.

*Concionator vitam habeat exemplarem.*

*1. Petri. 2.* IN hoc enim vocati estis : quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.

*Matt. 5.* Qui ergo solverit unum de mandatis istis

istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Super cathedram Moysi sederunt Scriptæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Matt. 23.  
2.

Qui ergo alium doces, te ipsum non Rom. 2. doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mæchandum, mœcharis &c. 21.

Ego igitur sic curro, non quasi in in- 1. Cor. 9. certum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo: ne fortè cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar. 26.

Sed in omnibus exhibeamus nosme- 1. Tim. 4. tipsos sicut Dei ministros, in multa pa- 11. tientia, in tribulationibus, in necessita- tibus, in angustiis. &c.

Nemo adolescentiam tuam conte- 2. Tim. 2. minat: sed exemplum esto fidelium, in 15. verbo, in conversatione, in charitate, in castitate.

Solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. Profana autem, & vaniloquia de- Tit. 2. 7.

vita: multum enim proficiunt ad impietatem.

*Tit. 2. 7.* In omnibus te ipsum præbe exemplū bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, ira reprehensibile: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

*Matt. 11.* Venite ad me omnes, qui laboratis,  
*28.* & onerati estis, & ego reficiam vos.  
 Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris.

*Joann. 8.* Ego sum lux mundi: qui sequitur me,  
*12.* non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

*Matt. 18.* Væ mundo à scandalis. Necesse est enim, ut veniant scandala: verumtamen vae homini illi, per quem scandalum venit.

### Concionatorum abusus.

*1. Cor. 14.* **M**ulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem voluerint discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.

*1. Tim. 2.* Mulier in silentio discat, cum omni subjectione. Docere autem mulieri non

non permitto, neq; dominari in virum,  
sed esse in silentio.

Si quis aliter docet, & non acquiescit  
fanis sermonibus Domini nostri IESU  
Christi, & ei, quæ secundum pietatem  
est, doctrinæ: superbus est, nihil sciens,  
sed languens circa quæstiones, & pu-  
gnas verborum: ex quibus oriuntur in-  
vidiae, contentiones, blasphemiae, su-  
spiciones malæ, confictationes homi-  
num mente corruptorum, & qui veri-  
tate privati sunt, existimantium quæ-  
sum esse pietatem.

1. Tim. 6.

2.

Doctrina mala deserent viam vitæ. *Prov. 15.*

Speculatori ejus cœci omnes, ne-  
sciérunt universi: canes muti non va- *I. 56. 10.*  
lentes latrare, videntes vana, dormien-  
tes, & amantes somnia. Et canes im-  
pudentissimi nesciérunt saturitatem:  
ipſi pastores ignoraverunt, intelligenti-  
am omnes in viam suam declinaverunt,  
unusquisq; ad avaritiam suam, à sumo  
usq; ad novissimum.

Sinite illos: cœci sunt, & duces cœ- *Matt. 15.*  
corum. Cœcus autem si cœco duca- *14.*  
tum præstet, ambo in foveam cadunt.

Finis autem præcepti est charitas, de *1. Tim. 1.*  
corde puro, & conscientia bona, & fide *5.*  
non ficta. A quibus quidam aberran-  
tes, conversi sunt in vaniloquium, vo-  
lentes esse legis doctores, non intelli-

gentes, neq; quæ loquuntur, neq; de-  
quibus affirmant.

- 2. Tim. 3.* Mali autem homines, & seductores,  
*13.* proficiunt in pejus ; errantes, & in er-  
rorem mittentes.

*Tit. I. 10.* Sunt enim multi etiam inobedientes,  
vaniloqui, & seductores ; maximè qui  
de circumcisione sunt : quos oportet  
redargui : qui universas domos subver-  
tunt, docentes, quæ non oportet tur-  
pis lucri gratiâ.

*Lucæ. 11.* Et vobis Legisperitis vœ : quia one-  
*46.* ratis homines oneribus , quæ portare  
non possunt, & ipsi uno digito vestro  
non tangitis sarcinas.

*52.* Vœ vobis Legisperitis , quia tulistis  
clavem scientiæ, ipsi non intrâstis , &  
eos, qui introibant, prohibuistis.

*1. Petr. 2.* Conversationem vestram inter gen-  
*12.* tes habentes bonam : ut in eo , quod  
detrectant de vobis tamquam de male  
factoribus ex bonis operibus vos con-  
siderantes, glorificant Deum in Die vi-  
sitationis.

*2. Cor. 6.* Sed in omnibus exhibeamus nosme-  
*4.* tipsos sicut Dei ministros in multa pa-  
tientia , in tribulationibus , in necessi-  
tatibus &c.

### Concordia Fratrum.

*Pf. 132. 1.* Ecce quām bonū, & quām jucundum,  
habitare fratres in unum. In

In tribus placitum est spiritui meo, *Eccli. 25.*  
 quæ sunt probata coram Deo & homi-  
 nibus: concordia fratrum, & amor pro-  
 ximorum, & vir & mulier bene sibi con-  
 tentientes.

DEus autem patientiæ & solatii, det *Rom. 15.*  
 vobis id ipsum sapere in alterutrum se-  
 cundùm JEsum Christum: ut unanimes,  
 uno ore honorificetis Deum, & patrem  
 Domini nostri JEsu Christi.

Obsecro autem vos fratres, per no-  
 men Domini nostri JEsu Christi: ut id  
 ipsum dicatis omnes, & non sint in vo-  
 bis schismata: sitis autem perfecti in  
 eodem sensu, & in eadem sententia.

Implete gaudium meum, ut idem sa-  
 piatis, eandem charitatem habentes,  
 unanimes, id ipsum sentientes, nihil per  
 contentionem, neq; per inanem glori-  
 am: sed in humilitate, superiores sibi  
 invicem arbitrantes.

In fine autem, omnes unanimes, com-  
 pacientes, fraternitatis amatores, misé-  
 ricordes, modesti, humiles.

### Concupiscentia.

Non concupisces domum proximi *Exod. 20.*  
 tui; nec desiderabis uxorem ejus,  
 non servum, non ancillam, non bovem,  
 non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Deest panis, non sunt aquæ: anima *Num. 21.*

nostra jam nauseat super cibo isto levissimo. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen, atque dixerunt: peccavimus quia locuti sumus contra Dominum, & te.

*Jos. 7. 21.* Vidi enim inter spolia pallium cocineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamq; auream quinquaginta siclorum: & concupiscentis abstuli, & abscondi in terram &c.

*25.* Ubi dixit Josue: quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidavitq; cum omnis Israël, & cuncta quae illius erant igne consumpta sunt.

*Jobi. 31.* Pepigi fædus cum oculis meis, ut ne cogitem quidem de virginie.

*Marci. 4.* Et ærumnæ saeculi, & deceptio divitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introéuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur.

*Rom. 6:* Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus.

*8. 8.* Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu.

*12.* Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, morie-

riemini : si autem spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis. *V. in Tit. Care propria domanda.*

*Condonandum fratri in nos peccanti.*

**M**Emorare timorem Dei, & non irasci scaris proximo. *Ecli. 28. 8.*

Si ergo offeres munus tuum ad altare, *Matt. 5. 23.*  
& ibi recordatus fueris, quia, frater tuus habet aliquid adversum te : relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo : & tunc veniens offeres munus tuum.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum : dimitte & vobis Pater vester coelestis delicta vestra. *6. 14.*

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *12.*

Tunc accedens Petrus ad eum dixit : Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usq; septies? dicit illi JESUS : non dico tibi usque septies ; sed usq; septuagesies septies. *18. 21.*

Et iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet universum debitum. Sic & Pater meus coelestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. *34.*

Attendite vobis : si peccaverit in te frater tuus, increpa illum ; & si poenitentia egerit, dimitte illi. *Luca. 17. 3. Sup-*

*Col. 3. 13.* Supportantes invicem, & donantes vobis metipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos.

*Confessio.*

*Lev. 26.* **Q**uod si & de iis aliqui remanserint, tabescunt in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum, & sua affligerunt: donec confiteantur iniquitates suas, & majorum suorum, quibus prævaricati sunt in me, & ambulaverunt ex adverso mihi.

*Num. 5.* Vir, sive mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atq; deliquerint, confitebuntur peccatum suum.

*2. Reg. 24.* **D**ixitq; David ad Dominum, cùm vidisset Angelum cædente populum: ego sum qui peccavi, ego iniquè egi: isti qui oves sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum Patris mei.

*Ps. 31. 5.* Delictum meum cognitum tibi feci: & justitiam meam non abscondi. Dixi: confitebor adversum me injustitiā meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

*73. 19.* Ne tradas bestiis animas confitentes tibi,

tibi, & animas pauperum tuorum ne o-  
bliviscaris in finem.

Præoccupemus faciem ejus in con- *Pſ. 94. 2.*  
fessione: & in psalmis jubilemus ei.

Confitebor tibi Domine in toto cor- *110. 1.*  
de meo.

Revela Domino opera tua , & diri- *Prov. 16.*  
gentur cogitationes tuæ. *3.*

Qui abscondit scelera sua , non diri- *28. 13.*  
getur : qui autem confessus fuerit, & re-  
liquerit ea, misericordia consequetur.

Pro anima tua ne confundaris dicere *Ecli. 4.*  
verum. Est enim confusio adducens *24.*  
peccatum, & est confusio adducens glo-  
riam, & gratiam.

Non confundaris confiteri peccata *31.*  
tua, & ne subjicias te omni homini pro  
peccato.

Confiteberis vivens , vivus , & sanus *17.27.*  
confiteberis, & laudabis Deum , & glo-  
riaberis in miserationibus illius.

Recogitabo tibi omnes annos meos *Isa. 38. 15.*  
in amaritudine animæ meæ.

Reduc me in memoriam , & judice- *43. 26.*  
mur simul : narra si quid habes , ut ju-  
stificeris.

Peccavimus , iniquitatem fecimus , *Dan. 9. 5.*  
impie egimus, & recessimus : & declina-  
vimus à mandatis tuis, ac judiciis. Non  
obedivimus servis tuis prophetis , qui  
locuti sunt in nomine tuo.

Et ti-

- Matt. 16.* Et tibi dabo claves regni Cœlorum.
19. Et quodcumq; ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis : & quodcumq; solveris super terram, erit solutum & in cœlis.
- Joan. 20.* Hæc cum dixisset, insufflavit : & di-
22. xit eis : accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis : & quorum retinueritis retenta sunt.
- Rom. 10.* Corde enim creditur ad justitiam, ore
10. autem confessio fit ad salutem.
- Jacob. 5.* Confitemini ergo alrerutrum pecca-
16. ta vestra, & orate pro invicem.
- I. Joā. 1.8.* Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ; ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra ; fidelis est, & justus , ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.
- Confidentia in D E U M.*
- s. Reg. 17.* **D**ixit autem David ad philistæum :
45. tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo : ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei a- gminum Israël, quibus exprobrâsti ho- die, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te : & dabo cadavera castrorum Phi- listhiim hodie volatilibus cœli, & bestiis terræ : ut sciat omnis terra quia est D E - us in

us in Istaël. Et noverit universa Ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta  
Salvat Dominus: ipsius enim est bellū.  
Et tradet vos in manus nostras.

Confortare, & agamus viriliter pro 1. Par. 19.  
populo nostro, & pro viribus Dei no- 13.  
strī: Dominus autem, quod in conspe-  
ctu suo bonum est, faciet.

In Domino confido.

Pſ. 10. 1.

In te speraverunt patres nostri: spe-  
raverunt & liberâsti eos. Ad te clama-  
verunt, & salvi facti sunt: in te spera-  
verunt, & non sunt confusi.

21. 5.

In te Domine speravi, non confundar  
in æternum.

30. 2.

Quia ipse est DEus meus, & Salvator  
meus: adjutor meus non emigrabo. In  
Deo salutare meum, & gloria mea: DE-  
us auxilii mei, & spes mea in Deo est.

61. 7.

Susceptor meus es tu, & refugium  
meum: DEus meus sperabo in eum.

90. 2.

Bonum est confidere in Dño, quam  
confidere in homine: bonum est spera-  
re in Domino, quam sperare in homine.

117. 8.

Qui confidunt in Domino sicut mons  
Sion: non commovebitur in æternum.

124. 1.

Qui confidunt in illo, intelligent ve- Sap. 3. 9.  
ritatem: & fideles in dilectione acquie-  
scient illi.

Quis enim permanxit in mandatis e- Eccli. 2.  
jus, & derelictus est? aut quis invoca- 12.  
vit eum, & despexit illum?

Qui

*If. 40. 31.* Qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

*Jer. 17. 7.* Benedictus vir, qui confidit in Dominino, & erit Dominus fiducia ejus.

*39. 18.* Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

*Mat. 19.* *Confirmationis Sacramentum.*

*13.* Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret.

*Marc. 10.* Et complexans eos, & imponens manus super eos, benedicebat eos.

*3. Tim. 5.* Manus citò nomini imposueris.

*22.* Hos statuerunt ante conspectum A-

*Aet. 6. 6.* postolorum: & orantes imposuerunt eis manus.

*8. 17.* Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum.

*Hebr. 6. 2.* Baptismatum doctrinæ impositionis quoq; manuum, ac resurrectionis mortuorum, & judicii æterni.

*Aet. 19. 6.* Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus S. super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.

*2. Tim. 1.* Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.

*Consecratio rerum in Ecclesia Dei.*

Cúmque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo unctionis, asperges Aaron, & vestes ejus, filios, & vestimenta eorum. Consecratisque ipsis, & vestibus.

Tolles adipem de ariete &c. ponésque omnia super manus Aaron, & filiorum ejus, & sanctificabis eos elevans coram Domino.

Vestem autem sanctam, quam utetur Aaron, habebunt filii ejus post eum, ut ungantur in ea, & consecrentur manus eorum.

Et assumpto unctionis oleo unges tabernaculum cum vasibus suis, ut sanctificantur altare holocausti, & omnia vasalia ejus: labrum cum basi sua: omnia unctionis oleo consecrabis, ut sint sancta sanctorum.

Cidari quoque texit caput: & super eam, contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.

Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini.

Quia cum jubilei venerit Dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad jus pertinet sacerdotum.

*Exod. 29.  
21.*

*24.*

*29.*

*40. 9.*

*Lev. 8.9.  
23. 12.*

*27. 21.*

- Lev. 27.** Omne quod Domino consecratur,  
**28.** sive homo fuerit, sive animal, sive ager,  
 non vendetur, nec redimi poterit.  
 Quidquid semel fuerit consecratum,  
 sanctum sanctorum erit Domino.

- Num. 7.** Factum est autem in die, quâ comple-  
**1.** vit Moyses tabernaculum, & erexit il-  
 lud; unxitq; & sanctificavit cum omni-  
 bus vasibus suis, altare similiter & omnia  
 vasa ejus.

*Consilium bonum svadetur.*

- Tob. 4.19.** **C**onsilium semper à sapiente per-  
 quire.

- Prov. 12.** Qui autem sapiens est, audit consilia.

- 15.** Cum fatuis consilium non habeas:

- Eceli. 8.** non enim poterunt diligere, nisi quæ eis

- 20.** placent. Coram extraneo ne facias  
 consiliū: nescis enim quid pariet. Non  
 omni homini cor tuum manifestes: ne  
 forte inferat tibi gratiam falsam, &  
 convitietur tibi.

- 9. 21.** Cum sapientibus, & prudentibus tra-  
 eta.

- 32. 24.** Fili, sinè consilio nihil facias, & post  
 factum non poenitebis.

- Prov. 11.** Ubi non est gubernator, populus cor-  
 ruet: salus autem, ubi multa consilia.

- 14.** Cogitationes consiliis roborantur.

- 20. 18.** Dissipantur cogitationes, ubi non est  
 consilium: ubi verò sunt plures con-  
 siliarii, confirmantur.

Si-

Sicut aqua profunda , sic consilium  
in corde viri : sed homo sapiens exha- Prov. 20.  
5.  
tiet illud.

Qui autē agunt omnia cum consilio ,  
reguntur sapientiā. I I . 10.

### C o n s i l i a p r a v a h o m i n i u m .

C Ogitaverunt illum occidere : & mu- Gen. 37.  
18.  
tuò loquebantur : ecce somniator  
venit : venite occidamus eum , & mitta-  
mus in cisternam veterem : dicemusq;  
fera pessima devoravit eum : & tunc ap-  
parebit quid illi prosint somnia sua.

Quibus ille respondit : Nolite time- 50. 19.  
re : num Dei possumus resistere volun-  
tati ? Vos cogitastis de me malum : sed  
Deus vertit illud in bonum : ut exalta-  
ret me , sicut in præsentiarū cernitis &c.

Dixítq; Absolon , & omnes viri Isra- 2. Reg. 17.  
14.  
él : melius est consilium Chusai Arachi-  
tæ consilio &c.

Porrò Achitophel videns , quòd non  
fuerit factum consilium suum , stravit  
asimum suum , surrexitq; , & abiit in do-  
mum suam , & in civitatem suam , & di-  
sposita domo suâ , suspendio interiit , &  
sepultus est in sepulchro Patris sui. 23.

Conduxerunt quóq; adversus eos  
consiliatores , ut destruerent consilium 1. Esdr. 4.  
5.  
corum omnibus diebus.

- Job. 5.13.* Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium pravorum dissipat.
- 10. 3.* Nunquid bonum tibi videtur, si consilium impiorum adjuves.
- 21.16.* Consilium impiorum longè sit à me.
- 26. 3.* Cui dedisti consilium? forsitan illi, qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam.
- Prov. 12.* Et consilia impiorum fraudulenta.
- 5.* Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet: & plaga dolosa, doloris dividet vulnera.
- Ecli. 27.* Et qui foveam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo suo, offendit in eo: & qui laqueum alii ponit peribit in illo. Faciens nequissimum consilium, super ipsum devolvetur, & non agnosceret unde adveniat illi.
- Matt. 27.* Mane autem facto, consilium invenerunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi adversus JEsum, ut eum morti traderent.

### *Consolatio divina in necessitate optima.*

- Exod. 16.* Dixeruntq; filii Israël ad eos: utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate, cur induxitis nos in desertum istud, ut occidetis

tis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo · egrediatur populus, & colligat, quæ sufficiunt per singulos dies.

Affixit te penuria, & dedit tibi cibum *Deut.8.3.*  
*Manna*, quod ignorabas tu, & patres tui: ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei. Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est. Ut recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium homo, sic Dominus Deus tuus erudit te, ut custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis ejus, & timeas eum.

Sicut fui cum Moysè, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. *Josue.1.5.*  
 Confortare & esto robustus.

Hoc autem pro certo habet omnis, *Tob.3.21.*  
 qui te colit, quod vita ejus, si in probacione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim electaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis: & post lacrymationem & fletum, exultationem

infundis. Sit nomen tuum DEus Israël benedictum in fæcula.

*Judith. 8.* Nos autem alterum Deum nescimus  
20. præter ipsum. Expectamus humiles  
confolationem ejus.

*Is. 40. 1.* Consolamini, consolamini popule  
meus, dicit DEus vester.

*51. 12.* Ego ego ipse consolabor vos.

*Jer. 31. 13.* Et convertam luctum eorum in gau-  
dium, & consolabor eos, & lætificabo  
à dolore suo.

*2. Cor. 1. 3.* Benedictus DEus, & Pater Domini  
nostrj JESU Christi, Pater misericordia-  
rum, & DEus totius consolationis, qui  
consolatur nos in omni tribulatione  
nostra: ut possimus & ipsi consolari eos,  
qui in omni pressura sunt.

*4. 8.* In omnibus tribulationem patimur,  
sed non angustiamur.

*7. 6.* Foris pugnæ, intus timores. Sed qui cō-  
solatur humiles, cōsolatus est nos Deus.

*Dan. 3.* Et confestim viri illi vinceti, cum brac-  
21. cis suis, & tiaris, & calceamentis, & ve-  
stibus, missi sunt in medium fornacis  
ignis ardentis. Nam jussio regis urge-  
bat: fornax autem succensa erat nimis.

*49.* Angelus autē Domini descendit cum  
Azaria, & sociis ejus, in fornacem: &  
excussum flammam ignis de fornace, & fecit  
medium fornacis, quasi ventum rotis  
flantē, & non tetigit eos omnino ignis,  
neq;

neq; contrastavit, nec quidquam molestiae intulit.

### *Consortium bonorum, & malorum.*

**S**Urrexítq; Moyses, & abiit ad Dathan, *Num. 16.*  
 & Abiron: & sequentibus eum senioribus Israël, dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominū impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinacēt, ne involvamini in peccatis eorum.

Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, odivi ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. *Ps. 35. 4.*

Fili mi, si te lactaverint peccatores, *Prov. 10.*  
 ne aequiescas eis. Si dixerint: veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontē frustra: deglutiamus eum sicut infernus viventem, & integrum quasi descendētē in lacum. Omnem pretiosam substātiā reperiēmus, implebimus domos nostras spoliis. Sortem mitte nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrūm. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum.

Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam. *4. 14.*

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. *13. 20.*

- Prov. 20.* Ei, qui revelat mysteria, & ambulat  
*19.* fraudulenter, & dilatat labia sua ne  
 commiscearis.
- 22.24.* Noli esse amicus homini iracundo,  
 neq; ambules cum viro furioso : ne for-  
 tè discas semitas ejus, & sumas scanda-  
 luin animæ tuæ.
- 23.6.* Ne comedas cum homine invido, &  
 ne desideres cibos ejus : quoniam in si-  
 militudinem arioli, & conjectoris, æsti-  
 mat quod ignorat. Comede, & bibe,  
 dicet tibi: & mens ejus non est tecum.  
 Cibos quos comederas, evomes : & per-  
 des pulchros sermones tuos.
- 24.1.* Ne æmuleris viros malos, nec deside-  
 res esse cum eis : quia rapinas medita-  
 tur mens eorum, & fraudes labia eorum  
 loquuntur.
- Time Dominum, fili mi, & regem :* &  
*21.* cum detraetoribus non commiscearis :  
 quoniam repente consurget perditio  
 eorum : & ruinam utriusq; quis novit?
- 29.27.* Abominantur justi virum impium : &  
 abominantur impii eos , qui in recta  
 sunt via.
- Eccli.7.2.* Discede ab iniquo , & deficient mala  
 abs te.
- 9.21.* Cum sapientibus , & prudentibus  
 tracta.
- 22.* Viri justi sint tibi convivæ, & in timo-  
 re Dei sit tibi gloriatio.

Et di-

Et ditioni te ne socius fueris.

Sil largitus fueris, assumet te: & si non  
habueris, derelinquet te. Si habes, con-  
vivet tecum, & evacuabit te, & ipse non  
dolebit super te. Si necessarius illi fue-  
ris, supplantabit te, & subridens spem  
dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid  
opus est tibi? Et confundet te in cibis  
suis, donec te exinaniat bis, & ter: & in  
novissimo deridebit te: & postea vi-  
dens derelinquet te, & caput suum mo-  
vebit à te.

Cum viro irreligioso tracta de san-  
titate, & cum injusto de justitia, & cum  
muliere de ea, quæ æmulatur: cum ti-  
mido de bello, cum negotiatore de tra-  
jectione, cum emptore de venditione,  
cum viro livido de gratiis agendis, cum  
impi de pietate, cum inhonesto de ho-  
nestate, cum operario agrario de omni  
opere, cum operario annuali de con-  
summatione anni, cum servo pigro de  
multa operatione.

Sed cum viro sancto assiduus esto,  
quemcunq; cognoveris observantem ti-  
morem Dei, cuius anima est secundùm  
animam tuam, & qui, cùm titubayeris  
in tenebris condolebit tibi.

Et domum convivii non ingrediaris, Jer. 16.8.  
Ut sedeas cum eis, & comedas, & bibas.

In multitudine presbyterorum pru- Eccli. 6.

dentium sta, & sapientiae illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire, & proverbia laudis non effugiant a te.

*Eccli. 8.* Cum audace non eas in via, ne forte gravet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & ubi non est adjutorium, elidet te.

*12. 10.* Non credas inimico tuo in æternum.

*12.* Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne forte conversus in locum tuum, inquirat cathedram tuam: & in novissimo agnoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris.

*13. 1.* Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

*Tob. 1.5.* Deniq; cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat rex Israël, hic solus fugiebat consortia omnium, sed pergebat in Jerusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israël, omnia primitiva sua, & decimas suas fideliter offerens.

### Conventudo.

*Lev. 18.3.* Juxta conventudinem terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis.

Proverbiū est: adolescens juxta vi- Prov. 22.  
am suam, etiam cùm senuerit, non re- 6.  
cedet ab ea.

Quoniam puer centum annorū mo- Is. 65.20.  
rietur, & peccator centum annorum  
maledictus erit.

Si mutare potest Æthiops pellem su- Jer. 13.  
am, aut pardus varietates suas: & vos 23.  
poteritis benefacere, cum didiceritis  
malum.

### *Contemptus mundi.*

Peregrini enim sumus coram te, & ad- 1. Paral.  
venæ sicut omnes patres nostri. 29. 15.

Ad terram intuebitur, & ecce tribu- Isa. 8.22.  
latio, & tenebræ, dissolutio, & angu-  
stia, & caligo persequens, & non poterit  
avolare de angustia sua.

Non potest mundus odisse vos: me Joan. 7.  
autem odit: quia ego testimonium perhi- 7.  
beo de illo, quod opera ejus mala sunt.

Spiritum veritatis, quem mundus 14. 17.  
non potest accipere, quia non videt  
eum, nec scit eum, vos autem cognos-  
cetis eum; quia apud vos manebit, &  
in vobis erit.

In mundo pressuram habebitis: sed 16. 33.  
confidite, ego vici mundum.

Non pro mundo rogo, sed pro his, 17. 14.  
quos dedisti mihi: quia tui sunt.

Et mundus eos odio habuit, quia non 15.  
sunt

sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

*Jean. 17.* Non rogo ut tollas eos de mundo,  
25. sed ut serves eos à malo.

Pater juste, mundus te non cognovit.

*Gal. 1.4.* Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam.

6. 14. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri JESU Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

*Jacob. 4.* Quicunq; ergo voluerit amicus esse seculi hujus, inimicus Dei constituitur.

*1.Jean. 2.* Nolite diligere mundum, neq; ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum non est charitas Patris in eo: quoniā omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: quæ non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscentia ejus.

### Contentio.

*Prov. 29.* **V**ir sapiens, si cum stulto contendit, sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem.

*Eccles. 8.1.* Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi.

Dixit

Dixit ergo Abram ad Lot: ne quæso *Gen. 13.*  
sit jurgium inter me & te, & inter pasto- 8.  
res meos, & pastores tuos: fratres e-  
nimi sumus.

Respondete obsecro absq; conten- *Job. 6.29.*  
tione. 9.

Ne contendas adversūm hominem *Prov. 3.*  
frustra, cùm ipse tibi nihil mali fecerit. 30.

Ne contendas cum pessimis. 24. 19.

Honor est homini, qui separat se à 20. 3.  
contentionibus: omnes autem stulti  
miscentur contumeliis.

Qui vult tecum judicio contendere, *Matt. 5.*  
& tunicam tuam tollere, dimitte ei & 40.  
pallium.

Cùm enim sit inter vos zelus, & con- *1. Cor. 3.3.*  
tentio: nonne carnales estis, & secun-  
dūm hominem ambulatis.

Noli contendere verbis: ad nihil e- *2. Tim. 2.*  
nim utile est, nisi ad subversionem audi- 14.  
entium.

### Contritio.

Cúmq; quæsiēris ibi Dominum Deum *Deut. 4.*  
tuum, invenies eum: si tamen to- 29.  
to corde quæsiēris; & tota tribulatio-  
ne animæ tuæ.

Cùm esset Anna amaro animo, ora- *1. Reg. 1.*  
vit ad Dominum, flens largiter, & vo- 10.  
tum vovit, dicens: Domine exercituū,  
si respiciens videris afflictionem famu-  
læ tuæ,

læ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; servæ tuæ sexum virilem &c.

*2. Reg. 22.* Quia circumdederunt me contritiones mortis.

*24. 10.* Percussit autem cor Davidum, postquam numeratus est populus: & dixit David ad Dominum: Peccavi valde in hoc facto: sed precor Domine, ut transferas iniquitatem servi tui; quia stulte egi nimis.

*2. Paral.* Emollitum est cor tuum, humiliatus

*34. 27.* es in conspectu Dei, super his quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Jerusalem, reveritusq; faciem meam, scidisti vestimenta tua, & flevisti coram me: ego quoq; exaudivi te, dicit Dominus.

*Judith. 4.* Et clamavit omnis populus ad Dominum instantiâ magnâ, & humiliaverunt animas suas in jejuniiis, & orationibus, ipsi, & mulieres eorum.

*Jobi. 2. 13.* Nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.

*Psal. 4. 5.* In cubilibus yestris compungimini.  
*6. 7.* Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

*50. 19.* Sacrificium Deo spiritus contributus: cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Qui seminant in lacrymis, in exul- Ps. 125.5.  
tatione metent.

Qui sanat contritos corde: & alli- 146. 3.  
gat contritiones eorum.

Ad quem autem respiciam, nisi ad Isaiae 66.  
pauperculum, & contritum spiritu, & 2.  
trementem sermones meos.

In sancto habitans, & cum contrito, 57. 15.  
& humili spiritu: ut vivificet spiritum  
humilium, & vivificet cor contritorum.

Ut possimus invenire misericordiam Dan. 3.  
tuam: sed in animo contrito, & spiritu 39.  
humilitatis suscipiamur.

Nunc ergo dicit Dominus: conver- Joel 2.12.  
timini ad me in toto corde vestro, in je-  
junio, & in fletu, & in planctu. Et scin-  
dite corda vestra, & non vestimenta  
vestra, & convertimini ad Dominum  
Deum vestrum.

Exinde cœpit JESUS prædicare, & di- Matt. 4.  
cere: pœnitentiam agite: appropri- 17.  
quavit enim regnum cœlorum.

Et recordatus est Petrus verbi JESU,  
quod dixerat: priusquam gallus can- 26.75.  
tet, ter me negabis. Et egressus foras,  
flevit amarè.

Surgam, & ibo ad patrem meum, & Luke 15.  
dicam ei: Pater peccavi in cœlum, &  
coram te: jam non sum dignus vocari  
filius tuus; fac me sicut unum de mer- 18.  
cenariis tuis.

Et

Luca. 7.

37. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit, quod accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum ungventi: & stans retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebatur.

44. Vides hanc mulierem? intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem, ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxi: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

18. 13. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

23. 41. Et nos quidem justè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad JESUM: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi JESUS: Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradyso.

*Contumelia.*

**E**jice derisorem, & exibit cum eo juri- *Prov. 22.*  
gium, cessabuntq; causæ, & contu- *20.*  
meliæ.

Est correptio mendax in ira contu- *Ecli. 19.*  
meliosi: & est judicium, quod non pro- *23.*  
batur esse bonum: & est tacens, & ipse  
est prudens.

Ante Ignem camini vapor, & fumus *22. 30.*  
ignis inaltatur: sic & ante sanguinem  
maledicta, & contumeliæ, & minæ.

Homo astutus in verbis improperiis, *23. 20.*  
in omnibus diebus suis non eruditur.

Abscondunt odium labia mendacia: *Prov. 10.*  
qui profert contumeliam, insipiens est. *18.*

Quæ videruat oculi tui, ne proferas *25. 8.*  
in iuglio citò: ne postea emendare non  
possis, cum de honestaveris amicum tu-  
um. *V. derisor, aut detractio.*

*Correptio fraternd.*

**N**on oderis fratrem tuum in corde *Lev. 19.*  
tuo, sed publicè argue cum, ne ha- *17.*  
beas super illo peccatum.

Corripit me justus in misericordia, *Ps. 140.5.*  
& increpabit me.

Plus proficit correptio apud pruden- *Prov. 17.*  
tem, quam centum plagæ apud stultum. *10.*

Melior est manifesta correptio, quam *27. 5.*  
amor absconditus.

Qui corripit hominem, gratiam po- *28. 23.*  
stea

stea inveniet apud eum magis, quam ille, qui per lingvæ blandimenta decipit.

**Prov. 29.** Viro, qui correptionem dura cervice

1. contemnit, repentinus ei superveniet interitus: & eum sanitas non sequetur.

**Eccles. 7.** Melius est à sapiente corripi, quam

6. stultorum adulatio[n]e decipi.

**Eccli. 19.** Corripe amicum, ne fortè non intel-

13. lexerit, & dicat: non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne fortè non dixerit, & si dixerit, ne fortè iteret.

**xi. 7.** Priusquam interroges, ne vituperes quenquam; & cum interrogaveris, corripe justè.

**xi. 7.** Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum: convertetur ad cor suum.

**xi. 41.** In convivio vini non arguas proximum.

**xo. 28.** Et vir prudens, & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur.

**Prov. 27.** Melior est manifesta correptio, quam

5. amor absconditus: Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.

**Eccles. 1.** Perversi difficile corriguntur, & stu-

15. torum infinitus est numerus.

**7. 14.** Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despicerit.

Si

Si autem peccaverit in te frater tuus, *Matt. 18.*  
 vade & corripe eum inter te, & ipsum so- 15.  
 lum. Si te audiērit lucratus eris fra-  
 trem tuum. Si autem te non audiērit  
 adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut  
 in ore duorum, vel trium stet omne ver-  
 bum.

Si peccaverit in te frater tuus, incre- *Lucæ. 17.*  
 pa illum: & si pœnitentiam egerit, di- 3.  
 mitte illi.

Peccantes coram omnibus argue: ut *i. Tim. 5.*  
 & cæteri timorem habeant. 20.

### Correptio immoderata.

**Q**uid autem vides festucam in oculo *Matt. 7.*  
 fratris tui: & trabem in oculo tuo 3.  
 non vides? Aut quomodo dices fratri  
 tuo: fine, ejiciam festucam de oculo  
 tuo: & ecce trabs est in oculo tuo.

Adducunt autem scribæ, & Pharisei *Joan. 8.3.*  
 mulierem in adulterio deprehensam, &  
 statuerunt eam in medio, & dixerunt ei.  
 Magister, hæc mulier modò deprehen-  
 sa est in adulterio. In lege autem Moy-  
 ses mandavit nobis hujusmodi lapida-  
 re. Tu ergo quid dicis?

Cùm ergo perseverarent interrogan- 7.  
 tes cum erexit se, & dixit eis: qui sinè  
 peccato est vestrum, primus in illam  
 lapidem mittat. Audientes autem o-  
 mnes

mnes, unus post unum exibant, incipiētes à senioribus.

*Job. 6.26.* Ad increpandū tantūm eloquia cinnatis, & in ventum verba profertis. Super pupillum irruitis, & subyertere nitimini amicum vestrum.

### Convivium.

*Prov. 15.* **M**eliūs est vocari ad olera cum charitate, quām ad vitulum saginatum cum odio.

*23. 20.* Noli esse in conviviis potatorum, nec in commessionibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.

*Ecli. 37.* Noli avidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit usq; ad choleram.

*31. 16.* Ne extendas (*super mensam*) manum tuam prior, & invidiā contaminatus erubescas. Ne comprimeris in convivio.

*31.* Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. Quām sufficiens est homini eruditō vinum exiguum.

*35.* Et si coactus fueris in edendo multū, surge ē medio, evome: & refrigerabit

**CREDULITAS & CRUCIS FIG.** 149  
te, & non adduces corpori tuo infirmi-  
tatem.

In convivio vini non arguas proxi-  
mum: & non despicias eum in jucundi-  
tate illius: verba improperii non dicas  
illi: & non premas illum in repetendo. *Ecli. 31.*  
*41.*

Vir respiciens in mensam alienam  
non est vita ejus in cogitatione victus.  
Aliit enim animam suam cibis alienis. *40. 30.*

### *Credulitas.*

**I**Nnocens credit omni verbo: astutus *Prov. 14.*  
considerat greffus suos. *15.*

Qui credit citò, levis est corde, & mi- *Ecli. 19.*  
norabitur. *Vide Iides.* *4.*

### *Crucis præfiguratio.*

**F**ecit ergo Moyses serpentem æneum, *Num. 21.*  
& posuit eum pro signo: quem cùm *9.*  
percussi aspicerent, sanabantur.

Et sicut Moyses exaltavit serpentem *Joan. 3.*  
in deserto: ita exaltari oportet filium *14.*  
hominis; ut omnis qui credit in eum  
non pereat, sed habeat vitam æternam.

Et levabit ignem in nationes, & con- *Iij. 11. 12.*  
gregabit profugos Israël.

Benedictum enim est lignū, per quod *Sap. 14. 7.*  
fit justitia. *V. Christus verus Messias.*

### *Crux Christi adoranda.*

**E**Xaltate Dominum Deum nostrum, *Psal. 98. 5.*  
& adorate scabellum pedum ejus:  
quoniam sanctum est.

*Is. 11. 10.* In die illa radix Jessæ , qui stat in sanguinem populorum, ipsum gentes deprehendebuntur, & erit sepulchrum ejus gloriosum.

*Joan. 12.* Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.

*Pbil. 2. 8.* Humiliavit semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod, & DEus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen.

*1. Cor. 1.* Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultia est, iis autem qui salvi sunt id est, nobis Dei virtus est.

*Gal. 6. 14.* Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri JESU Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

*Colos. 1.* Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt.

### *Crux Christi amplectenda.*

*Mat. 10.* ET qui non accipit crucem suam, & se quitur me, non est me dignus.

*38.* *Lucæ. 14.* Et qui non bajulat crucem suam, & venit post me non potest meus esse discipulus.

*Matt. 16.* Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Hoc

Hoc scientes, quia *vetus homo noster* *Rem. 6.6.*  
*simul crucifixus est*, ut destruatur cor-  
*pus peccati*, & ultrà non serviamus pec-  
*cato.*

Christo confixus sum cruci. Vivo *Galat. 2.*  
 autem jam non ego : vivit verò in me. *20.*  
 Christus.

Qui autem sunt Christi, carnem suam *5. 24.*  
*crucifixerunt cum vitiis & concupis-.*  
*tiis.*

### *Crux, seu afflictio hominum.*

MUltipliabo ærumnas tuas, & con-  
 ceptus tuos : in dolore paries fili- *Genes. 3.*  
 os, & sub viri potestate eris, & ipse do- *16.*  
 minabitur tui. Adæ verò dixit: quia  
 audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti  
 de ligno, ex quo præceperam tibi, ne  
 comederes, maledicta terra in opere  
 tuo : in laboribus comedes ex ea cun-  
 ctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos  
 germinabit tibi, & comedes herbam  
 terræ. In sudore vultus tui vesceris pa-  
 ne, donec revertaris in terram, de qua  
 sumptus es.

Oderántq; filios Israël Aëgyptii, & *Exod. 1.*  
 affligebant illudentes eis : atq; ad a-  
 maritudinem perducebant vitam eorum  
 operibus duris, luti, & lateris, omníq;  
 famulatu, quo in terræ operibus preme-  
 bantur &c. *Vide tribulatio.*

*Cultus Dei.*

*Deut. 6.5.* **D**illiges Dominum DEum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

*10. 12.* Et nunc Israël, quid Dominus Deus tuus petit à te nisi ut timeas Dominum DEum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, ac servias Domino Deo tuo, in toto corde tuo, & in tota anima tua: custodiásq; mandata Domini, & ceremonias ejus, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene sit tibi?

*11. 13.* Si ergo obediēritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & serviatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra: dabit pluviam terræ vestræ temporaneam, & serotinam, ut colligatis frumentum, & vinum, & oleum.

*28. 47.* Eò, quod non serviēris Domino Deo tuo in gaudio, cordisq; lætitia, propter rerum omnium abundantiam: ieseris inimico tuo, quem imittet tibi Dominus in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria &c.

*30. 2.* Et reversus fueris ad eum, & obediēris ejus imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua: reducet Dominus

minus DEus tuus captivitatem tuam, ac miserebitur tui, ac rursum congregabit te de cunctis populis, in quos te antea dispersit. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus DEUS tuus.

Vos fecistis universum malum hoc: *1. Reg. 12.*  
verumtamen nolite recedere à tergo *20.*  
Domini, sed servite Dño in omni corde  
vestro. Et nolite declinare post vanam,  
quæ non proderunt vobis, neq; eruent  
vos, quia vanam sunt. Et non derelin-  
quet Dominus populum suum, propter  
nomen suum magnum, quia juravit Do-  
minus facere vos sibi populum.

Oculi Domini super timentes eum: *Ecli. 34.*  
protector potentiae, firmamentum vir-  
tutis, tegimen ardoris, & umbraculum  
meridiani, deprecatio offendionis, &  
adjutorium casus, exaltans animam, &  
illuminans oculos, dans sanitatem, &  
vitam, & benedictionem.

Magister, quod est mandatum ma- *Matt. 22.*  
gnum in lege? ait illi JESUS: diliges  
Dominum Deum tuum ex toto corde  
tuo, & in tota anima tua, & in tota men-  
te tua. Hoc est maximum, & primum  
mandatum.

Sed venit hora, & nunc est, quando  
veri adoratores adorabunt Patrem in  
spiritu, & veritate. Nam & Pater tales

quærerit, qui adorenteum. V. Deus diligendus.

### Cultus imaginum.

*Exod. 25.* **D**uos quóq; cherubim aureos & productiles facies; ex utraq; parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno, & alter in altero. Utrumq; latus propitiatorii tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciántq; se mutuò versis vultibus in propitiatoriū quo operienda est arca, in qua pones testimonium, quod dabo tibi. In de præcipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum cherubim, qui erunt super arcā testimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Israël.

*Num. 7.* Cúmq; ingrederetur Moyses tabernaculum foederis, & consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcā testimonii inter duos cherubim, unde & loquebatur ei.

*21. 8.* Et locutus est Dominus ad eum: fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspicerit eum vivet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo.

*3. Reg. 6.* Posuitq; cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas super asche.

as cherubim, & tangebat ala una parietem, & ala cherub secundi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se invicem contin- gebant.

Et sculpsit cherubim, & palmas, & cæ- 3. Reg. 6.  
laturas valde eminentes: operuitq; o- 35.  
mnia laminis aureis, operc quadro ad.  
regulam, &c.

Sculpsit quóq; in tabulatis illis, quæ  
erant ex ære, & in angulis cherubim, &  
leones, & palmas, quasi in similitudinem  
hominis stantis, ut non cælata, sed appo-  
sita per circuitum viderentur.

Quando videritis arcam fæderis Do- Josuæ 3.2.  
mini Dei vestri, & sacerdotes stirpis le-  
yticæ portantes eam, vos quóq; con-  
furgite, & sequimini præcedentes: sítq;  
inter vos, & arcam spatum cubitorum  
duūm millium, ut procul videre possi-  
tis, & nosse per quam viam ingrediam-  
ni: quia priūs non ambulâstis per eam:  
& cavete ne appropinquetis ad arcam.

Extendit Ozam manum ad arcam Dei,  
& tenuit eam: quoniam calcitrabant 2. Reg. 6.  
boves, & declinaverunt eam. Iratúsq;  
est indignatione Dominus contra O-  
zam, & percussit eum super temeritate:  
qui mortuus est ibi juxta arcam Dei.

Adorate scabellum pedum ejus: quo- Ps. 93. 5.  
niam sanctum est.

*Phil. 2.9.* Donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine IESU omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. (*Nomen est imago; imago autem est representatio nominati.*)

### Cultus Reliquiarum.

*Exod. 13.* Tullit quoque Moyses ossa Joseph secum.

*19.* Mortuus est ergo Eliseus & sepeliēt eum. Latrunculi autem de Moab  
*4. Reg. 13.* venerunt in terram in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem, vide-  
*20.* runt latrunculos, & projecerunt cada-  
 ver in sepulchro Elisei. Quod cum te-  
 tigisset ossa Elisei, revixit homo, & ste-  
 tit super pedes suos.

*Isa. 11.10.* Ipsum gentes deprecabuntur, & erit  
 sepulchrum ejus gloriosum.

*Matt. 9.* Si tetigero tantum vestimentum ejus,  
*21.* salva ero. At IESUS conversus, & vi-  
 dens eam, dixit: confide filia, fides tua  
 te salvam fecit.

*Joann. 1.* Ipse est, qui post me venturus est, qui  
*27.* ante me factus est: cuius ego non sum  
 dignus, ut solvam ejus corigiam calcea-  
 menti.

*Aetor. 5.* Ita ut in plateas ejicerent infirmos, &  
*15.* ponerent in lectulis ac grabatis, ut, ve-  
 niente Petro, saltem umbra illius ob-  
 umbraret quenquam illorum, & libera-  
 rentur ab infirmitatibus suis. Vir-

Virtutésque non quaslibet faciebat *Acto. 19.*  
 DEus per manum Pauli : ita ut etiam *ii.*  
 super langvidos deferrentur à corpore  
 ejus sudaria , & semicinctia , & recede-  
 bant ab eis langvores , & spiritus ne-  
 quam egrediébantur.

Curaverunt autem Stephanum viri *8. 2.*  
 timorati , & fecerunt planctum magnum  
 super illum.

Quid enim május est , donum , an al- *Matt. 23.*  
 tare , quod sanctificat donum ? Qui er- *19.*  
 go jurat in altari , jurat in eo , & in omni-  
 bus quæ super illud sunt.

Tulitq; Elias pallium suum , & in vol- *4. Reg. 2.*  
 vit illud , & percussit aquas , quæ divisæ *8.*  
 sunt in utramq; partem , & transiyerunt  
 ambo per siccum.

### Curiositas.

E Gressa est autem Dina filia Liæ , ut *Gen. 34.*  
 videret mulieres regionis illius. *i.*  
 Quam cùm vidisset Sichem filius He-  
 mor Hevæi , princeps terræ illius , ada-  
 mavit eam : & rapuit , & dormivit cum  
 illa , vi opprimens virginem.

Si fueris plurimùm scrutatus , fre- *4. Esdræ.*  
 quenter miraberis. *4. 26.*

Qui autem investigator malorum est , *Prov. 11.*  
 opprimetur ab eis. *27.*

Altiora te ne quæsiérис , & fortiora te *Eccli. 30.*  
 ne scrutatus fueris : sed quæ præcepit *22.*  
 tibi

tibi DEus, illa cogita semper, & in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium, ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus ejus non eris curiosus.

*Matt. 12. 38.* Tunc responderunt ei quidā de scribis & Phariseis, dicentes: Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis: Generatio mala, & adultera signum quærit.

*Luca. 23. 8.* Herodes autem viso JESU, gavisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eò, quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.

*Act. 1. 6.* Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate:

*2. Thess. 3. 11.* Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes.

### *Custodia sui post conversionem.*

*Deut. 4. 9.* CUSTODI igitur teme ipsum, & animam tuam sollicitè.

*15.* Custodite igitur sollicitè animas vestrarū. Tu

Tu scis Domine, quia nunquam con- *Tob. 3. 16.*  
cupivi virum, & mundam servavi animā  
meam ab omni concupiscentia. Nun-  
quam cum ludentibus miscui me, neq;  
cum his, qui in levitate ambulant, par-  
ticipem me præbui.

Omni custodiâ serva cor tuum, quia *Prov. 4.*  
ex ipso vita procedit. *23.*

Custos animæ suæ servat viam suam. *16. 17.*

In omnibus operibus tuis memorare *Eccli. 7.*  
novissima tua, & in æternum non pec- *40.*  
cabis.

Quasi à facie colubri fuge peccata. *21. 2.*

Super custodiam meā ego sum, stans *Is. 21. 8.*  
totis noctibus.

Ecce sanus factus es : jam noli pecca- *Joann. 5.*  
re, ne deterius tibi aliquid contingat. *14.*

Nescitis quia templum Dei estis, & *1. Cor. 3.*  
spiritus Dei habitat in vobis ? si quis *16.*  
autem templum Dei violaverit, disper-  
det illum DEus.

An non cognoscitis vosmetipso *2. Cor. 13.*  
quia Christus JESUS in vobis est ? nisi *5.*  
fortè reprobi estis.

Beatus qui vigilat, & custodit vesti- *Apoc. 16.*  
menta sua, ne nudus ambulet, & vide- *15.*  
ant turpitudinem ejus.

### Crudelitas.

PRO mensura peccati erit & plagarum *Deut. 25.*  
modus : ita duntaxat, ut quadra- *2.*  
gena-

genarium numerum non excedant : ne  
fœdè laceratus ante oculos tuos abeat  
frater tuus. Non ligabis os bovis te-  
rentis in area fruges tuas.

*Prov. 11.* Benefacit animæ suæ vir misericors,  
*17.* qui autem crudelis est, etiam propin-  
quos abjicit.

*Exod. 1.* Quando obstetricabitis Hebræas, &  
*16.* partū tempus advenerit : si masculus  
fuerit, interficite eum.

*22.* Præcepit ergo Pharaon omni populo  
suo, dicens : quidquid masculini sexū  
natum fuerit, in flumen projicite : quid-  
quid fœminini, reservate.

*5. 16.* Cur ita agis contra seryos tuos ? Pa-  
leæ non dantur nobis, & lateres simili-  
ter imperantur : en famuli tui flagellis  
cædimur ; & injustè agitur contra po-  
pulum tuum.

*Judic. 1.* Fugit autem Adonibezec : quem per-  
*6.* secuti comprehendenterunt, cæsis sumita-  
tibus manuum ejus, ac pedum.

*7.* Dixítq; Adonibezec : septuaginta re-  
ges, amputatis manuum ac pedum sumi-  
tatibus, colligebant sub mensa mea ci-  
borum reliquias : sicut feci : ita reddi-  
dit mihi DEus. Adduxeruntq; eum in  
Jerusalem, & ibi mortuus est.

*9. 4.* Qui (*Abimelech*) conduxit sibi ex eo  
viros inopes & vagos, secutiq; sunt e-  
um. Et venit in domum patris sui in  
Ephra,

Ephra, & occidit fratres suos filios Jero-  
baal septuaginta viros, super lapidem  
unum: remansitq; Joatham filius Jero-  
baal minimus, & absconditus est.

Quod dictum cum placuissest omni-  
bus, vocavit Nabuchodonosor rex Ho-*Judith. 2.*  
lofernem principem militiae suæ, & di-  
xit ei. Egressere adversus omne re-  
gnum Occidentis, & contra eos præci-  
pue, qui contemperunt imperium me-  
um. Non parcer oculus tuus ulli re-  
gno, omnemq; urbem munitam subju-  
gabis mihi.

Et respondens rex (Nabuchodono-  
sor) ait Chaldæis: sermo recessit à me: *Dan. 2.5.*  
nisi indicaveritis mihi somnum, & con-  
jecturam ejus, peribitis vos, & domus ve-  
stæ publicabuntur.

Quo auditio, rex in furore, & in ira  
magna præcepit, ut perirent omnes sa-  
pientes Babylonis. Et egreditâ senten-  
tiâ, sapientes interficiebantur. *22.*

*Nabuchodonosor.* Et viris fortissimis  
de exercitu suo jussit, ut ligatis pedibus  
Sidrach, Misach, & Abdenago, mitte-  
rent eos in fornacem ignis ardentis.  
Et confestim virti illi vinclati, cum braccis  
fuis, & tiaris, & calceamentis, & vesti-  
bus, missi sunt in medium fornacis ignis  
ardentis, nam jussio regis urgebat.

Tunc Herodes videns quoniam il- *Matt. 2.*  
lusus

Iusus esset à magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis.

**Matt. 14.** Propter juramentum autem, & eos

qui pariter recumbebant, jussit dari Misitq, & decollavit Joannem in carcere. Et allatum est caput ejus in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ.

Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt:

**25. 41.** Discedite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare; fisihi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegisti me: nudus, & non cooperuisti me: infirmus, & in carcere, & non visitasti me.

**27. 18.** Pilatus. Sciebat enim quod per inviam tradidissent eum.

**26.** Tunc dimisit illis Barabbam: IEsum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur &c. *Vide Passio Christi.*

**Jacob. 2.** Judicium enim sine misericordia illi,

**13.** qui non fecit misericordiam.



# DÆMONES OMNI- bus nocere sat agunt.

**D**Ixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. Scit enim D'EUS, quod in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis si-  
c ut dñi, scientes bonum & malum.

Et dixit Dominus ad Satan: mun-  
quid considerasti servum meum Job, *Job. 2. 3.*  
quod non sit ei similis in terra, vir sim-  
plex & rectus, ac timens Deum, & rece-  
dens à malo, & adhuc retinens innocen-  
tiam? Tu autem commovisti me adver-  
sus eum, ut affligerem eum frustra. Cui  
respondens satan, ait: pellem pro pelle,  
& cuncta, quæ habet homo, dabit pro a-  
nima sua: alioquin mitte manum tu-  
am &c. Dixit ergo Dominus ad Satan:  
ecce in manu tua est, verum tamen ani-  
mam illius serva. Egressus igitur Sa-  
tan à facie Domini, percussit Job ulcere  
pessimo, à planta pedis, usq; ad verticē  
ejus: qui testa saniem radebat, sedens  
in sterquilinio.

Tunc JESUS ductus est in desertum à *Mat. 4.1.*  
spiritu, ut tentaretur à diabolo.

Et accedens tentator dixit ei: si fili-  
us Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.

*Mat. 4.5.* Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei : si filius Dei es, mitte te deorsum : scriptum est enim : quia angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

*8.* Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei : Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei JESUS : vade satana : scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

*Lucæ 4.* Et consumatâ omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usq; ad tempus.

*13.*

*Joan. 13.* Et cœnâ factâ cùm diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ.

*Job. 41.* Omne sublime videt, ipse est rex super universos filios superbiæ.

*25.*

*Ecli. 39.* Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmaverunt tormenta sua.

*Act. 5. 3.* Cur tentavit satanas cor tuū, mentiri te spiritui S. & fraudare de pretio agri?

*2. Cor. 2.* Ut non circumveniamur à satana:

*11.* non enim ignoramus cogitationes ejus.

*11. 14.* Et non mirū : ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis.

Quoniam non est nobis colluctatio *Ephes. 6.  
adversus carnem, & sanguinem, sed ad-  
versus principes, & potestates, adver-  
sus mundi rectores tenebrarum harum,  
contra spiritualia nequitiæ, in cœlesti-  
bus. Propterea accipite armaturam Dei,  
ut possitis resistere in die malo, & in o-  
mnibus perfecti stare.*

Et ne nos inducas in temptationem, sed *Matth. 6.  
libera nos à malo.*

Sobrii estote, & vigilate: quia adver- *1.Petri 5.  
sarius vester diabolus tanquam leo ru-  
giens circuit, quærens quem devoret:  
qui resistite fortes in fide.*

### Dæmonum damnatio.

**E**cce qui serviunt ei, non sunt stabi- *Job. 4.18.  
les, & in angelis suis reperit pravi-  
tatem.*

Quomodo cecidisti de cœlo *Lucifer, Isaiae. 14.  
qui mane oriebaris? corruisti in terram,  
qui vulnerabas gentes? qui dicebas in  
corde tuo: in cœlum conscendam, su-  
per astræ Dei exaltabo solium meum, se-  
debo in monte testamenti, in lateribus  
æquilonis. Ascendam super altitudi-  
nem nubium, similis ero altissimo. Ve-  
rum tamen ad infernum detraheris in  
profundum Laci, &c.*

Videbam satanam sicut fulgur de cœ- *Luce 10.  
locadentem.*

**2. Petri. 2.** Si enim Deus angelis peccantibus  
4. non pepercit, sed rudentibus inferni de-  
tractos in tartarū tradidit cruciandos,  
in iudicium reservari.

**Jude. 1.6.** Angelos vero, qui non servaverunt  
suum principatum, sed dereliquerunt  
suum domicilium, in iudicium magni  
Dei, vinculis æternis sub caligine rese-  
vavit.

**Apoc. 12.** Et factum est prælium magnum in cœ-  
lo: Michaël, & Angeli ejus præliaaban-  
tur cum dracone, & draco pugnabat, &  
angeli ejus: & non valuerunt, neq; lo-  
cus inventus est eorum amplius in cœ-  
lo: Et projectus est draco ille magnus,  
serpens antiquus, qui vocatur diabo-  
lus, & satanas, qui seducit universum  
orbem: & projectus est in terram, & an-  
geli ejus cum illo missi sunt.

### Dæmonum expulsio.

**Matt. 8.** VEspero autem facto, obtulerunt  
16. multos dæmonia habentes: & ejus  
ciebat spiritus verbo: & omnes male-  
habentes curavit.

**11.** Dæmones autem rogabant eum, di-  
centes: si ejicis nos hinc, mitte nos in  
gregem porcorum. Et ait illis: ite. Al-  
illi exeuntes abiérunt in porcos.

**12. 13.** Tunc oblatus est ei dæmonium ha-  
bens cœcus, & mutus, & curavit eum  
ita

ita ut loqueretur, & videret, & stupebant omnes turbæ, & dicebant: nunc quid hic est filius David? Pharisæi autem audientes, dixerunt: hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. JESUS autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: omne regnum divisum contra se, desolabitur &c. & si satanas satanam ejicit, adversus se divisus est.

Et increpavit illum JESUS, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad JESUM secretò, & dixerunt, quare nos non potuimus ejicere illum? dixit illis JESUS, propter incredulitatem vestram.

Quid mihi, & tibi est JESU fili Dei A&L. *Luca. 8.*  
tissimi? obsecro te, ne me torqueas. *28.*  
Præcipiebat enim spiritui immundo, ut exiret ab homine.

Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Dñe, etiā dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. *10. 17.*

Multi autem eorum, qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna exhibant.

Dolens autem Paulus, & conversus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine JESU Christi exire ab ea. Et exiit eadem horâ.

Multi dicent mihi in illa die: Do- *Matth. 7.*  
mine, *22.*

mine, Domine, nónne in nomino tuo  
prophetavimus, & in nomine tuo dæ-  
monia ejecimus.

*Mar. 9.* Magister, vidimus quendam in nomi-  
ne tuo ejicientem dæmonia, qui non  
sequitur nos, & prohibuimus eum. JE-  
sus autem ait: nolite prohibere eum.

*Act. 19.* Tentaverunt autem quidam, & de cir-  
cumeuntibus Judæis exorcistis, invo-  
care super eos, qui habebant spiritus  
malos, nomen Domini JEsu, dicentes:  
Adjuro vos per JEsum, quem Paulus  
prædicat.

*25.* Respondens autem spiritus nequam  
dixit eis: JEsum novi, & Paulum scio:  
vos autem qui estis: & insiliens in eos  
homo, in quo erat dæmonium pessimū,  
& dominatus amborum, invaluit con-  
tra eos, ita ut nudi & vulnerati effuge-  
rent de domo illa.

### Damnatio eterna.

*Job. 10.* Erram miseriæ, & tenebrarum, ubi  
22. uimbra mortis, & nullus ordo, sed  
sempernus horror inhabitat.

*Is. 30. 33.* Præparata est enim ab heri Topheth,  
à rege præparata, profunda, & dilatata.  
Nutrimenta ejus, ignis & ligna multa:  
flatus Domini sicut torrens sulphuris  
succendens eam.

*66.24.* Et egredientur, & videbunt cadavera  
viro-

vitorū, qui prævaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorū non extingvetur.

Et congregabit triticū suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quām totum corpus tuum mittatur in gehennam, &c.

Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.

Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium.

Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ.

Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium.

Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus.

Bonū est tibi luscū introire in regnū Dei, quām duos oculos habentem mitti in gehennam ignis: ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extingvitur.

Elevans autem oculos suos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus: & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, &

Matth. 3.

12.

5. 29.

8. 12.

13. 50.

23. 33.

25. 30.

41.

Mar. 9.

46.

23.

mitte Lazarum, ut intingat extremum  
digiti sui in aquam, ut refrigeret lin-  
gavam meam, quia crucior in hac flama.  
Et dixit illi Abraham: fili recordare,  
quia recepisti bona in vita tua, & Laz-  
arus similiter mala: nunc autem hic con-  
solatur, tu verò cruciaris.

*a. Thef. 1.* In flamma ignis dantis vindictam iis,  
qui non noverunt Deum, & qui non ob-  
edient Evangelio Domini nostri IESU  
Christi: qui poenas dabunt in interitu  
æternas à facie Domini, & gloria virtutis ejus.

*a. Petri 2.* Si enim DEUS angelis peccantibus  
non pepercit, sed rudentibus inferni  
detractos in tartarum tradidit crucian-  
dos, in judicium reservari.

*Apoc. 20.* Et descendit ignis à Deo de cœlo,  
devoravit eos: & diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sul-  
phuris, ubi & bestia, & pseudoprophe-  
ta cruciabuntur die ac nocte, in sæcula  
sæculorum.

*21.8.* Timidis autem, & incredulis, & exco-  
ratis, & homicidis, & fornicatoribus,  
& veneficis, & idololatris, & omnibus  
mendacibus, pars illorum erit in stagno  
ardenti igne ac sulphure: quod est  
mors secunda.

*Levit. 19.* Damnum proximo non inferendum.  
*22.* Non facies calumniā proximo tuo  
acc vi opprimes cum. *No*

Noa est bonum, damnū inferre justo. *Prov. 17.*

Ne dicas: quomodo fecit mihi, sic  
faciam ei: reddam unicuiq; secundūm  
opus suum. *26.*  
*24. 29.*

Non placeat tibi injuria injustorum, *Ecccli.* *9.*  
sciens quoniam usq; ad inferos non pla-  
cebit impius. *17.*

Jam quidem omnino delictum est in  
vobis, quòd judicia habetis inter vos. *1. Cor. 6. 7.*  
Quare non magis injuriam accipitis?  
quare non magis fraudem patimini? sed  
vos injuriam facitis, & fraudatis: &  
hoc fratribus. An nescitis quia inqui  
regnum Dei non possidebunt. *v. charitas.*

### Damnum illatum resarcendum,

SI quis aperuerit cisternam, & foderit,  
& non operuerit eam, cecideritque  
bos, aut asinus in eam, reddet Dominus  
cisternæ pretium jumentorum: quod  
autem mortuum est, ipsius erit. *Exod. 21.*  
*33.*

Si quis furatus fuerit bovem, aut o-  
vem, & occiderit vel vendiderit; quinq;  
boves pro uno bove restituet, & quatu-  
or oves pro una ove. *22. 1.*

Si læserit quispiā agrum vel vineam,  
& dimiserit jumentum suum ut depa-  
scatur aliena: quidquid optimū habue-  
rit in agro suo, vel vinea, pro damni æ-  
stimatione restituet. Si egressus ignis  
invenerit spinas, & comprehendenterit a-  
cer-

cervos frugum, sive stantes segetes in a-  
gris : reddet damnum qui ignem succen-  
derit.

*Levit. 24.* Qui percußerit animal, reddet vica-  
rium, id est, animā pro anima. Qui irro-  
gaverit maculam cuilibet civium suo-  
rum : sicut fecit, sic fiet ei, fracturam  
pro fractura, oculum pro oculo, den-  
tem pro dente restituet.

*Deut. 27.* Maledictus, qui transfert terminos  
proximi sui.

*Prov. 17.* Qui despicit pauperem, exprobrat fa-  
ctori ejus : & qui ruinā lætatur alte-  
rius, non erit impunitus.

### Decimæ à DEO sunt præceptæ.

*Gen. 14.* ET dedit ei decimas ex omnibus.  
*20.*

*Lev. 27.* Omnes decimæ terræ, sive de fru-  
gibus, sive de pomis arborum, Domini  
sunt, & illi sanctificantur. Si quis au-  
tem voluerit redimere decimas suas, ad-  
det quintam partem earum. Omnium  
decimarum bovis, & ovi & capræ, quæ  
sub pastoris virga transeunt, quidquid  
decimum venerit, sanctificabitur Do-  
mino. Non eligitur nec bonum, nec  
malum, nec altero commutabitur.

*Num. 18.* Filiis autem levi dedi omnes decimas  
*21.* Israëlis in possessionem, pro ministerio,  
quo serviunt mihi, in tabernaculo fæ-  
deris.

Solis filiis Levi mihi in tabernaculo  
servientibus, & portantibus peccata po- Num. 18.  
23.  
puli. Legitimum sempiternum erit in  
generationibus vestris. Nihil aliud pos-  
siderebunt, decimarum oblatione conten-  
ti, quas in usus eorum, & necessaria sepa-  
ravimus.

Decimam partem separabis de cun- Deut. 14.  
22.  
ctis fructibus tuis, qui nascuntur in ter-  
ra per annos singulos.

Anno tertio separabis aliam decimam  
ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tem-  
pore: & repones intra januas tuas. Ve-  
niétq; Levites, qui aliam non habet  
partem, nec possessionem tecum, & pe-  
regrinus ac pupillus, & vidua, qui intra  
portas tuas sunt, & comedent & satura-  
buntur.

Er primitias ciborum nostrorum, &  
libaminum nostrorum, & poma omnis  
ligni, vindemiæ quóq; & solei, afferemus  
sacerdotibus ad gazophylacium Dei no-  
stri, & decimam partem terræ nostræ  
Levitæ, ipsi Levitæ decimas accipient  
ex omnibus civitatibus operum nostro-  
rum &c.

Dixit ergo Joseph ad populos: En- Gen. 47.  
23.  
ut cernitis, & vos & tertam vestram  
Pharao possidet: accipite semina, & se-  
rite agros, ut fruges habere possitis.  
Quintam partem regidabitis: quatuor  
reli-

reliquas permitto vobis in sementem,  
& in cibum familiis & liberis vestris &c.

*Gen. 47.* Ex eo tempore usq; in præsentem di-  
em, in universa terra Ægypti, regibus  
quiata pars solvitur. &c.

*Ex. Paral.* Præcepit etiam populo habitantium  
*Ex. 4.* Jerusalem, ut darent partes sacerdoti-  
bus, & Levitis, ut possint vacare legi Do-  
mini. Quod cùm percrebruisset in aur-  
ribus multitudinis, plurimas obtulere  
primitias filii Israël frumenti, vini, &  
olei, mellis quóq; : & omnium, quæ  
gignit humus, decimas obtulerunt.

*Hebr. 7.5.* Et quidem de filiis Levi sacerdotiorum  
accipientes, mandatum habent decimas  
sumere à populo secundum legē, id est,  
à fratribus suis.

### Dedicatio templi, vel altaris.

*Num. 7.* **I**gitur obtulerunt duces in dedicatio-  
nem altaris, die qua unctum est, o-  
blationem suam ante altare. Dixitq;  
Dominus ad Moysen: singuli duces per  
singulos dies offerant munera in dedi-  
cationem altaris.

*84.* Hæc in dedicatione altaris oblata  
sunt à principibus Israël, in die, qua  
consecratum est.

*88.* Hæc oblata sunt in dedicatione alta-  
ris, quando unctum est.

*3. Reg. 8.* Mactayítq; Salomon hostias pacifi-  
cas,

cas, quas immolavit Dño, boum viginti  
duo millia, & oviū centū viginti millia:  
& dedicaverunt templum Dñi rex & filii  
Israël. In die illa sanctificavit rex medi-  
um atrii, quod erat ante Domū Domini.

Fecitq; die octavo collectā, eò, quòd  
dedicāssest altare septem diebus, & sole-  
mnitatem celebrāssest diebus septem.

2. Paral.

7. 9.

Fecerunt autē filii Israël, sacerdotes,  
& Levitæ, & reliqui filiorum transmi-  
grationis, dedicationem Domū Dei in  
gaudio. Et obtulerunt in dedicatio-  
nem Domū Dei, vitulos centum, arie-  
tes ducentos. &c.

1. Esdr. 6.

16.

In dedicatione autem muri Jerusa-  
lem requisiérunt Levitas de omnibus  
locis suis, ut adducerent eos in Jerusa-  
lem, & facerent dedicationem, & læti-  
tiam in actione gratiarum, & cantico,  
& in cymbalis, psalteriis, & citharis.

2. Esdras.

12. 27.

Et obtulerunt in dedicationem tem-  
plo Domini, tauros centum, arietes du-  
centos. &c.

3. Esdr. 7.

7.

Et fecerunt dedicationem altaris die-  
bus octo, & obtulerunt holocausta cum  
lætitia, & sacrificium salutaris & laudis.  
Et ornaverunt faciem templi coronis  
aureis, & scutulis: & dedicaverunt  
portas, & pastophoria, & imposuerunt  
eis januas.

1. Mach.

4. 56.

Et statuit Judas, & fratres ejus, & u-  
niver-

59.

niverfa ecclesia Israël , ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis, ab anno in annum, per dies octo, à quinta & vigesima die mensis Casleu, cum lætitia & gaudio.

- a. Mach.* Similiter & Salomon octo diebus celebravit dedicationem.

*Delatio, seu accusatio falsa.*

- Ps. 63. 4.* Protexisti me à conventu malignum, à multitudine operantium iniquitatem: quia excuerunt ut gladium lingvas suas: intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum, & non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam. Narraverunt, ut abscondent laqueos: dixerunt: quis videbit nos?

- Prov. 30.* Ne accuses servum ad Dominum suum, ne forte maledicat tibi, & corruas.

- Levit. 19.* Non eris criminator, nec susurro in populo.

- Prov. 11.* Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis est animi, celat amici commissum.

- 20. 19.* Ei, qui revelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.

- Jerem. 9.* Unusquisq; se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fidu-

fiduciam : quia omnis frater supplantabit , & omnis amicus fraudulenter incedet .

Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem , & super montes comederunt in te , scelus operati sunt in medio tui .

Ezechiel.  
22. 9.

Si steterit testis mendax contra hominem , accusans eum prævaricationis , stabunt ambo , quorum causa est , ante Dominum in conspectu sacerdotum , & judicium qui fuerint in diebus illis .

Deut.19.  
16.

Insuper & accusavit me servum tuum Reg.19. ad te Dominum meum regem . 27.

Susurro coinquinabit animam suam , Eccli. 21. & in omnibus odietur : & qui cum eo 31. manserit odiosus erit .

Verba susurronis quasi simplicia , & Prov. 26. ipsa perveniunt ad intima ventris . 22.

Et interrogabant eum , dicentes : si licet sabbathis curare ? ut accusaret eum . Matt.12. 10.

Et cum accusaretur à principibus sacerdotiū , & senioribus , nihil respondit . 27. 12.

Non respondes quidquam ? vide in Marc.15. quantis te accusant . vide Detractione . 4.

### Derisor.

Qui deridetur ab amico suo sicut e-Job.12.4. go , invocabit Deum , & exaudiet eum : deridetur enim justi simplicitas .

Quia abominatio Domini est omnis Prov. 3. illusor . M Ipse 22.

- Prov. 3.** Ipse deludet illusores, & mansuetis  
**34.** dabit gratiam.

**Sap. 5. 1.** Tunc stabunt justi in magna constan-  
 tia adversus eos, qui se angustiaverunt,  
 & qui abstulerunt labores eorum. Vi-  
 dentes turbabuntur timore horribili;  
 & mirabuntur in subitatione insperatæ  
 salutis, dicentes intra se, pœnitentiam  
 agentes, & præ angustia spiritus gemen-  
 tes. Hi sunt quos habuimus aliquar-  
 do in derisum, & in similitudinem ini-  
 properii. Nos insensati vitam illorum  
 estimabamus insaniam, & finem illo-  
 rum sine honore: ecce quomodo com-  
 putati sunt inter filios Dei, & inter san-  
 ctos fors illorum est.

- Eceli. 7.** Non irrideas hominem in amari-  
**12.** tine animæ, est enim qui humiliat, &  
 exaltat, circunspector Deus.

**Prov. 19.** Parata sunt derisoribus judicia: &  
**29.** mallei percutientes stultorum corporibus.

**22. 10.** Ejice derisorem, & exibit cum eo jur-  
 gium, cessabuntque causæ, & contumelias.

**Ij. 33. 4.** Væ qui prædaris, nonne & ipse præ-  
 daberis? & qui spernis, nonne & ipse  
 spernēris? cum consumaveris depræ-  
 dationem deprædaberis: cum fatiga-  
 tus desieris contemnere, contemnēris.

### Desiderium.

- 3. Reg. 10.** ET universa terra desiderabat vul-  
**24.** tum

tum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus.

Quis dñe ut veniat petitio mea : & Job. 6. 8.  
quod expecto, tribuat mihi DEus ?

Domine, ante te omne desiderium Ps.37.10.  
meum : & gemitus meus à te non est  
abfconditus.

Quemadmodum desiderat cervus ad 41. R  
fontem aquarum : ita desiderat anima  
mea ad te DEus. Sitivit anima mea ad  
Deum fontem vivum.

Sitivit in te anima mea, quām multi- 62. 2.  
pliciter tibi caro mea.

Nomen tuum , & memoriale tuum in Isai.26.8.  
desiderio animæ.

Ego autem veni ut indicarem tibi, Dan. 9.  
quia vir desideriorum es. 23.

Noli timere vir desideriorū : pax tibi. 10. 19.

Qui autem scrutatur corda, scit quid Rom. 8.  
desideret spiritus. 27.

Coarctor autem ē duobus : deside- Phil.1.23.  
rium habens dissolvi , & esse cum Chri-  
sto, multò magis melius :

Ego sitiensi dabo de fonte aquæ vi- Apoc.21.  
tæ, gratis. 6.

### Desperatio.

**A**N ignoras , quòd periculosa sit de- 2.Reg. 2.  
speratio. 26.

Desperavi, nequaquā ultrà jam vivā : Job.7.16.  
Parce mihi nihil enim sunt dies mei.

- Jobi. 19.* Destruxit me undiq; & pereo, & qua-  
 10. si eyulsæ arbore abstulit spem meam.  
 17. 16. In profundissimum infernum descend-  
     ent omnia mea : putásne taltem ibi  
     erit requies mihi.
- Jer. 15. 18.* Quare factus est dolor meus perpetu-  
     us, & plaga mea desperabilis renuit cu-  
     rari?
- Mich. 1. 8.* Super hoc plangam, & ululabo : &c.  
     quia desperata est plaga ejus:
- Gen. 4. 13.* Dixítq; Cain ad Dominum : major  
     est iniqüitas mea , quām ut veniam me-  
     rebar. Ecce ejicis me hodie à facie ter-  
     ræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus  
     & profugus in terra : omnis igitur qui  
     invenerit me, occidet me.
- Jerem. 2.* Et dixisti : desperavi , nequaquam  
 25. faciam: adamavi quippe alienos, & post  
     eos ambulabo.
18. 12. Qui dixerunt : Desperavimus : post  
     cogitationes enim nostras ibimus, & u-  
     nusquisq; pravitatem cordis sui mali  
     faciemus.
- Eph. 4. 19.* Qui desperantes semetipſos tradi-  
     derunt impudicitiae , in operationem  
     immunditiae omnis, in avaritiam.
- Ezech. 33.* Tu ergo fili hominis dic ad domum  
 10. Israël : sic locuti estis, dicentes : iniqui-  
     tates nostræ, & peccata nostra super nos  
     sunt, & in ipsis nos tabescimus : quomo-  
     do ergo vivere poterimus.

## Detractio.

**D**ilis non detrahes, & principi populi *Exod. 22.*  
tui non maledices. *28.*

Non maledices surdo, nec coram cœ- *Levit. 19.*  
co pones offendiculum: sed timebis *14.*  
Dominum DEum tuum, quia ego sum  
Dominus.

Quare ergo non timuisti detrahere *Num. 12.*  
servo meo Moysi? Iratusq; contra eos, *9.*  
abiiit: Nubes quoq; recessit, quæ erat su-  
per tabernaculum.

Maledictus qui clam percusserit pro- *Deut. 27.*  
ximum suum. *24.*

Stulti quoq; despiciebant me, & cùm *Job. 19.*  
ab eis recessissem, detrahebant mihi. *18.*

Sepulchrum patens est guttura eorum: *Ps. 13. 3.*  
linguis suis dolosè agebant, venenum  
aspidum sub labiis eorum.

Detrahentem secreto proximo suo, *100. 5.*  
hunc persequebar.

Acuerunt lingvas suas sicut serpen- *139. 4.*  
tis: venenū aspidum sub labiis eorum.

In cogitatione tua regi ne detrahas, *Eccles. 10.*  
& in secreto cubiculi tui ne maledixe- *20.*  
ris diyiti.

Si mordeat serpens in silentio, nihil *21.*  
eo minus habet qui occulte detrahit.

Cùm defecerint ligna, extingvetur *Prov. 26.*  
ignis: & susurrone subtracto, jurgia *20.*  
conquiescent.

*Job. 6. 25.* Quare detraxisti sermonibus veritatis, cùm è vobis nullus sit qui possit arguere me?

*Prov. 24.* Abominatio hominum detractor.

*9.* Qui detrahit alicui rei, ipse te in futurum obligat.

*4. 24.* Remove à te os pravum, & detrahentia labia sint procul à te.

*24. 21.* Cum detractoribus non commiscearis: quoniam repente consurget perditio eorum, & ruinam utriusq, quis novit.

*Pf. 56. 5.* Filii hominū dentes eorum arma, & sagittæ: & lingua eorū gladius acutus.

*62. 12.* Obstructum est os loquentiū iniqua.

*119. 2.* Domine libera animam meam à laetiis iniquis, & à lingua dolosa.

*Ecli. 28.* Susurro & bilingvis maledictus: multos enim turbabit pacē habentes. Lingua tertia multos commovit, & dispersit illos de gente in gentem.

*Pf. 37. 21.* Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar honestatem.

*63. 4.* Quia exacuerunt ut gladium lingvas suas: intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum, & non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam.

Non appelleris susurro, & lingvâ tuâ Eccli. 5.  
ne capiaris, & confundaris. 16.

Custodite ergo vos à murmuratione,  
quæ nihil prodest, & à detractione par- Sap. 1.11.  
cite lingvæ: quoniam sermo obscurus  
in vacuum non ibit: os autem quod  
mentitur occidit animam.

Beati estis cùm maledixerint vobis, & Matt. 5.  
persecuti vos fuerint; & dixerint omne- 11.  
malum adversum vos.

Bonus homo de bono thesauro cor- Luca. 6.  
dis sui profert bonum: & malus homo 45.  
de malo thesauro profert malum.

Plenos invidiâ, homicidio, conten- Rom. 2.  
tione, dolo, malignitate, susurrones, 22.  
detractores, Deo odibiles &c. quoniam  
qui talia agunt, digni sunt morte.

Timeo enim, ne fortè cùm venero;  
non quales volo, inveniam vos: & ego 2.Cor. 13.  
inveniar à vobis, qualem non vultis: ne 20.  
fortè contentiones, æmulationes, ani-  
mositates, dissensiones, detractiones,  
susurrations, inflationes, seditiones  
sint inter vos.

Quòdsi invicem mordetis, & come- Gal. 5.15.  
ditis: videte ne ab invicem cosumamini.

Conversationē vestram inter gentes 1.Petri 2.  
habentes bonam: ut in eo, quod detre- 22.  
stant de vobis tamquam de malefacto-

ribus, ex bonis operibus vos confide-  
rantes, glorificant Deum in die visita-  
tionis.

*Jacobi 4.* Nolite detrahere alterutrum fratres.  
*11.* Qui detrahit fratri, aut qui judicat fra-  
trem suum, detrahit legi, & judicat legē.

### D E U S Omnipotens.

*Gen. 17.1.* Ego DEus omnipotens: ambula co-  
ram me, & esto perfectus.

*18. 14.* Nunquid DEo quidquam est difficile?

*43. 14.* DEus autem meus omnipotens fac-  
iat vobis eum placabilem: & remittat  
vobiscum fratrem vestrum quem tenet,  
& hunc Benjamin.

*Num. 11.* Et ait Moyses: sexcenta millia pedi-  
tum hujus populi sunt, & tu dicis: da-  
bo eis esum carnium mense integro &c.  
Cui respondit Dominus: nunquid ma-  
nus Domini invalida est? jam nunc vi-  
debis utrum meus sermo opere com-  
pleatur.

*31.* Ventus autem egrediens à Domino  
arreptans trans mare coturnices detu-  
lit, & demisit in castra itinere quantum  
uno die confici potest, ex omni parte ca-  
strorum per circuitum, volabāntq; in  
aëre duabus cubitis altitudine super  
terram.

*1. Reg. 14.* Non est Domino difficile salvare, vel  
*68.* in multis, vel in paucis.

Eccle

Ecce non est abbreviata manus Domini ut salvare nequeat, neque aggravata est auris ejus, ut non exaudiatur.

Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce Jer. 32. tu fecisti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extenso: non erit tibi difficile omne verbum.

Apud homines hoc impossibile est: Matt. 19. apud Deum autem omnia possibilia sunt. 26.

Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt, Marc. 14. transfer calicem hunc à me. 36.

### *D E U S omnia regit, & gubernat.*

**N**olite pavere, neque vobis durum est Gen. 45. se videatur, quod vendidistis me s. in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptū.

Nolite timere: num Dei possimus resistere voluntati? vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in praesentiarium cernitis, & salvos facheret multos populos.

Non enim est aliud Deus, quam tu, Sap. 12. cui cura est de omnibus. 13.

Noli timere dare eam isti, quoniam huic timenti Deum debetur conjux filia Tobiæ 7. tua: propterea aliis non potuit habere illam.

Qui comovet terram de loco suo, & Job. 9. 6. columnæ ejus concutiuntur: qui præcipit

cipit soli, & non oritur : & stellas claudit quasi sub signaculo : qui extendit cœlos solus, & graditur super fluctus maris &c.

*Job 9.10.* Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.

*12.14.* Si destruxerit, nemo est qui ædificet : si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ; si continuerit aquas, omnia siccabuntur : & si emiserit eas, subvertet terram. Apud ipsum est fortitudo, & sapientia : ipse novit & decipientem, & eum, qui decipitur, &c.

*Ez. 126.1.* Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.

*Prov. 18.* Cor hominis disponit viam suam : sed Domini est dirigere gressus ejus.

*A. Domino diriguntur gressus viri : 20.24.* quis autem hominum intelligere potest viam suam?

Sicut divisiones aquarum, ita cor re-  
*21. 1.* gis in manu Domini : quocunq; voluerit, inclinabit illud.

*30.* Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

*If. 45. 7.* Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum : ego Dominus faciens omnia hæc.

Scio Dominem quia non est hominis *Jer. 10.*  
via ejus: nec viri est ut ambulet, & di- *23.*  
rigat gressus suos.

Et ipse mutat tempora, & ætates: *Dan. 2.*  
transfert regna, atq; constituit: dat sa- *21.*  
pientiam sapientibus, & scientiam in-  
telligentibus disciplinam.

Scito quoniam Dominus ipse est DE- *Ps. 99. 3.*  
us: ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Scit enim Pater vester, quia his omni-  
bus indigetis. Quærite ergo primum *Matth. 6.*  
regnum Dei, & justitiam ejus: & hæco- *33.*  
mnia adjiciantur vobis.

Miserebor cuius misereor: & miseri- *Rom. 9.*  
cordiam praestabo cuius miserebor. Igi- *15.*  
tur non volentis, neq; currentis, sed  
miserentis est Dei.

Non quod sufficientes simus cogitare *2. Cor. 3.*  
aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed suf- *5.*  
cientia nostra ex Deo est.

DEus est enim, qui operatur in vobis, *Philip. 2.*  
& velle, & perficere pro bona voluntate. *13.*

### D E U S e s t u n u s .

Dixit DEus ad Moysen: Ego Sum *Exod. 3.*  
Qui Sum. Ait: sic dices filiis Isra- *14.*  
el: Qui Est, misit me ad vos.

Ut scires quoniam Dominus ipse est *Deut. 4.*  
DEus, & non est alius præter eum. *35.*

Audi Israël, Dominus DEus noster, *6. 4.*  
Dominus unus est.

Quia

**Deut. 10.** Quia Dominus DEus vester, ipse est  
**17.** DEus Deorum, & Dominus Dominantium, DEus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera.

**32. 39.** Videte quod ego sim solus, & non sit  
 alius Deus præter me: ego occidam,  
 & ego vivere faciam: percutiam, & ego  
 sanabo, & non est qui de manu mea  
 possit eruere.

**If. 43. 10.** Vos testes mei, dicit Dominus, & ser-  
 vus meus, quem elegi: ut sciatis, & cre-  
 datis mihi, & intelligatis, quia ego ipse  
 sum. Ante me non est formatus DEus,  
 & post me non erit. Ego sum, ego sum  
 Dominus, & non est absq; me salvator.

Hæc dicit Dominus rex Israël, & re-  
**44. 6.** redemptor ejus. Dominus exercituum:  
 Ego primus, & ego novissimus, & absq;  
 me non est DEus. Quis similis mei  
 vocet, & annunciet: & ordinem expo-  
 nat mihi, ex quo constitui populum an-  
 tiquum: ventura, & quæ futura sunt an-  
 nuncient eis.

Hæc dicit Dominus redemptor tuus,  
**24.** & formator tuus ex utero: Ego sum  
 Dominus, faciens omnia, extendens  
 cœlos solus, stabiliens terram, & nullus  
 mecum.

**46. 9.** Recordamini prioris sæculi, quoniam  
 ego sum Deus, & non est ultra Deus,  
 nec est similis mei.

JEsus

JESUS autem respondit ei : quia pri-  
mum omnium mandatū est : Audi Isra-  
el, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Marc. 12.  
29.

Nobis tamen unus Deus , Pater , ex 1. Cor. 8.  
quo omnia, & nos in illum : & unus Do-  
minus JESUS Christus, per quem omnia,  
& nos per ipsum.

Unus Deus , & Pater omnium, qui est Eph. 4.6.  
super omnes, & per omnia , & in omni-  
bus nobis.

Unus enim Deus , unus & mediator 1. Tim. 2.  
Dei & hominum, homo Christus JESUS. 5.

*Deus est Trinus in Personis.*  
FACIAMUS hominem ad imaginem, & Gen. 1.26.  
similitudinem nostram.

Cumq, elevasset oculos, apparuerunt  
ei tres viri stantes prope eum : quos  
cum vidisset, cucurrit in occursum eo-  
rum de ostio tabernaculi, & adoravit in  
terram. Et dixit : Domine, si inveni  
gratiam in oculis tuis, ne transeas ser-  
vum tuum.

Ego sum Deus patris tui, Deus Abra- Exod. 3.  
ham, Deus Isaac, & Deus Jacob. 6.

Benedicat nos Deus, Deus noster, be- Ps. 66. 8.  
nedicat nos Deus.

Et clamabant alter ad alterum ; & Isai. 6. 3.  
dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus, Do-  
minus Deus exercituū, plena est omnis  
terra gloriā ejus.

*I. 34. 26.* Unum ex eis non defuit, alter alterū non quæsivit: quia quod ex ore meo procedit, ille mandavit, & spiritus ejus ipse congregavit ea.

*48. 16.* Ex tempore antequam fieret, ibi eram: & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus ejus.

*Matth. 3.* Baptizatus autem Iesus, confessim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli: & vidit spiritum Dei descendenter sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

*50. 20.* Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucidae obumbravit eos: Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

*28. 19.* Euates ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

*Lucas 4.* Et ut revolvit librum, invenit locum, ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, &c.

*Joann. 3.* Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus

us Spiritum. Pater diligit Filium: & o-  
mnia dedit in manu ejus. Qui credit in  
filium, habet vitam æternam, qui autē  
incredulus est Filio, non videbit vitam,  
sed ira Dei manet super eum.

Et ego rogabo Patrem, & alium Pa-  
raclitum dabit vobis, ut maneat vobi-  
scum in æternum, Spiritum veritatis, Joan. 14.  
16.  
quem mundus non potest accipere, quia  
non videt eum, nec scit eum: vos autē  
cognoscetis eum; quia apud vos man-  
abit, & in vobis erit. Non relinquam  
vos orphanos: veniam ad vos.

Paracitus autē Spiritus S. quem mit-  
tet Pater in nomine meo, ille vos doce-  
bit omnia, & suggesteret vobis omnia,  
quæcunq; dixerim vobis.

Cum autem venerit Paracitus, quem  
ego mittam vobis à Patre, spiritum ve-  
ritatis, qui à Patre procedit, ille testi-  
monium perhibebit de me: & vos testi-  
monium perhibebitis, quia ab initio me-  
cum estis.

Quoniam tres sunt, qui testimonium 1. Joan. 5.  
7.  
dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spi-  
ritus S. & hi tres unum sunt.

*DEUS est misericors omnibus.*

Ego ostendam omne bonum tibi, & Exod. 33.  
19:  
vocabo in nomine Domini coram  
te: & miserebor cui voluero, & clemens  
ero in quem mihi placuerit, Ego

- Deut. 5.** Ego enim sum Dominus Deus tuus  
**10.** &c. Et faciens misericordiam in multa  
 millia diligentibus me, & custodienti-  
 bus præcepta mea.
- Ps. 32. 5.** Misericordiâ Domini plena est terra.  
**85. 15.** Et tu Domine Deus miserator, & mi-  
 sericors, patiens, & multæ misericordiæ  
**144. 8.** Miserator & misericors Dominus : pa-  
 tiens, & multum misericors.
- 32. 22.** Fiat misericordia tua Domine super  
 nos : quemadmodum speravimus in te.
- 102. 13.** Quomodo miseretur pater filiorum,  
 misertus est Dominus timentibus se :  
 quoniam ipse cognovit figmentum no-  
 strum.
- Sap. 15. 1.** Tu autem Deus noster, suavis & ve-  
 rus es, patiens, & in misericordia dispo-  
 nens omnia. Etenim si peccaverimus,  
 tui sumus, scientes magnitudinem tu-  
 am : & si non peccaverimus, scimus,  
 quoniam apud te sumus computati.
- Ecclesiastes 18.** Miseratio hominis circa proximum  
**12.** suum : misericordia autem Dei super o-  
 mnem carnem.
- 2. Par. 30.** Pius enim & clemens est Dominus  
**9.** Deus vester, & non avertet faciem suam  
 à vobis, si reversi fueritis ad eum.
- 19.** Dominus bonus propitiabitur cun-  
 ctis, qui in toto corde requirunt Domi-  
 num Deum Patrum suorum.
- Sap. 4. 15:** Quoniam gratia Dei, & misericordia  
 est in

est in Sanctos ejus, & respectus in ele-  
ctos illius.

Speciosa misericordia Dei, in tempo-  
re tribulationis, quasi nubes pluviae in *Eccli. 35.*  
tempore siccitatis. 26.

Miserationum Domini recordabor. *Is. 63. 7.*

Et nunc Domine, pater noster es tu, 64. 8.  
nos verò lutum: & factio noster tu, &  
opera manuum tuarum omnes nos.

Quam magna misericordia Domini, & *Eccli. 17.*  
propitiatio illius, convertentibus ad se. 28.

Ad punctum in modico dereliqui te, *Isa. 54.7.*  
& in misererationibus magnis congrega-  
bo te. In momento indignationis ab-  
scondi faciem meam parumper à te, & in  
misericordia sempiterna misertus sum  
tui: Dixit Redemptor tuus Dominus.

Sic non est voluntas ante Patrem ve- *Matt. 18.*  
strum, qui in cœlis est, ut pereat unus 14.  
de pusillis istis.

Filius hominis non venit animas per- *Lucæ 9.*  
dere, sed salvare.

Scio enim quia tu Deus clemens, & mi- *Jonæ 4.2.*  
sericors es, patiens, & multæ miseratio-  
nis, & ignoscens super malitia.

Deus autem, qui dives est in miseri-  
cordia, propter nimiam charitatem su- *Eph. 2.4.*  
am, quam dilexit nos, & cum essemus  
mortui peccatis, convivificavit nos in  
Christo, (cujus gratia estis salvati) &  
conresuscitavit. *Vide bonitas Dei.*

*D E U S J u d e x j u s t u s .*

*Gen. 18.* **A**bsit à te, ut rem hanc facias, & occides justum cum impio, siatq; justus sicut impius, non est hoc tuum: qui judicas omnem terram, ne quaquam facies judicium hoc.

*Exod. 20.* Ego sum Dominus Deus tuus fortis, 5. zelotes, visitans iniquitatem patrum illorum filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his, qui diliguunt me, & custodiunt præcepta mea.

*Deut. 32.* Videte quod ego sim solus, & non sit aliis Deus præter me: ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

*1. Reg. 16.* Et dixit Dominus ad Samuelem: Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem statuarum ejus: quoniam abjeci eum, nec juxta intuitum hominum ego judico. Homo enim videt ea, quæ parent: Dominus autem intuetur cor.

*Tob. 3. 2.* Justus es Domine, & omnia iudicia tua justa sunt, & omnes viæ tuæ, misericordia, & veritas, & iudicium.

*Job. 9. 28.* Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.

*41. 8.* Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces?

Lor

Longior terra mensura ejus; & latior mari. Si subverterit, quis contradicet ei.

Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab omnipotente ini-  
quitas. Opus enim hominis reddet ei,  
& iuxta vias singulorum restituet eis.  
Verè enim Deus non condemnabit fru-  
stra, nec omnipotens subvertet judiciū.

Magnus es Domine in æternum, & in  
omnia sæcula regnum tuum: quoniam  
tu flagellas, & salvas: deducis ad infe-  
rios, & reducis: & non est qui effugiat  
manum tuam.

Oculi enim ejus super vias hominum,  
& omnes gressus eorū considerat. Non  
sunt tenebræ, non est umbra mortis, ut  
abscondantur ibi, qui operantur iniqui-  
tatem.

Judica me Domine secundūm justiti-  
am meam, & secundūm iñocentiam me-  
am super mē.

Exaltare qui judicas terram: redde  
retributionem superbis.

Judicabit orbem terræ in æquitate, &  
populos in veritate sua.

Et Dominus non elongabit, sed judi-  
cabit justos, & faciet judicium: & for-  
tissimus non habebit in illis patientiam,  
ut contribulet dorsum ipsorum.

Ego Dominus scrutans cor, & pro-  
bans renes; qui do unicuiq, juxta viam  
Ier. 17.

suam, & juxta fructum adinventionum suarum.

- Matt. 16.* Filius enim hominis venturus est in  
*27.* gloria Patris sui cum Angelis suis: &  
 tunc reddet unicuiq; secundùm opera  
 ejus.

*Rom. 2.2.* Scimus enim quoniam judicium Dei  
 est secundùm veritatem in eos, qui talia  
 agunt.

- Qui reddet unicuiq; secundùm ope-*  
*6.* *ra ejus: iis quidem, qui secundùm pati-*  
*entiam boni operis, gloriam, & hono-*  
*rem, & incorruptionem quærunt, vi-*  
*tam æternam: iis autem, qui sunt ex*  
*contentione, & qui non acquiescunt*  
*veritati, credunt autem iniuitati, ira,*  
*& indignatio.*

- Jacobi. 4.* Unus est legislator, & judex, qui po-
- 12.* test perdere, & liberare. *Vide Extremum*  
*judicium.*

### Diaconi.

- Act. 6.3.* **C**onsiderate ergo fratres, viros e-  
 vobis boni testimonii plenos Spiritu  
 tu S. & sapientiâ, quos constituamus iu-  
 per hoc opus. Nos verò orationi,  
 ministerio verbi instantes erimus. E-  
 placuit sermo coram omni multitudine.  
 Et elegerunt Stephanum. &c.

- 21. 8.* Aliâ autem die profecti, venimus Cæ-  
 saream. Et intrantes domum Philipp-  
 evan-

Evangelistæ, qui erat unus de septē &c.

Paulus & Timotheus, servi JESU Christi, omnibus sanctis in Christo JESU, qui sunt Philippis, cum Episcopis, & Diaconibus.

Diaconos similiter, &c. habentes mysterium fidei in conscientia pura.

8.

### *Dilectio Dei, quā diligit suos.*

**S**ed quia dilexit vos Dominus & custodivit juramentum, quod juravit Patribus vestris: eduxitq; vos in manu forti, & redemit de domo servitutis.

Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abjiciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vósque eritis populus meus.

Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.

Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilant ad me, invenient me. Me cum sunt divitiae, & gloria, opes superbae, & justitia. Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & gemina mea argento electo. In viis iustitiae ambulo, in medio semitarum iudicii, ut ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam.

Phil. 1. 1.

Deut. 7. 8.

Levit. 26.

11.

Deut. 4.

7.

Prov. 8.

17.

*Jerem. 31.* Longè Dominus apparuit mihi. Et in  
3. charitate perpetua dilexi te; ideo at-  
traxi te miserans.

*Joann. 3.* Sic enim Deus dilexit mundum, ut  
16. filium suum unigenitum daret.

*40. 10.* Ego veni, ut vitam habeant, & abun-  
dantiūs habeant. Ego sum pastor bo-  
nus. Bonus pastor animam suam dat  
pro ovibus suis.

*13. 1.* Ante diem festum Paschæ, sciens JE-  
sus, quia venit hora ejus, ut transeat ex  
hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset  
suos, qui erant in mundo, in finem di-  
lexit eos.

*35. 9.* Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi  
vos. Manete in dilectione mea. Si præ-  
cepta mea servaveritis, manebitis in di-  
lectione mea, sicut & ego Patris mei  
præcepta servavi, & maneo in ejus dilec-  
tione.

*16. 27.* Ipse enim Pater amat vos, quia vos  
me amastis, & credidistis, quia ego à  
Deo exivi.

*Rom. 5.8.* Commendat autem charitatem suam  
Deus in nobis: quoniam cùm adhuc  
peccatores essemus, secundum tempus.  
Christus pro nobis mortuus est: multò  
igitur magis nunc justificati in sanguine  
ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.

*Eph. 5.1.* Estote ergo immitatores Dei, sicut  
filii charissimi: & ambulate in dilectio-  
ne,

ne, sicut & Christus dilexit nos , & tradi-  
dit semetipsum pro nobis oblationē,  
& hostiam Deo in odorem svavitatis.

### *DEUS diligendus.*

**E**go sum Dominus Deus tuus fortis,  
zelotes, visitans iniquitatem patrū Exod.20.  
in filios in tertiam & quartam genera- 5.  
tionem eorum, qui oderunt me : & faci-  
ens misericordiam in millia his , qui di-  
ligunt me, & custodiunt præcepta mea.

Diliges Dominum Deum tuum ex to-  
to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex Deut.6.5.  
tota fortitudine tua.

Et nunc Israël quid Dominus Deus  
petit à te, nisi ut timeas Dominum De- 10. 12.  
um tuum, & ambules in viis ejus , & di-  
ligas eum, ac servias Domino Deo tuo  
in toto corde tuo, & in tota anima tua ;  
custodiásq; mandata Domini.

Ama itaq; Dominum Deum tuum, &  
observa præcepta ejus , & cæremonias,  
iudicia, atq; mandata , omni tempore.

Si enim custodieritis mandata , quæ  
ego præcipio vobis , & feceritis ea , ut  
diligatis Dominum Deum vestrum , &  
ambuletis in omnibus viis ejus , adhæ-  
rentes ei , disperdet Dominus omnes  
gentes istas, ante faciem vestram , & pos-  
sideribitis eas, quæ majores , & fortiores  
vobis sunt.

11. 1.

22.

- Deut. 30.* Circumcidet Dominus Deus tuus cor  
6. tuum, & cor seminis tui : ut diligas Do-  
minum Deum tuum in toto corde tuo ;  
& in tota anima tua, ut possis vivere.
- Jos. 23. 11.* Hoc tantum diligentissime præcave-  
te, ut diligatis Dominum Deum vestrum.
- Eccli. 7.* In omni virtute tua dilige eum qui te  
23. fecit : & ministros ejus ne derelinquas.
- 34. 19.* Oculi Domini super timentes eum,  
protector potentiae, firmamentum vir-  
tutis, tegimen ardoris, & umbraculum  
meridiani, deprecatio offendionis, &  
adjutorium casus, exaltans animam, &  
illuminans oculos, datus sanitatem, &  
vitam, & benedictionem.
- Psal. 17. 1.* Diligam te Domine fortitudo mea.  
*30. 24.* Diligit Dominum omnes sancti ejus.  
*5. 13.* Et gloriabuntur in te omnes, qui di-  
ligunt nomen tuum, quoniam tu bene-  
dices justo.
- 144. 20.* Custodit Dominus omnes diligentes se.  
Qui amat Patrem aut matrem plus,  
*Matt. 10.* quam me, non est me dignus : & qui a-  
37. mat filium aut filiam super me, non est  
me dignus.
- Marc. 12.* Diliges Dominum Deum tuum ex to-  
30. to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex  
tota mente tua, & ex tota virtute tua.  
Hoc est primum mandatum. Secundum  
autem simile est illi: diliges proximum  
tuum tanquam te ipsum. Majus horum  
aliud mandatum non est.
- Pro-

Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Lucæ 7.*

Dicit Simoni Petro JESUS: Simon Jo- *Joan. 21.*  
annis diligis me plus his? Dicit ei: et- *15.*  
iam Domine, tu scis quia amo te. Di-  
cit ei: Paice agnos meos, &c.

Scimus autem quoniam diligentibus *Rom. 8.*  
Deum omnia cooperantur in bonum, *28.*  
iis, qui secundum propositum vocati  
sunt sancti.

Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an *Rom. 8.*  
fames? an nuditas? an periculum? an *35.*  
persecutio? an gladius? (sicut scriptum est: quia propter te mortificamur totâ die: æstinati sumus sicut oves occisionis) sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos &c.

Vide *Cultus Dei: vel Charitas in Deum:*

### Dilectio Proximi.

Omne animal diligit simile sibi: sic *Eccli. 13.*  
& omnis homo proximum sibi. *19.*

Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos *Joan. 13.*  
diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. *34.*

Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, &c. *15. 12.*

*Rom. 13.* Nemini quidquam debeatis, nisi ut  
8. invicem diligatis: qui enim diligit pro-  
ximum, legem implevit.

*1. Joann.* Qui diligit fratrem suum, in lumine  
2. 10. manet, & scandalum in eo non est. Qui  
autem odit fratrem suum, in tenebris  
est, & in tenebris ambulat, & nescit  
quo eat.

*3. 14.* Nos scimus quoniam translati sumus  
de morte ad vitam, quoniam diligimus  
fratres. Qui non diligit manet in mor-  
te: omnis, qui odit fratrem suum, ho-  
mida est.

*16.* Quoniam ille animam suam pro no-  
bis posuit: & nos debemus pro fratri-  
bus animas ponere.

*4. 7.* Charissimi, diligamus nos invicem:  
quia charitas ex Deo est. Et omnis qui  
diligit, ex Deo natus est, & cognoscit  
Deum.

*21.* Et hoc mandatum habemus à Deo:  
ut qui diligit Deum, diligat & fratrem  
suum.

*Gal. 6. 2.* Alter alterius onera portate, & sic  
adimplebitis legem Christi.

*Ecoli. 7.* Non te pigeat visitare infirmum: ex  
39. his enim in dilectione firmaberis.

*Matt. 7.* Omnia ergo, quæcunq; vultis ut fa-  
ciant vobis homines, & vos facite illis.

*12.* Hæc est enim lex, & Prophetæ. Vida  
Charitas.

*Disciplina.*

**D**isciplinam Domini, fili mi, ne abji- *Prov. 3.*  
cias: ne deficias, cùm ab illo cor- *11.*  
tiperis: quem enim diligit Dominus,  
corripit, & quasi pater in filio compla-  
cet sibi.

Via vitæ, custodienti disciplinam:  
qui autē increpationes relinquit, errat. *10. 17.*

Egestas, & ignomina ei, qui deserit  
disciplinam: qui autem acquiescit ar-  
guenti, glorificabitur. *13. 18.*

Qui diligit disciplinam, diligit scien-  
tiā: qui autem odit increpationes,  
insipiens est. *12. 1.*

Sapientiam enim, & disciplinam qui *Sap. 3.11.*  
abjicit, infelix est, & vacua est spes il-  
lorum.

Appropiate ad me indocti, & congre- *Eccli. 51.*  
gate vos in domum disciplinæ. *31.*

Frustra perçussi filios vestros, discipli- *Jerem. 2.*  
nam non receperunt. *30.*

Percussisti eos, & non doluerunt: at-  
trivisti eos, & renuerunt accipere disci-  
plinam. *5. 3.*

Hæc est gens, quæ non audivit vocem  
Domini Dei sui, nec recepit disciplinā. *7. 28.*

Væ provocatrix, & redempta civitas, *Soph. 3.1.*  
columba. Non audivit vocem, & non  
suscepit disciplinam.

Fili mi, noli negligere disciplinā Do- *Hebr. 12.*  
mini: *5.*

mini: neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseverate. Tanquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filii estis.

*Apoc. 3.* Ego quos amo, arguo; & castigo.

*19.*

### *Discipuli Christi.*

*Matt. 10.* Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus.

*24.*

*Lucæ 6.* Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus.

*14. 26.* Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest esse meus discipulus.

*33.* Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

*Joann. 8.* Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

*15. 20.* Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est servus major Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos per-

persequentur. Si sermonem meum ser-  
vaverunt, & vestrum servabunt.

Ego pro eis rogo : non pro mundo *Joan. 17.*  
rogo , sed pro his , quos dedisti mihi : *9.*  
quia tui sunt.

Pater sancte , serva eos in nomine *11.*  
tuo , quos dedisti mihi : ut sint unum ,  
sicut & nos.

Mundus eos odio habuit , quia non *14.*  
sunt de mundo , sicut & ego non sum de  
mundo. Non rogo ut tollas eos de  
mundo , sed ut serves eos à malo.

Sicut tu me misisti in mundum , & ego *18.*  
misi eos in mundum. Et pro eis ego  
sanctifico me ipsum : ut sint & ipsi san-  
ctificati in veritate.

Non pro eis autem rogo tantum , sed *20.*  
& pro eis , qui credituri sunt per verbum  
eorum in me .

### Discordia.

**S**Ex sunt , quæ odit Dominus , & septi-  
mum detestatur anima ejus : oculos *Prov. 6.*  
sublimes , lingvam mendacem , manus *16.*  
effudentes innoxium sanguinem , cor  
machinans cogitationes pessimas , pe-  
des veloces ad currendum in malum ,  
proferentem mendacia testem fallacem ,  
& eum , qui seminat inter fratres di-  
scordias.

Odium suscitat rixas : & universa de-*10. 12.*  
licta operit charitas. *Vir*

- Prov. 15.* Vir iracundus provocat rixas : qui  
18. patiens est, mitigat suscitatas.
- 16. 28.* Homo perversus suscitat lites : &  
verbosus separat principes.
- 17. 11.* Semper jurgia quærit malus : ange-  
lus autem crudelis mittetur contra cum-
- 18. 6.* Labia stulti miscent se rixis : & os e-  
jus jurgia provocat.
- 30. 33.* Qui provocat iras, producit discor-  
dias.
- Eccli. 4.* Noli esse sicut Leo in domo tua, e-  
35. vertens domesticos tuos, & opprimens  
subjectos tibi.
- 8. 1.* Non litiges cum homine potente, ne  
fortè incidas in manus illius.
- Jer. 15. 10.* Væ mihi mater mea ; quare genuisti  
me, virum rixæ, virum discordiæ in uni-  
versa terra ? non fæneravi, nec fænera-  
vit mihi quisquam : omnes maledicunt  
mihi.
- Matt. 12.* Omne regnum divisum contra se, de-  
25. solabitur : & omnis civitas, vel domus  
divisa contra se, non stabit.
- 18. 7.* Væ Mundo à scandalis. Necesse est  
enim ut veniant scandalæ : verumtamen  
væ homini illi, per quæ scandalum venit.
- 1. Cor. 14.* Non enim est dissensionis Deus, sed  
33. pacis.
- 2. Tim. 2.* Stultas autem, & sine disciplina quæ-  
23. stiones devita : sciens quia generant  
lites.

Quod-

Quòd si invicem mordetis, & comedetis: videte, ne ab invicē consumamini. Gal. 5.15.

### *Divinationum Prohibitio.*

**N**on augurabimini, nec observabitis somnia. Levit. 19. 26.

Non declinabitis ad magos, nec ab artiolis aliquid sciscitemini, ut polluamenti per eos. 31.

Non est augurium in Jacob, nec divinitatio in Israël. Num. 23. 23.

Si surrexerit in medio tui prophetes, Deut. 13. aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atq; portentum, & evenierit, quod locutus est, &c. non audies verba prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester. 1.

Gentes istæ, quarum possidebitis terram, augures, & divinos audiunt: tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es. 28. 14.

Serviéruntq; Baal, & consecraverunt filios suos, & filias suas, per ignem: & divinationibus inserviebāt, & auguriis. 4. Reg. 17. 17.

Divini viderunt mendacium, & somniatores locuti sunt frustra: vanè consolabantur: idcirco adducti sunt quasi grex: affligentur, quia non est eis pastor. Zach. 10. 2.

Divinatio erroris, & auguria mendacia, & somnia malefacentium, vanitas est. Eccli. 34. 5.

Et

*Iff. 8. 19.* Et cùm dixerint ad vos : quærite à pythonibus, & à divinis, qui strident in incantationibus suis : Numquid non populus à Deo suo requiret, pro vivis & mortuis? Ad legem magis, & ad testimonium.

*Jer. 27. 9.* Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & divinos, & somniatores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: non servietis regi Babylonis. Quia mendacium prophetant vobis: ut longè vos faciant de terra vestra; & ejiciant vos, & pereatis.

*29. 8.* Non vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrum, & divini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis. Quia falso ipso prophetant vobis in nomine meo: & non misi eos, dicit Dominus.

*Ezech. 12. 24.* Non enim erit ultrà omnis visio cassa, neque divinatio ambigua in medio filiorum Israël.

### Divinatorum Punitio.

*Lev. 20. 6.* Animæ, quæ declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui.

*27.* Vir, sive mulier, in quibus pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos.

Quando ingressus fueris terrā, quam *Deut. 19.*  
*g.*  
 Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne  
 imitari velis abominationes illarum  
 gentium, nec inveniatur in te qui lustret  
 filium suū, aut filiam, ducens per ignem:  
 aut qui ariolos sciscitetur, & observet  
 somnia, atq; auguria, nec sit maleficus,  
 nec incantator, nec qui pythones con-  
 sultat, nec divinos, aut quærat à mortu-  
 is veritatem. Omnia enim hæc abomi-  
 natur Dominus, & propter istiusmodi  
 scelera delebit eos in introitu tuo.

Interrogabunt simulacra sua, & di-  
 vinos suos, & pythones, & ariolos. Et *Isai. 19.3.*  
 trādam Ægyptum in manu Dominorum  
 crudelium, & rex fortis dominabitur  
 eorum, ait Dominus Deus exercituum.

Irrita faciens signa divinorum, & a-  
 rios in furorem vertens. *44. 25.*

Gladius ad divinos ejus, qui stulti e- *Jer. 50.*  
 runt. *36.*

Vident vana, & divinant mendaciū, *Ezech. 13.*  
*6.*  
 dicentes: ait Dominus: cùm Dominus  
 non misit eos: & perseveraverunt cōfir-  
 mare sermonem. Nunquid non visio-  
 nem castam vidistis, & divinationem  
 mendacem locuti estis? & dicitis, ait  
 Dominus; cùm ego non sim locutus.  
 Propterea hæc dicit Dominus Deus:  
 Quia locuti estis vana, & vici distis men-  
 dacium: ideo ecce ego ad vos, dicit

Dominus Deus : Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & divinant mendacium.

*Mich. 3. 6.* Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro divinatione.

*5. 11.* Et perdam civitatem terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & divinationes non erunt in te.

### Divitiarum vanitas.

*Job. 1. 21.* Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc : Dominus dedit, Dominus abstulit : sicut Domino placuit, ita factum est : sit nomen Domini benedictum.

*27. 16.* Si comportaverit quasi terram argentum, & sicut lutum præparaverit vestimenta : præparabit quidem, sed justus vestietur illis : & argentum innocens dividet.

*Pf. 38. 7.* Thesaurizat : & ignorat, cui congregabit ea.

*48. 12.* Et relinquunt alienis divitiæ suas ; & sepulchra eorum domus illorum in æternum.

*18.* Quoniam cùm interierit, non sumet omnia : neq; descendet cum eo gloria ejus.

*51. 9.* Ecce homo ; qui non posuit Deū adjutorem suum : sed speravit in multitudine

dine divitiarum suarum : & prævaluere  
in vanitate sua.

Dormierunt somnum suum : & nihil *Ps. 75. 6.*  
invenerunt omnes viri divitiarum in  
manibus suis.

Nil proderunt thesauri impietatis. *Prov. 10. 2.*

Non proderunt divitiæ in die ultio-  
nis. *11. 4.*

Melius est parum cum timore Domi-  
ni, quam thesauri magni, & insatiabiles. *15. 16.*

Qui calumniatur pauperem, ut au-  
geat divitias suas ; dabit ipse ditioni, &  
egebit. *22. 16.*

Sapiens sibi videtur vir dives : pauper  
autem prudens scrutabitur eum. *28. 11.*

Qui autem odit avaritiam ; longi fi-  
ent dies ejus. *16.*

Avatus non implebitur pecuniâ : & *Eccles. 5.*  
qui amat divitias, fructum non capiet ex  
eis : & hoc ergo vanitas. Ubi multæ  
sunt opes, multi & qui comedunt eas.  
Et quid prodest possessori, nisi quod cer-  
nit divitias oculis suis ? Dulcis est so-  
mnus operanti, sive parum, sive multum  
comedat : saturitas autem divitis non  
sinit eum dormire.

Est & alia infirmitas pessima, quam vi-  
di sub sole : divitiæ conservatæ in ma-  
lum Domini sui. Pereunt enim in affli-  
ctione pessima : generavit filium, qui  
in summa egestate erit. Sicut egressus

est nudus de utero matris suæ, sic revertetur, & nihil auferet secum de labore suo.

**Ecli. 31.** Beatus dives, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris.

**Eccles. 6.** Vir cui dedit Deus divitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ, ex omnibus quæ desiderat: nec tribuet ei potestatem Deus, ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & miseria magna est.

**12. 8.** Vanitas vanitatum, dixit Ecclesia, & omnia vanitas.

**Sap. 5. 8.** Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?

**9.** Transiverunt omnia illa tamquam umbra, & tamquam nuncius percurrentes, & tanquam navis, quæ pertransit fluctuantem aquam: cujus cùm præterierit non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus.

**Isai. 2. 7.** Repleta est terra argento & auro: & non est finis thesaurorum ejus.

**Jer. 17. 11.** Perdix fovit quæ non peperit: fecit divitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in novissimo suo erit insipiens.

**Bar. 3. 16.** Ubi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram; qui in avibus cœli ludunt, qui

qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant & solliciti sunt, nec est inventio operum illorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alii loco eorum surrexerunt.

Argentum eorum foras projicietur, *Ezech. 7.*  
& aurum eorum in sterquilinium erit. *19.*  
Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia scandalum iniquitatis eorum factum est.

Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ *Soph. 1.* *18.*  
Domini.

Noli attendere ad possessiones ini- *Eccli. 5.1.*  
quas, & ne dixeris: Est mihi sufficiens  
Vita: nihil enim proderit in tempore  
vindictæ & obductionis.

Noli anxius esse in divitiis injustis: *10.*  
non enim proderunt tibi in die obdu-  
ctionis, & vindictæ.

Nihil est iniquius, quam amare pecu-  
niā: hic enim & animam suam vena-  
lem habet. *10. 10.*

Laboravit dives in congregacione  
substantiæ, & in requie sua replebitur  
bonis suis. Laboravit pauper in dimi-  
nutione yictus, & in fine inops fit. Qui  
*O 3. au-*

aurum diligit, non justificabitur: & qui insequitur consumptiōnē, replebitur ex ea.

**Matt. 6.** Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi ærugo & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo: ubi neq; ærugo, neq; tinea demolitur; & ubi fures non effodiunt, nec furantur; ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

**Luc. 12.** Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comedē, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parâsti, cujus erunt.

**15.** Videte, & cavete ab omni avaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita ejus est, ex his quæ possidet.

**Luce. 6.** Verumtamen vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.

**24.** Homo quidam erat dives, qui in duebatur purpurā, & byfso: & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, &c. factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis, in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.

**2. Tim. 6.** Nam qui volunt divites fieri incidunt in

in tentationem , & in laqueum diaboli,  
 & desideria multa inutilia , & nociva ,  
 quæ mergunt homines in interitum , &  
 perditionem .

Divitibus hujus sæculi præcipe non  
 sublime sapere ; neq; sperare in incerto  
 divitiarum , sed in Deo vivo : qui præ-  
 stat nobis omnia &c.

Et iterum dico vobis : facilius est ca-  
 melum per foramen acūs transire, quām  
 divitem intrare in regnum cœlorum.

Sint mores finē avaritia , contenti  
 præsentibus : ipse enim dixit : Non te  
 deseram, neq; derelinquam &c.

*Divites quo pacto se debeant erga  
 pauperes gerere.*

SI attenuatus fuerit frater tuus, & in-  
 firmus manu, & suscepferis eum qua-  
 si advenam & peregrinum, & vixerit te-  
 cum, ne accipias usuras ab eo , non am-  
 plius, quām dedisti. Time Deum tuum,  
 ut vivere possit frater tuus apud te.

Si unus de fratribus tuis , qui moran-  
 tur intra portas civitatis tuæ , in terra,  
 quam Dominus Deus tuus daturus est ti-  
 bi, ad paupertatem venerit : non obdū-  
 rabis cor tuum, nec contrahes manum,  
 sed aperies eam pauperi, & dabis mutu-  
 um, quo eum indigere perspexeris.

Sed dabis ei : nec ages quippiam cal-

lidiè in ejus necessitatibus sublevandis :  
ut benedicat tibi Dominus Deus tuus  
in omni tempore, & in cunctis ad quæ  
manum miseris.

*Job. 31. 16.* Si negavi, quod volebant, pauperi-  
bus, & oculos viduæ expectare feci. Si  
comedi buccellam meam solus, & non  
comedit pupillus ex ea : ( Quia ab in-  
fantia mea crevit mecum miseratio : & de  
utero matris meæ egressa est mecum. ) &c.

*22.* Humerus meus à junctura sua cadat,  
& brachium meum cum suis ossibus con-  
fringatur.

*Prov. 14.* Qui calumniatur egentem, exprobrat  
*31.* factori ejus : honorat autem eum, qui  
miseretur pauperis.

*17. 5.* Qui despicit pauperem, exprobrat  
factori ejus.

*19. 17.* Fœneratur Domino qui miseretur  
pauperis, & vicissitudinē suam reddet ei.

*21. 17.* Qui obturat aurem suam ad clamo-  
rem pauperis, & ipse clamabit, & non  
exaudietur.

*22. 7.* Dives pauperibus imperat : & qui ac-  
cipit mutuum, servus est fœnerantis.

*28. 27.* Qui dat pauperi, non indigebit ; qui  
despicit deprecantem, sustinebit penu-  
riam.

*20. 8.* Mendicitatem, & divitias ne dederis  
mihi : tribue tantum victui meo neces-  
saria : ne forte satiatus illiciar ad negan-  
dum,

dum, & dicam : quis est Dominus ? aut egestate compulsus furer, & perjurem nomen Dei mei.

Fili , eleemosynam pauperis ne de- *Ecli. 4.1.*  
fraudes, & oculos tuos ne transvertas à  
paupere. Animam esurientem ne de-  
spexeris : & non exasperes pauperem  
in inopia sua. Cor inopis ne affixeris,  
& ne protrahas datum angustianti. Ro-  
gationem contribulati ne abjicias : &  
non avertas faciem tuam ab egeno. Ab  
inope ne avertas oculos tuos propter  
iram : & non relinquas quærentibus ti-  
bi retro maledicere : maledicentis e-  
nim tibi in amaritudine animæ , exau-  
dietur deprecatio illius : exaudiet au-  
tem eum, qui fecit illum. Congrega-  
tioni pauperum affabilem te facito &c.

Propter mandatum assume pauperē :  
& propter inopiam ejus ne dimittas e-  
um vacuum. Perde pecuniam propter  
fratrem, & amicum tuum : & non ab-  
scondas illam sub lapide in perditionē.

Nolite thesaurizare vobis thesauros. *Matt. 6.*  
in terra &c. Thesaurizate autem vobis.  
thesauros in cœlo : ubi neque ærugo,  
neq; tinea demolitur, & ubi fures non  
effodiunt, nec furantur. *20.*

Ait illi Jesus : si vis perfectus esse, va-  
de, vende quæ habes, & da pauperibus,  
& habebis thesaurum in cœlo. *19. 21.*

*Act. 2. 45.* Habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

*4. 34.* Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebatur autem singulis prout cuique opus erat.

*Divitiarum usus bonus in congregando.*

*Prov. 10.* Benedictio Domini divites facit, nec  
22. sociabitur eis afflictio.  
*16. 8.* Melius est parum cum justitia, quam  
multi fructus cum iniquitate.  
*23. 4.* Noli laborare ut diteris: sed prudenter  
tuæ pone modum. Ne erigas ocu-  
los tuos ad opes, quas non potes habe-  
re: quia facient sibi pennas quasi aquila-  
& volabunt in cœlum.

*Ecclesiastes. 13.* Bona est substantia, cui non est pec-  
catum in conscientia.  
30.

*1. Tim. 6.* Nam qui volunt divites fieri, inci-  
dunt in tentationem, & in laqueum dia-  
boli, & desideria multa inutilia, & no-  
civa, quæ mergunt homines in interi-  
tum, & perditionem. Radix enim omniū  
malorum est cupiditas. *Vide iustus.*

*In conservando.*

**D**ivitiæ si affluant, nolite cor appo- Ps. 61. 21.  
nere.

Hoc itaq; visum est mihi bonum, ut Eccles. 5.  
17.  
comedat quis, & bibat, & fruatur lœti-  
tia ex labore suo, quo laboravit ipse sub  
sole numero dierum vitæ suæ, quos de-  
dit ei Deus.

Et omni homini cui dedit Deus divi- Eccles. 5.  
18.  
tias, atq; substantiam, potestatemq; ei  
tribuit, ut comedat ex eis, & fruatur  
parte suâ, & lœtetur de labore suo: hoc  
est donum Dei.

Nonne melius est comedere, & bibe- 2. 24.  
re, & ostendere animæ suæ bona de la-  
boribus suis? & hoc de manu Dei est.

Nihil est iniquius, quam amare pecu- Ecclesi. 10.  
10.  
niam: hic enim & animam suam vena-  
lem habet: quoniam in vita sua proje-  
cit intima sua.

Fili si habes, benefac tecum, & Deo 14. 12.  
dignas oblationes offer.

Memento paupertatis in tempore a- 18. 25.  
bundantiæ, & necessitatum paupertatis  
in die divitarum. A manè usq; ad ve-  
speram immutabitur tempus, & hæc o-  
mnia citata in oculis Dei.

Beatus dives, qui inventus est sine 35. 8.  
macula: & qui post aurum non abiit,  
nec speravit in pecunia, & thesauris.  
Quis est hic, & laudabimus eum? Ho-

*Prov. 3.9.* Honora Dominum de tua substantia,  
& de primitiis omnium frugum tuarum  
da ei: & implebuntur horrea tua saturi-  
tate, & vino torcularia tua redundab-  
unt. *Vide Eleemosyna.*

### *Divitiarum abusus in congregando.*

*Amos. 8.4.* **A**udite hoc qui conteritis pauperem,  
& deficere facitis egenos terræ di-  
centes: Quando transibit mensis, & ve-  
nundabimus merces; & sabbatum, &  
periemus frumentum: ut imminuamus  
mensuram, & augeamus sicutum, & sup-  
ponamus stateras dolosas, ut posside-  
mus in argento egenos, & pauperes pro-  
calceamentis, & quisquiliis frumenti  
vendamus? Juravit Dominus in super-  
biam Jacob: si oblitus fuero usq; ad fi-  
nem omnia opera eorum: Numquid su-  
per isto non commovebitur terra, & lu-  
gebit omnis habitator ejus.

*Prov. 10.20.* Nil proderunt thesauri impietatis.

*12.27.* Non inveniet fraudulentus lucrum.

*28. 10.* Qui decipit justos in via mala, in in-  
terioru suo corruet: & simplices posside-  
bunt bona ejus.

*Ecli. 5.1.* Noli attendere ad possessiones ini-  
quas, & ne dixeris: est mihi sufficiens  
vita: nihil enim proderit in tempore  
vindictæ & obductionis.

*8. 3.* Multos enim perdidit aurum, & ar-  
gentum. Qui

Qui acervat ex animo suo injustè, a- *Eccli. 14.*  
 liis congregat, & in bonis illius luxuria- 4.  
 bitur.

Substantiæ injustorum sicut fluvius 40. 13.  
 siccabuntur, & sicut tonitruum magnum  
 in pluvia personabunt.

Hæreditas, ad quam festinatur in prin- *Prov. 20,*  
 cipio, in novissimo benedictione carebit. 21.

Ne attingas parvolorum terminos: 23. 10.  
 & agrum pupillorum ne introeas.

Adhuc ignis in domo impii thesauri *Mich. 6.*  
 iniquitatis & mensura minor iræ plena. 10.

Numquid justificabo stateram impi-  
 am, & facelli pondera dolosa? in qui-  
 bus divites ejus repleti sunt iniquitate,  
 & habitantes in ea loquebantur menda-  
 cium, & lingua eorum fraudulenta in o-  
 te eorum.

Tu seminabis, & non metes; tu cal-  
 cabis olivam, & non ungēris oleo; &  
 mustum, & non bibes vinum. 15.

Væ ei qui multiplicat non sua? us- *Habac. 2,*  
 quequò & aggravat contra se densum 6.  
 lutum?

Abundant tabernacula prædonum, *Job. 12.6.*  
 & audacter provocant Deum, cùm ipse  
 dederit omnia in manus eorum.

Nolite sperare in iniquitate, & rapi- *Ps. 61.11.*  
 nas nolite concupiscere. *vide Injustitia.*

*In conservandis abusus.*

**D**ives cùm dormierit, nihil secum au- *Job. 27.*  
 feret: 19.

feret: aperiet oculos suos & nihil invent\_.

*Ps. 48. 17.* Ne timueris cum dives factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domini ejus. Quoniam cum interierit non sumet omnia.

*51. 9.* Ecce homo; qui non posuit Deum adjutorem suum: sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua.

*Prov. 11.* Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.

*Eccles. 5.* Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: divitiæ conservatæ in malum Domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima: generavit filium, qui in summa egestate erit.

*12.* Miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic revertetur: Quid ergo prodest ei quod laboravit inventum\_.

*Eccles. 6. 1.* Est & aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines: Vir cui dedit Deus divitias, & substantiam & honorem, & nihil deest animæ suæ, ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus, ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit ilud. Hoc vanitas & miseria magna est.

*Ecceli. 11.* Est qui locupletatur parcè agendo, & hac

hæc est pars mercedis illius in eo quod dicit : inveni requiem mihi , & inunc manducabo de bonis meis solus : & necit quod tempus præteriet , & mors appropinquet , & relinquat omnia aliis , & morietur .

Viro cupido & tenaci sine ratione est *Eceli.* 14.  
Substantia , & homini livido ad quid au-  
rum ? 3.

Qui sibi nequam est cui alii bonus es-  
tit ? & non jucundabitur in bonis suis . 3.

Seminâstis multum , & intulistis pa- *Aggai* 1.  
rum : comedistis , & non estis satiati : 6.  
bibistis , & non estis inebriati : operui-  
stis vos & non estis calefacti : & qui mer-  
cedes congregavit misit eas in saccu-  
lum pertusum .

Hominis cujusdam divitis uberes fru-  
ctus ager attulit , & cogitabat intra se *Luce* 12.  
dicens : Quid faciam , quia non habeo , 16.  
quò congregem fructus meos . Et di-  
xit : Hoc faciā : Destruam horrea mea ,  
& majora faciam : & illuc congregabo  
omnia , quæ nata sunt mihi & bona mea ,  
& dicam animæ meæ : Anima habes  
multa bona posita in annos plurimos  
requiesce , comede , bibe , epulare .

Dixit autē illi Deus : stulte hac nocte  
animā tuam repetunt à te : quæ autem  
parâsti , cujus erunt ? Sic est qui sibi the-  
saurizat , & non est in Deum dives . 20.

Agite

Jac. 5. 1.

Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quæ advenient vobis. Divitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum, & argentum vestrum æruginavit: & ærugo eorum in testimoniūm vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizâstis vobis iram in novissimis diebus.

Prov. 14. *Divitiarum utilitas temporalis.*

20. Amici verò divitum multi.

28. 11. Substantia divitis urbs roboris ejus, &amp; quasi murus validus circumdans eum.

Eccl. 7. Utilior est sapientia cum divitiis, &amp; magis prodest videntibus solem. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia.

20. 19. In risum faciunt panem &amp; vinum, ut epulentur viventes: &amp; pecuniæ obediunt omnia.

Eccli. 13. Dives commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cùm cecidit, expelletur &amp; à notis. Diviti deceptio multi recuperatores: locutus est superba, &amp; justificaverunt illum. Humilis deceptus est, insuper &amp; arguitur: locutus est sensatè, &amp; non est datus ei locus. Dives locutus est, &amp; omnes tacuerunt, &amp; verbum illius usq; ad nubes perducunt. Pauper locutus est, &amp; dicunt:

Quis

**Quis est hic?** & si offenderit, subver-  
tent illum.

Laboravit dives in congregatione *Eccli. 31.*  
substantiæ, & in requie sua replebitur 3.  
bonis suis.

Aurum & argentum est constitutio 40. 25.  
pedum: & super utrumq; consilium be-  
neplacitum.

*Divitiæ quæ mala inferant?*

**U**Squequò parvuli diligitis infantiā, *Prov. 1.*  
& stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cu- 22.  
pient. *Eccli. 3.*

Qui confidit in divitiis suis, corruct. 11. 28.

Considerans reperi & aliam vanita- *Eccles. 4.*  
tem sub sole: unus est, & secundum non  
habet, non filium, non fratrem, & tamē  
laborare non cessat, nec satiantur oculi  
ejus divitiis; nec recogitat, dicens: Cui  
laboro, & fraudo animam meam bonis?  
in hoc quoq; vanitas est, & afflictio pes-  
sima.

Dulcis est somnus operanti, sive pa-  
rum sive multum comedat: saturitas  
autem divitis non sinit eum dormire. 5. 11.

Qui amat divitiias, fructum non capi-  
et ex eis: & hoc ergo vanitas. 9.

Multos enim perdidit aurum & ar- *Eccli. 8.3.*  
gentum, & usq; ad cor regum extendit,  
& conveitit.

Fili ne in multis sint actus tui: & si 11. 10.  
dives fueris, non eris imunis à delicto.

- Ecli. 27.* Propter inopiam multi deliquerunt;  
 1. & qui quærit locupletari, avertit oculum suum.
- 30. 14.* Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quam dives imbecillis, & flagellatus malitia.
- 31. 5.* Qui aurum diligit, non justificabitur.
- Jerem. 5.* Sicut decipula plena avibus, sic dominus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt & ditati. Incrassati sunt, & impingvati: & præterierunt sermones meos pessimè.
- 15. 13.* Divitias tuas, & thesauros tuos in di-  
reptionem dabo gratis.
- Ubi sunt, qui argentum thesaurizant,  
*Baruch.* & aurum, in quo confidunt homines, &
- 3. 18.* non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant, & solicii sunt, nec est inventio operum illorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alii locò illorum surrexerunt.
- Nemo potest duobus Dominis servi-
- Matth. 6.* re: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ.
- 21.* Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.
- 18. 22.* Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & solicitude saeculi istius, & fallacia divitiarum, suffocat verbū, & sine fructu efficitur. A.

Amen dico vobis, quia dives difficile *Matt. 19.*  
intrabit in regnum cœlorum. Et iterum *24.*  
dico vobis; facilius est camelum per fo-  
ramen acūs transire, quam divitem in-  
trare in Regnum cœlorum.

Auditis autem his, discipuli miraban-  
tur valde, dicentes: quis ergo poterit  
salvus esse? aspiciens autem JESUS, dixit  
illis: apud homines hoc impossibile est:  
apud Deum autem omnia possibilia sunt. *25.*

Quia dicas: quod dives sum, & locu-  
pletatus, & nullius egeo: & nescis, quia  
tu es miser, & miserabilis, & pauper, &  
cœcus, & nudus. *Apoc. 3.*  
*17.*

*Doctrinæ bonæ modus, & fructus ex parte  
docentis.*

Sed & imperitos docete liberè. *1. Esdr. 7.*  
*25.*  
Doctrina viri per patientiam nosci-  
tur: & gloria ejus est iniqua prætergredi. *Prov. 19.*

In auribus insipientium ne loquaris:  
quia despiciunt doctrinam eloquii tui. *11.*  
*23. 9.*

Verba sapientium audiuntur in silen-  
tio, plusquam clamor principis inter  
stultos. *Eccles. 9.*  
*17.*

Verba sapientium sicut stimuli, & qua-  
si clavi in altum defixi, quæ per magi-  
strorum consilium data sunt à pastore uno. *12. 11.*

In lingua enim sapientia dignoscitur:  
& sensus, & scientia, & doctrina in ver-  
bo sensati, & firmamentum in operibus  
justitiae. *Ecli. 4.*  
*29.*

- Ecli. 6.* Si inclinaveris aurē tuā, excipies doctrinā: & si dilexeris audire, sapiens eris.
- 34.* In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorū ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire, & proverbia laudis non effugiant à te. Et si videris sensatum, evigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus.
- 35. 12.* Beatus, qui enarrat justitiam auri audiens.
- 37. 22.* Vir peritus multos eruditivit, & animæ suæ syavis est.
- 18.* Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quām septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.
- Job. 6.24.* *Fructus ex parte audientis.*
- D**Ocete me, & ego tacebo: & si quid forte ignoravi, instruite me.
- Prov. 8.* Doctrinam magis, quām aurum diligite.
- 10.* Doce justum, & festinabit accipere.
- 9. 10.* Principium sapientiæ, timor Domini.
- 15. 14.* Cor sapientis quærit doctrinam: & os stultorum pascitur imperitiâ.
- 19. 27.* Non cesses fili audire doctrinam, nec ignores sermones scientiæ.
- 22. 17.* Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam. Quæ pulchra erit tibi, cùm servaveris eam in ventre tuo, & redundabit

dabit in labiis tuis: ut sit in Domino fiducia tua.

Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in *Prov. 22.*  
*cogitationibus & scientia: ut ostende-* 20.  
*rem tibi firmitatē, & eloquia veritatis,*  
*respondere ex his illis, qui miserunt te.*

Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, 23. 12.  
& aures tuæ ad verba scientiæ.

Non te prætereat narratio seniorum: *Eccli. 8.*  
*ipſi enim didicerunt à patribus suis:* 11.  
*quoniam ab ipſis disces intellectum, &*  
*in tempore necessitatis dare responsum.*

Audiens sapiens, sapientior erit: & *Prov. 1.5.*  
intelligens, gubernacula possidebit.

Fons vitæ eruditio possidentis: do- 16. 22.  
ctrina stultorum, fatuitas.

Cor prudens possidebit scientiam: & 18. 15.  
auris sapientium quærerit doctrinam.

Comede, fili mi, mel, quia bonum est, 24. 13.  
& favum dulcissimum gutturi tuo, sic &  
doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam  
cùm inveneris, habebis in novissimis  
spem, & spes tua non peribit.

Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor 27. 11.  
meum, ut possis exprobranti responde-  
re sermonem.

Fili à juventute tua excipe doctri- Eccli. 6.  
nam, & usq; ad canos invenies sapienti- 18.  
ain. Quasi is, qui arat, & seminat, ac-  
cede ad eam, & sustine bonos fructus il-  
lius.

**Rom. 15.** Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.

*Contemptus Doctrinæ.*

**Prov. 7. 1.** Sapientiam, atq; doctrinam stulti despiciunt.

**14. 6.** Quærerit derisor sapientiam, & non inventum: doctrina prudentium facilis.

**17. 16.** Qui evitat discere, incidet in mala.

**18. 2.** Non recipit stultus verba prudentiæ: nisi ea dixeris, quæ versantur in corde ejus.

**Ecclesi. 6.** Quàm aspera est nimirum sapientia in doctis hominibus, & non permanebit in illa excors.

**21. 14.** Non eruditetur, qui non est sapiens in bono. Est autem sapientia, quæ abundantur in malo: & non est fensus, ubi est amaritudo.

**27.** Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. Verbum sapiens quocunq; audierit sciens, laudabit, & ad se adjicet: audivit luxuriosus, & displicebit illi, & projicet illud post dorsum suum.

Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Qui narrat verbum non

**22. 7.** audienti quasi qui excitat dormientem de grayi somno. Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam.

**23. 20.** Homo astutus in verbis improperii, in omnibus diebus suis non eruditetur.

Noli-

Nolite dare sanctum canibus , neq; *Mat. 7.6.*  
mittatis margaritas vestras ante porcos.

*Doctrina Apostolorum.*

**Q**ui vos audit , me audit : & qui vos *Luca 10.*  
spernit , me spernit. Qui autem *36.*  
me spernit , spernit eum , qui misit me.

Rogo autem vos fratres , ut observe-  
tis eos , qui dissensiones , & offendicula , *Rom. 16.*  
præter doctrinam , quam vos didicistis , *17.*  
faciunt ; & declinate ab illis. Hujus-  
cæmodi enim Christo Domino nostro  
non serviunt , sed suo ventri : & per dul-  
ces sermones , & benedictiones , sedu-  
cunt corda innocentium. Vesta enim  
obedientia in omnē locū divulgata est.

Si quis videtur propheta esse , aut Spi-  
ritualis , cognoscat quæ scribo vobis . *1. Cor. 14.*  
quia Domini sunt mandata. *37.*

Deo autem gratias , qui semper tri-  
umphat nos in Christo JESU , & odorem  
justitiæ suæ manifestat per nos in omni  
loco : quia Christi bonus odor sumus.  
Deo , in iis qui salvi sunt , & in iis qui pe-  
reunt : aliis quidem odor mortis in mor-  
tem ; aliis autem odor vitæ in vitam.

Non enim sumus sicut plurimi , adul-  
terantes verbum Dei , sed ex sincerita-  
te , sed sicut ex Deo , coram Deo , in  
Christo loquimur.

Sed licet nos , aut Angelus de cœlo *Gal. 1.8.*

232      DOCTRINÆ.  
evangelizet vobis, præterquam quod evan-  
gelizezavimus vobis, anathema sit.

*Gal. 1. 9.*    Si quis vobis evangelizaverit præter  
id, quod accepistis, anathema sit.

*11.*    Notum enim vobis facio, fratres, e-  
vangelium, quod evangelizatum est à  
me, quia non est secundum hominem:  
neq; enim ego ab homine accepi illud,  
neq; didici, sed per revelationem Iesu  
Christi.

*1. Thes. 2.*    Sed ante passi, & contumeliis affecti  
*2.*    (sicut scitis) in Philippis, fiduciam ha-  
buimus in Deo nostro, loqui ad vos E-  
vangelium Dei in multa sollicitutine.

*3.*    Exhortatio enim nostra, non de er-  
rore, neq; de immunditia, neq; in dolo,  
sed sicut probati sumus à Deo, ut crede-  
retur nobis evangelium: ita loquimur,  
non quasi hominibus placētes, sed Deo,  
qui probat corda nostra. Neq; enim  
aliquando fuimus in sermone adulatio-  
nis, sicut scitis. &c.

*13.*    Ideo & nos gratias agimus Deo sine  
intermissione: quoniam cùm accepisse-  
tis à nobis verbum auditū Dei, accep-  
stis illud, non ut verbum hominum, sed  
(sicut est verè) verbum Dei, qui opera-  
tur in vobis.

*2. Cor. II.*    Timeo autem, ne sicut serpens Hevā  
*3.*    seduxit astutiā suā, ita corrupuntur  
sensus vestri, & excidant à simplicitate  
quæ,

quæ est in Christo. Nam si is, qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus; aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis; aut aliud evangelium, quod non recepistis: recte patremini.

Volo autem vos scire, quòd omnis *1. Cor. 11.*  
viri caput Christus est. *3.*

Cætera autem cùm venero, disponā. *34.*

Unusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. *7. 20.*

*Doctrina falsa.*

PRIÙS vos ostendens fabricatores *Jobi. 13.*  
mendacii, & cultores perversorum *4.*  
dogmatum.

Os fatuorum ebullit stultitiam. *Prov. 15. 2.*

Labia sapientium disseminabunt sci- *7.*  
entiam: cor stultorum dissimile erit.

Doctrina mala deferenti viam vitæ: *10.*  
qui increpationes odit morietur.

Vir, qui erraverit à via doctrinæ, in *21. 16.*  
cœtu gigantum commorabitur.

Nunquid potest cœcus cœcum duce- *Laca 6.*  
re? nonne ambo in foveam cadunt? vi- *39.*  
de Hæresi.

*Dolosus Deum, & proximum offendit.*

SIMULATORES & callidi provocant iram *Job. 36.*  
Dei, neq; clamabunt, cùm vindici- *13.*  
fuerint. Morietur in tempestate ani-  
ma eorum, & vita eorum inter effemi-  
natos.

**Psal. 5. 8.** Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.

**31. 4.** Disperdat Dominus universa labia dolosa, & lingvam magniloquam.

**33. 3.** Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labiis eorum.

**34. 20.** Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur: & in iracundia terraeloquentes, dolos cogitabant.

**Prov. 3.** Abominatio Domini est omnis illusor,

**32.** & cum simplicibus sermocinatio ejus.

Qui quod novit loquitur, index est

**32. 17.** iustitiae: qui autem mentitur, testis est fraudulentus.

**Ecccli. 11.** Non omnem hominem inducas in domum tuam; multæ enim sunt invidiæ dolosi.

Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caveam, & ut caprea in laqueum: sic & cor superborum, & sicut prospector videntis casum proximi sui. Bona enim in mala convertens insidiatur, & in electis imponet maculam. A scintilla una augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis: homo vero peccator sanguini insidiatur.

**35.** Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala: ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum.

**Is. 32. 7.** Fraudulenti yasa pessima sunt: ipse enim

nim cogitationes concinnavit ad per-  
dendos mites in sermone mendaci,  
cùm loqueretur pauper judicium.

A propheta usq; ad Sacerdotem cun- *Jerem. 6.*  
eti faciunt dolum. 13.

*Dolosus seipsum perdit.*

**E**cce parturiit iniquitiam: concepit *Pf. 7. 15.*  
dolorem, & peperit iniquitatem.  
Lacum aperuit, & effodit eum: & inci-  
dit in foveam, quam fecit. Converte-  
tur dolor ejus in caput ejus: & in verti-  
cem ipsius iniquitas ejus descendet.

Viri sanguinum, & dolosi non dimi- *54. 24.*  
diabunt dies suos.

Ipse deludet illusores, & mansuetis *Prov. 3.*  
dabit gratiam.

Non inveniet fraudulentus lucrum. 34.

Vir versutus odiosus est. 12. 27.

Qui in altum mittit lapidem, super  
caput ejus cadet: & plaga dolosa, do-  
losi dividet vulnera. Et qui foveam fo-  
dit, incidit in eam: & qui statuit lapi-  
dem proximo, offendet in eo: & qui la-  
queum alii ponit, peribit in illo.

Sagitta vulnerans lingua eorum, do-  
lum locuta est: in ore suo pacem cum *Jerem. 9.*  
amico suo loquitur, & occulte ponit ei  
insidias. Nunquid super his non visi-  
tabo, dicit Dominus? ait in gente hu-  
jusmodi non ulciscetur anima mea?

Maledictus dolosus. *vide Adulatio. Mal. 1. 14.*  
*Domi-*

*Dominus quærendus.*

**Deut. 4.** Cúmq; quæsieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum: si tamen toto corde quæsieris, & totâ tribulatione animæ tuæ.

**1. Par. 22.** Præbete igitur corda vestra, & animas vestras, ut quæratis Dominum Deum vestrum.

**2. Par. 15.** Si quæsieritis eum, invenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

**1. Par. 28.** Si quæsieris eum, invenies: si autem dereliqueris eum, projicit te in æternū.

**2. Par. 15.** Si quis autem inquit, non quæsierit Dominum Deum Israël, moriatur, à minimo usq; ad maximum, à viro usq; ad mulierem.

**1. Esdr. 8.** Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate: & imperium ejus, & fortitudo ejus, & furor super omnes, qui derelinquunt eum.

**Psal. 77.** Cùm occideret eos, quærebant eum: & revertebantur, & diluculō veniebant ad eum.

**104. 3.** Lætetur cor quærentium Dominum. Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem ejus semper.

**Cant. 3.2.** Surgam, & circuibo civitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.

**Sap. 1. 1.** In simplicitate cordis quærite illum: quoniam invenitur ab his, qui non tentant.

tant illum : apparet autem eis, qui fidem habent in illum.

Quærite Dominum, dum inveniri potest: invocate eum, dum propè est. *Isa. 55. 6.*

Quæsierunt me qui antè non interrogabant, invenerunt, qui non quæsierunt me. *65. 1.*

Quæretis me, & invenietis: cùm quæsieritis me in toto corde vestro. *Jer. 29. 13.*  
Et inveniar à vobis ait Dominus.

Quærite me, & vivetis. Et nolite quærere Bethel. *Amos. 5. 5.*

Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui judicium ejus estis operati: quærite justum, quærite mansuetum: si quomodo abscondamini in die furoris Domini. *Soph. 2. 3.*

Eamus & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum: va. *Zach. 8. 21.*  
dam etiam ego.

Quærite ergo primum regnum Dei, & justitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis. *Matt. 6. 33.*

Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis. *7. 7.*

Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducâstis ex panibus, & saturati estis. *Joann. 6. 26.*

Qui venit ad me, non esuriet. *35.*

Domine, ad quem ibimus? verba viæ æternæ habes. *69.*

- Joan. 7.** Quæretis me, & non invenietis : &  
**36.** ubi sum ego, vos non potestis venire?  
**8. 21.** Ego vado, & quæritis me, & in pe-  
 cato vestro moriemini.

*Dominus imitandus.*

- Exod. 25.** INspice, & fac secundum exemplar,  
**40.** quod tibi in monte monstratum est.

- Deut. 13.** Dominum Deum vestrum sequimini,  
**4.** & ipsum timete, & mandata illius cu-  
 stodite.

- Job. 23.** Vestigia ejus fecutus est pes meus, vi-  
**11.** am ejus custodivi, & nō declinavi ex ea.

- Jer. 17. 16.** Et ego non sum turbatus, te pa-  
 storem sequens.

- Cant. 1. 3.** Trahe me: post te curremus in odo-  
 rem unguentorum tuorum.

- Michæa** Ascendet enim pandens iter ante e-  
**2. 13.** os: divident, & transibunt portam, &  
 ingredientur per eam: & transibit rex  
 eorum coram eis, & Dominus in capite  
 eorum.

- Matt. 4.** Venite post me, & faciam vos fieri  
**19.** pescatores hominum. At illi continuò  
 relictis retibus secuti sunt eum.

- Luca 9.** Dixit quidā ad illum: sequar te quo-  
**57.** cunq; ieris.

- Matt. 8.** JESus autem ait illi: sequere me, &  
**22.** dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

- 23.** Et ascende eo in naviculam, secu-  
 cuti sunt eum discipuli ejus.

- 9. 9.** Et ait illi: sequere me. Et surgens, se-  
 cutus est eum.

*Et*

Et qui non accipit crucem suam, & se- *Matt. 10.*  
quitur me, non est me dignus. *38.*

Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël. *19. 28.*

Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. *Joann. 3.*

Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis. *12. 10. 27.*

Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic minister meus erit. *12. 26.*

Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. *Eph. 5. 1.*

Christus passus est pro nobis, vobis *1. Petri.*  
relinquens exemplum, ut sequamini veritatem ejus. *2. 21.*

Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. *vide abnegatio sui.*

*Domus super Petram adificata, firma manebit.*

*P*ropterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris. &c. *Ps. 45. 3.*

Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, *Matt. 7.*  
qui *24.*

qui ædificavit Domum suam super Petram, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cæcidit: fundata enim erat super petram.

**Matt. 16.** Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &  
**18.** super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.

**Lucæ 6.** Similis est homini ædificanti domum,  
**48.** qui fodit in altum, & posuit fundamen-  
 tum super Petram. Inundatione autem  
 factâ, illisum est flumen domui illi, &  
 non potuit illam movere: fundata e-  
 nim, erat super petram. *vide Ecclesia.*

*Domini & Dominæ erga subditos.*

**Exod. 21.** Si emeris servum Hebræum, sex annis  
**2.** serviet tibi: in septimo egredietur  
 liber gratis.  
**20.** Qui percusserit servum suum, vel an-  
 cillam virgâ, & mortui fuerint in mani-  
 bus ejus, criminis reus erit.

**26.** Si percusserit quispiam oculum servi  
 sui, aut ancillæ, & luscios eos fecerit, di-  
 mittet eos liberos pro oculo quæ eruit.  
 Dentem quoq; si excusserit servo vel an-  
 cillæ suæ, similiter dimittet eos liberos.

**Lev. 19.** Non facies calumniam proximo tuo,  
**13.** nec vi opprimes eum.

**25. 39.** Si paupertate compulsus vendiderit  
 se tibi frater tuus, non eum opprimes

servitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit: usque ad annum jubileum operabitur apud te, & posteā egredietur cū liberis suis, & revertetur ad cognitionem, & ad possessionem patrum suorum, mei enim servi sunt.

Ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum. Servus, & ancilla sint vobis de nationibus, quæ incircitu vestro sunt.

Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimus dies sabbathi est, id est, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quidquā operis tui, & filius tuus, & filia, servus, & ancilla, & bos, & asinus, & omne jumentū tuum, & peregrinus, qui est intra portas tuas: ut requiecat servus tuus, & ancilla tua, sicut & tu.

Cū tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis servierit tibi; in septimo anno dimittes eum liberum: & quem libertate donaveris, nequaquam vacuum abire patieris: sed dabis viaticum de gregibus &c. quibns Dominus Deus tuus benedixit tibi.

Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, sive advenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia

Lev. 25.

43.

Deut. 5.

13.

15. 12.

84. 14.

pauper est, & ex eo sustentat animam suam : ne clamet contra te, ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.

**Job. 31.** Si contempsi subire judicium cum servomeo, & ancilla mea, cum disceptarent adversum me.

**Prov. 29.** Servus verbis non potest erudiri : **19.** quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit.

**21.** Qui delicate à pueritia nutrit servum suum, posteà sentiet eum contumacem.

**Ecli. 7.** Non lædas servum in veritate operantem, neq; mercenarium dantem animam suam. Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neq; inopem derelinquas illum.

**33. 31.** Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua : quasi fratrem sic cum tracta : quoniam in sangvine animæ comparasti illum. Si læseris eum injustè infugam convertetur ; & si extollens discesserit, quem quæras, & in qua via quæras illum, nescis.

**Ephes. 6.5.** Servi obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo : &c.

**9.** Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas : scientes, quia & illorū & vester Dominus est in cœlis : & personarum acceptio non est apud eum.

Do-

Domini, quod justum est, & æquum, Colos. 4.1.  
servis præstate : scientes quòd & vos  
Dominum habetis in Cœlo.

*Domus æternalis.*

**I**N domo Patris mei mansiones multæ *Joan. 14.*  
sunt. 2.

Scimus enim, quoniā si terrestris do- 2. Cor. 5.  
mus nostra hujus habitationis dissolva-  
tur, quòd ædificationem ex Deo habe-  
mus, domum non manu factam, æter-  
nam in cœlis. *vide Gloria beatorum.* 1.

*Domus corporalis.*

**N**isi Dominus ædificaverit domum, *Ps. 126. 1.*  
in vanum laboraverunt, qui ædifi-  
cant eam.

Præpara foris opus tuum, & diligen- Prov. 24.  
ter exerce agrum tuum ; ut postea ædi-  
fices domum tuam. 27.

**Q**ui ædificat domum suam impendiis Eccli. 21.  
alienis, quasi qui colligit lapides suos  
in hyeme. 9.

**V**æ, qui ædificat domum suam in in- Jer. 22.  
justitia, & cænacula sua non in judicio :  
amicum suum, opprimet frustra, & mer-  
cedem ejus non reddet ei. **Q**ui dicit :  
ædificabo mihi domum latam, & cæna-  
cula spatiofa. 13.

**D**omus impiorum delebitur : taber- Prov. 14.  
nacula verò justorum germinabunt. 11.

**C**onturbat domum suam, qui secta- 15. 27.  
tur avaritiam.

- Prov. 17.** Melior est bucella sicca cum gaudio,  
 1. quād domus plena victimis cum jurgio.  
**27. 8.** Sicut avis transmigrans de nido suo,  
 sic vir, qui derelinquit locum suum.
- Ecli. 4.** Noli esse sicut Leo in domo tua, even-  
 35. tens domesticos tuos, & opprimens sub-  
 jectos tibi.
- 29. 28.** Initium vitæ hominis, aqua & panis,  
 & vestimentum, & domus protegens  
 turpitudinem.
- 39.** Melior est vietus pauperis sub tegmi-  
 ne asserum, quād epulæ splendidæ in  
 peregrè sinè domicilio. Minimum pro-  
 magno placeat tibi, & improperium pe-  
 regrinationis non audies. Vita nequā  
 hospitandi de domo in domum: & ubi  
 hospitabitur, non fiducialiter ageret, nec  
 aperiet os. Hospitabitur, & pascet, &  
 portabit ingratos, & ad hæc amara au-  
 diet. Transi hospes, & orna mensam:  
 & quæ in manu habes, ciba cæteros. Exi-  
 à facie honoris amicorum meorum: ne-  
 cessitudine domūs meæ hospitio mihi  
 factus est frater.

*Dona Divina liberaliter à Deo dantur.*

- Job. 1. 21.** **D**ominus dedit, Dominus abstulit:  
 sicut Domino placuit, ità factū est:  
**41. 2.** Quis antè dedit mihi, ut reddam ei?  
**Ecli. 11.** Bona & mala, vita & mors, pauper-  
 tas & honestas à Deo sunt.  
**47.** **D**atio Dei permanet iustis, & profe-  
 etus

Etus illius successus habebit in æternum.

Sicut enim homo peregrè proficiens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem. Matt. 25.  
14.

Abiit autem, qui quinq; talenta accepit, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq;. 15.

Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. 21.

Omnis autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui comendaverunt multum, plus perent ab eo. Lucas 12.  
48.

Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula Rom. 11.  
36.  
Amen.

Quid autem habes, quod non acceperisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? jam saturati estis, jam divites facti estis. 1. Cor. 4.  
7.

Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatē: dedit dona hominibus. Eph. 4.7.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alias vero Evangelistas. &c. 21.

*Jacobi 1.* Nolite itaq; errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omnne donum perfectum, de sursum est; descendens à Patre Luminum.

*Dona humana cautè accipienda.*

*Gen. 14.* **D**ixit autem rex Sodomorum ad Abram: da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui respondit ei: levo manū meam ad Dominū Deum excelsum possessorem cœli & terræ, quod à filo subtegminis usq; ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abram.

*Num. 22.* Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero iñmutare verbū Domini Dei mei, ut vel plus, vel minus loquar.

*3. Reg. 13.* Locutus est autem rex ad virum Dei: veni tecum domum, ut prandeas, & dabo tibi munera. Responditq; vir Deus ad regem: si dederis mihi medium partem domūs tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neq; bibam aquā in loco isto.

*ecli. 20.* Est datum, quod non est utile: & est datum, cuius retributio duplex.

Datus insipientis non erit utilis tibi: *14.* oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio est.

*Prov. 17.* Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas judicij. Væ

Væ, qui justificatis impium pro mu- *Isai. 5:23.*  
neribus, & justitiam justi aufertis ab eo.

Vide acceptio munerum.

Dona humana fructuosè tribuuntur.

**D**Onum hominis dilatat viam ejus, *Prov. 18:16.*  
& ante principes spatium ei facit. *16.*

Munus absconditum extingvit iras, *21. 14.*  
& donum in sinu indignationem maxi-  
mani. *9.*

Multi colunt personam potentis, & *19. 6.*  
amici sunt dona tribuentis.

Victoriam & honorem acquires, qui *22. 9.*  
dat munera.

Fili in bonis non des querelam, & in  
omni dato non des tristitiam verbi ma- *Ecccli. 18.*  
li. Nonne ardorem refrigerabit ros?  
sic & verbum melius quam datū? Non-  
ne ecce verbum super datum bonum?  
sed utraq; cum homine justificato.

Cum dederis ne improperes. *41. 28.*

Beatus est magis dare, quam accipere. *Actor. 20.*

## EBRIETAS & GULA. *35.*

**C**œpítq; Noë vir agricola exerce-  
re terram, & plantavit vincam. *Genes. 9.*  
Bibénsq; vinum inebriatus est,  
& nudatus in tabernaculo suo. Quod  
cum vidisset Cham pater Chanaan, ve-  
renda scilicet patris sui esse nuda, nun-  
ciavit duobus fratribus suis foras.

Veni, inebriemus eum vino, dormia- *29. 32.*

mūsq; cum eo ; ut servare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaq; patri suo bibere vinum nocte illa : & ingressa est major, dormivitq; cum patre : at ille non sensit , nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. &c.

Vinum & omne quod inebriare pos-

**Levit. 10.** test, non bibetis tu , & filii tui , quando

**9.** intratis in tabernaculum testimonii, ne moriamini : quia præceptum sempiternum est in generationes vestras.

**2. Reg. 11.** Et vocavit eum David , ut comedetur coram se , & biberet , & inebriavit eum,

**13.** qui egressus vespere, dormivit in strato suo cum servis Domini sui , & in domum suam non descendit. Factum est ergo manè , & scripsit David epistolam ad Joab : misitq; per manum Uriæ , scribens in Epistola : ponite Uriam ex adverso bellii . &c.

**23. 28.** Præceperat autē Absalom pueris suis, dicens : observate , cùm temulentus fuerit Amnon vino , & dixero vobis : percutite eum , & interficite.

**Prov. 11.** Qui inebriat , ipse quoq; inebriabitur.

**25.** Luxuriosa res, vinum , & tumultuosa

**30. 1.** ebrietas : quicunq; his delectatur, non erit sapiens.

**31. 17.** Qui diligit epulas , in egestate erit : qui amat vinum , & pingvia , non dabitur .

Quando federis , ut comedas cum *Prov. 23.*  
principe , diligenter attende , quæ ap-  
posita sunt ante faciem tuam : & statue  
cultrum in gutture tuo , si tamen habes  
in potestate animam tuam .

Comedite amici , & bibite , & inebria . *Cant. 5. 1.*  
mini charissimi ( *hæc Dominus & diabo-*  
*lus suis dicit.* )

Operarius ebriosus non locupleta . *Eccli. 19.*  
bitur .

Mulier ebriosa , ira magna : & contu-  
milia , & turpitudo illius non tegetur . *36. 11.*

Quàm sufficiens est homini eruditio  
vinum exiguum , & in dormiendo non  
laborabis ab illo , & non senties dolorē . *31. 22.*

Diligentes in vino noli provocare :  
multos enim exterminavit vinū . Ignis  
probat ferrum durum : sic vinum cor-  
da superborum arguet in ebrietate po-  
tatum .

Vinum in jucunditatem creatum est ,  
& non in ebrietatem ab initio . *25.*

Amaritudo animæ vinum multū po-  
tatum . Ebrietatis animositas , impru-  
dentis offensio , minorans virtutem , &  
faciens vulnera . *39.*

Noli avidus esse in omni epulatione ,  
& non te effundas super omnem escam :  
in multis enim escis erit infirmitas & a-  
viditas appropinquabit usq; ad chole-  
ram . Propter crapulam multi obie-  
runt ;

runt: qui autem abstinentis est, adjicit vitam.

*Habac. 2.* Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decrabitur.

*Judit. 13.* Porro Holofernes jacebat in lecto, nimiâ ebrietate sopitus.

(*Judith*) proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens: Ecce caput Holofernis principis militiae Assyriorum, & ecce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi per manum fæminæ percussit illum Dominus Deus noster.

*Sap. 2. 7.* Vino pretioso & ungventis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis.

*2. Mach.* Et cum inebriatus esset Simon, & filii ejus, surrexit Ptolomæus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intraverunt in convivium, & occiderunt eum, & duos filios ejus, & quosdam pueros ejus.

*Luce 21.* Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ: & super veniat in vos repentina dies illa.

*Rom. 13.* Sicut in die honestè ambulemus: non in comedationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus &c.

*Cor. 6.* Neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.

Invi-

Invidiæ, homicidia, ebrietates, commissationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædicti, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatē gentium consummandam, his qui ambulaverunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, &c.

*Ebrietas iram Dei provocat.*

**N**oli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.

Cui vae? cuius patri vae? cui rixæ? cui foveæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorū? Nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?

Ne intuearis vinum quando flavescit, cum spenduerit in vitro color ejus: ingreditur blandè, sed in novissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus venena diffundet.

Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, & ne forte bibant, & ob-

*Gal. 5.21.*

*1. Thes. 5.*

7.

*1. Petri 4.*

3.

*Prov. 23.*

20.

29.

31.

31. 4.

& obliviscantur judiciorum, & mutent causam filiorum pauperis.

*Isa. 5.11.* Væ, qui consurgitis manè ad ebrietatem seständam, & potandum, usq; ad yesperam, ut vino æstuatis.

*22.* Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.

*22. 13.* Et ecce gaudium, & lœtitia, occidere vitulos, & jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: comedamus, & bibamus: cras enim moriemur. Et revelata est in auribus meis vox Domini exercituum, si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini.

Verùm hi quoq; præ vino nescierunt,

*28. 7.* & præ ebrietate erraverunt: sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoravérunt judicium.

*56. 12.* Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multò amplius.

*Joel. 1. 5.* Experciscimini ebrii, & flete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine.

*Jer. 25.* Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, neq; surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos.

*Ebrietas Libidinem inflammat, pacem  
separat, mentem alienat.*

**L**UXURIOSA res, vinum, & tumultuosa *Prov. 23.*  
ebrietas; quicunq; his delectatur, *1.*  
non erit sapiens.

Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus *31. 4.*  
dare vinum, quia nullum secretum est,  
ubi regnat ebrietas, & ne forte bibant,  
& obliviscantur judiciorum, & mutent  
causam filiorum pauperis.

Vinum, & mulieres apostatare faci- *Ecli. 19.*  
unt sapientes, & arguent sensatos. *2.*

Vinum multum potatum, irritatio- *31. 38.*  
nem, & iram, & ruinas multas facit.

Verùm hi quoq; præ vino nescierunt, *Is. 28. 7.*  
& præ ebrietate erraverunt: sacerdos &  
propheta nescierunt præ ebrietate, ab-  
sorpti sunt à vino, erraverunt in ebrie-  
tate, nesciverunt videntem, ignorave-  
runt judicium.

Omnes enim mensæ repletæ sunt vo- *8.*  
mitu sordiūmq; ità, ut non esset ultrà  
locus.

Ad te quoq; perveniet calix, inebria- *Thren. 4.*  
beris, atq; nudaberis. *21.*

Fornicatio, & vinum, & ebrietas au- *Osee. 4. 11.*  
ferunt cor.

Cæperunt principes furere à vino. *7. 5.*

Et ne nolite inebriari vino, in quo *Ephes. 5.*  
est luxuria. *18.*

- Deut. 23.** **N**on intrabit eunuchus, attritis, vel  
1. amputatis testiculis, & abscisso  
veretro ecclesiam Domini.
- Judic. 20.** Omnesq; anguli populorum, & cun-  
2. ëtæ tribus Israël in Ecclesiam populi  
Dei convenerunt.
- Judit. 6.** Postea vero convocatus est omnis  
21. populus, & per totam noctem intra ec-  
clesiam oraverunt petentes auxilium à  
Deo Israël.
- Psal. 67.** In ecclesiis benedicite Deo Domino,  
27. de fontibus Israël.
- Joël. 2. 16.** Congregate populum, sanctificate  
ecclasiam, coadunate senes, congregate  
parvulos, & sugentes ubera.
- z.Cor. 11.** Primum quidem convenientibus vo-  
18. bis in Ecclesiam, audio scissuras esse in-  
ter vos, & ex parte credo.
- z.4. 34.** Mulieres in Ecclesiis taceant, non e-  
nim permittitur eis loqui, sed subditas  
esse, sicut & lex dicit. Si quid autem vo-  
lunt discere, domi viros suos interro-  
gent. Turpe enim mulieri loqui in  
Ecclesia. *vide Templum.*
- Ecclesia, seu Congregatio Fidelium.*
- Num. 19.** **S**i quis hoc ritu nō fuerit expiatus pe-  
20. ribit anima illius de medio Ecclesiæ.
- 20. 4.** Cur eduxistis Ecclesiam Domini in  
solitudinem, ut & nos, & nostra jumen-  
ta moriamur.

Et no-

Et noverit universa Ecclesia hæc, quia *1. Reg. 17.*  
non in gladio, nec in hasta salvat Dñus. *47.*

Convertítq; Rex faciem suam, & be- *3. Reg. 8.*  
nedixit omni Ecclesiæ Israël: omnis e- *14.*  
nim ecclesia Israël stabat.

Locutúsq; est David rex ad omnem *1. Par. 29.*  
ecclesiam. *1.*

Ut audívit autem Judas, populus, *Mach. 5.*  
sermones istos, convenit ecclesia magna *16.*  
cogitare quid facerent fratribus suis,  
qui in tribulatione erant.

Et factus est timor magnus in univer- *Actor. 5.*  
sa ecclesia, & in omnes, qui audierunt *11.*  
hæc.

Salutat vos Caius hospes meus, & u- *Rom. 16.*  
niversa Ecclesia. *23.*

Et quosdam quidem posuit Deus in *1. Cor. 12.*  
Ecclesiam primūm Apostolos, secundò *28.*  
prophetas, tertio doctores, deinde vir-  
tutes. &c.

Si quis autem Domui suæ præesse ne- *1. Tim. 3.*  
scit, quomodo Ecclesiæ Dei diligenti- *5.*  
am habebit?

Si autem tardavero, ut scias quomo- *15.*  
do oporteat te in Domo Dei conversa-  
ri, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna  
& firmamentum veritatis.

Infirmatur quis in vobis? inducat *Jacob. 5.*  
presbyteros ecclesiæ, & orent super e- *14.*  
um, ungentes eum olco in nomine Do-  
mini.]

*Matt. 16.* Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &  
 18. super hanc petram ædificabo Ecclesiam  
 meam.

*Ecclesia sumpta pro cœtu unius Provincie.*

*Act. 8. 1.* **F**ACTA est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Jero-solymis, & omnes dispersi sunt per re-giones Judææ, & Samariæ præter Apo-stolos.

*9. 31.* Ecclesia quidem per totam Judæam, & Galilæam, & Samariam habebat pa-cem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione Sancti Spi-ritus replebatur.

*13. 1.* Erant autem in Ecclesia, quæ erat An-tiochiæ, prophetæ, & Doctores, in qui-bus Barnabas, & Simon; qui vocabatur niger, & Lucius. Cyrenensis. &c.

*2. Cor. 16.* De collectis autem, quæ fiunt in san-  
 1. ctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ,  
 ita & vos facite.

*2. Cor. 8. 1.* Notam autem facimus vobis, fratres,  
 gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis  
 Macedoniae.

*Galat. 2.* Et qui mecum sunt omnes fratres,  
 2. Ecclesiis Galatiæ.

*1. Petr. 5.* Salutat vos Ecclesia, quæ est in Ba-  
 13. bylone coëlecta, & Marcus filius meus.

*Ecclesia est visibilis præfigurata.*

*Gen. 6.* <sup>1. per Arcam Noë.</sup>

*14.* **F**AC tibi arcam de lignis lævigatis:  
 man-

mansiunculas in arca facies, & bitumine  
linies intrinsecus & extrinsecus.

Qui increduli fuerant aliquando,  
quando expectabant Dei patientiam in  
diebus Noë, cùm fabricaretur arca: in  
qua pauci, id est octo animæ salvæ factæ  
sunt per aquam. Quod & vos nunc si-  
milis formæ salvos facit baptisma.

1. Petr. 3.

20.

2. *Est præfigurata per civitatem sanctam  
Jerusalem.*

**E**T ego Joannes vidi sanctam civita-  
tem Jerusalem novam descenden-  
tem de cœlo à Deo, paratam, sicut spon-  
sam ornatam viro suo. Et audivi vocē  
magnam de throno dicentem: Ecce ta-  
bernaculum Dei cum hominibus, & ha-  
bitabit cum eis.

Apoc. 21.

2.

Et ipsi populus ejus erunt, & ipse De-  
us cum eis erit eorum Deus.

3. *Per hortum, fontem signatū, & columbam.*

**H**ortus conclusus Soror mea sponsa, *Cant.* 4.  
hortus conclusus, fons signatus. 12.  
Emissiones tuæ paradyssus malorum pu-  
nicorum, cum pomorum fructibus.

4. *Per vineam præfiguratur.*

**V**ineam de Ægypto transtulisti: eje- *Ps. 79. 9.*  
cisti gentes, & plantâsti eam.

Capite nobis vulpes parvulas, quæ de- *Cant. 2.*  
moliuntur vineas: nam vinea nostra 15.  
floruit.

Vineæ factæ est dilecto meo, in cor- *Ils. 5. 1. 2.*

nu filio olei : Et sepivit eam , & lapides elegit ex illa , & plantavit eam electam , & ædificavit turrim in medio ejus , & torcular extruxit in ea : & expectavit ut faceret uvas , & fecit labruscas . &c.

*Jer. 2. 21.* Ego autem plantavi te vineam electā , omne semen verum.

*12. 10.* Pastores multi demoliti sunt vineam meam , conculcaverunt partem meam : dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.

*Mat. 20. 1.* Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias , qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam . Conventione autem factâ cum operariis ex denario diurno , misit eos in vineam suam . &c.

*Marc. 12.* Vineam pastinavit homo , & circumdedit sepem , & fodit lacum , & ædificavit turrim , & locavit eam agricolis , & peregrè profectus est .

*9.* Quid ergo faciet Dominus vineæ ? veniet , & perdet colonos : & dabit vineam aliis . &c.

*Ecclesia est Firmamentum veritatis im-*  
*potens errare.*

*U. 29. 22.* Propter hoc , hæc dicit Dominus ad Domum Jacob , qui redemit Abraham : Non modò confundetur Jacob , nec modò vultus ejus erubescet : sed cum viderit filios suos , opera manuum mea-

mearum, in medio sui sanctificantes no-  
men meum, & sanctificabunt sanctum  
Jacob, & Deum Israël prædicabunt: &  
Scient errantes spiritu intellectum, &  
missitatores discent legem.

Noli timere, quia non confundēris,  
neq; erubescas: non enim te pudebit, *Is. 54. 4.*  
quia confusionis adolescentiæ tuæ o-  
blivisceris, & opproprii viduitatis tuæ  
non recordaberis amplius.

Hoc fædus meum cum eis, dicit Dō-  
minus: Spiritus meus, qui est in te, &  
verba mea, quæ posui in ore tuo, non  
recedent de ore tuo, & de ore seminis  
tui, & de ore seminis seminis tui, dicit  
Domin⁹, amodò & usque in sempiternū.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &  
super hanc petram ædificabo Ecclesiam *Matt. 16.*  
meam, & portæ inferi non prævalebunt  
adversus eam. *18.*

Omnis ergo, qui audiit verba mea hæc,  
& facit ea, assimilabitur viro sapienti,  
qui ædificavit domum suam supra pe-  
tram, & descendit pluvia, & venerunt  
flumina, & flaverunt venti, & irruerunt  
in domum illam, & non cecidit: funda-  
ta enim erat super petram.

Ecce ego sternam per ordinem lapi-  
des tuos, & fundabo te in saphyris, & *Is. 54. 11.*  
ponam jaspidem propugnacium tua. &c.

Sicut in diebus Noë istud mihi est,

cui juravi, ne inducerem aquas Noë ultra supra terram, sic juravi, ut non irascar tibi, & non increpem te. Montes enim commovebuntur, & colles contremiscent : misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non movebitur: dixit miserator tuus Dominus.

*Lucæ. 22.  
31.* Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cibraret sicut triticum: Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando cōversus confirma fratres tuos.

*Ioan. 14.  
16.* Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobis scum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum; quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquā vos orphanos: veniam ad vos.

*16. 17.* Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos, omnem veritatem: non enim loquetur à Iēmetipso; sed quæcunq; audiet loquetur, & quæ ventura sunt annunciat vobis.

*17. 11.* Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum sicut & nos.

*20.* Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro

& pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti.

Omnis, qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit: similis est homini ædificanti domum, qui fudit in altum, & posuit fundamentum super petram: inundatione autem factâ illisum est flu men domui illi, & non potuit eam movere: fundata enim erat super petram.

Si autem tardavero, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.

Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superaedificat.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus JESUS.

Superaedificati super fundamentū Apostolorum, & prophetarum, ipso summo angulari Lapide Christo JESU: in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctū in Domino: in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu.

Lucæ. 6.

47.

1. Tim. 3.

15.

1. Cor. 3.

10.

11.

Ephes. 2.

20.

*Ecclesia constans bonis & malis, manifeste offenditur ex variis similitudinibus.*

*Matt. 13.* **S**icut ergo colliguntur Zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione saeculi: mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos, qui faciunt, iniuriam, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.

*47.* Iterum simile est regnum cœlorum saganæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum inpleta esset, eduentes, & secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione saeculi: exhibunt angeli, & separabunt malos de medio justorum.

*25. 1.* Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obyiam sponso & sponsæ.

*1. Cor. 10.* **Q**uoniam unus panis, unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane participamus.

*Joan. 14.* Paraclitus autem Spiritus S. quem mitteret Pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & iuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.

*Matt. 28.* Et ecce ego vobiscum sum omnibus die-

diebus usq; ad consummationem saeculi.

Vos estis lux mundi, non potest ci- Matt. 5.  
14.  
vitas abscondi super montem posita.

Quodsi non audierit eos: die Eccle- 28. 17.  
siæ. Si autem ecclesiam non audierit,  
sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.

Attendite vobis, & universo gregi, Actor. 20.  
28.  
in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos,  
regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit  
sangvine suo.

Et descendens Cæfaream, ascendit, 28. 22.  
& salutavit ecclesiam.

Quomodo ergo invocabunt, in quem Rom. 10.  
non crediderunt? aut quomodo cre- 14.  
dent ei, quem non audierunt? Quo-  
modo autem audient sine prædicante?  
quomodo vero prædicabunt nisi mit-  
tantur. *vide Fides.*

*Ecclesia est corpus Christi.*

Tota pulchra es amica mea, & macu- Cant. 4.7.  
la non est in te. Veni de libano  
 sponsa mea, veni de libano, veni: coro-  
 naberis de capite Amana, &c.

Et omnia subjecit sub pedibus ejus: Ephes. 1.  
22.  
& ipsum dedit caput supra omnem Ec-  
clesiam, quæ est corpus ipsius, & pleni-  
tudo ejus, qui omnia in omnibus adiun-  
pletur.

Unum corpus, & unus spiritus, sicut  
vocati estis in una spe vocationis ve- 4. 4.  
stre. Unus Dominus, una fides, unum  
baptisma. Quo-

*Ephes. 5.* Quoniam vir caput est mulieris : sicut  
*23.* Christus caput est Ecclesiæ : ipse salva-  
 tor corporis ejus. Sed sicut Ecclesia  
 subiecta est Christo , & mulieres viris  
 suis in omnibus.

*1.Cor. 12.* Vos autem estis corpus Christi , &  
*27.* membra de membro.

*Ecclesia Christi per sanam doctrinam  
 nascitur , & sovetur.*

*Pſ. 88.* *30.* ET ponam in sæculum sæculi semen  
 ejus, & thronum ejus sicut dies cæli.

*36.* Semel juravi in sancto meo , si David  
 mentiar : semen ejus in æternū manebit.

*Iſ. 61.* *9.* Et fœdus perpetuum feriam eis. Et  
 scient in Gentibus semen eorum , & ger-  
 men eorum in medio popolorum : o-  
 mnes, qui vident eos, cognoscunt illos,  
 quia isti sunt semen, cui benedixit Do-  
 minus.

In diebus autem regnum illorum ,  
*Dan.* *2.* suscitabit Deus Cœli regnum , quod in  
*44.* æternum non dissipabitur , & regnum e-  
 jus alteri populo non tradetur : comi-  
 nuet autem & consumet universa regna  
 hæc ; & ipsum stabit in æternum.

*Lucæ.* *1.* Et regni ejus non erit finis.  
*33.* Quotquot autem receperunt eum, de-  
*Joann.* *1.* dit eis potestatem filios Dei fieri , his ,  
*12.* qui credunt in nomine ejus : qui non ex  
 sanguinib<sup>2</sup>, neq; ex volūtate carnis, neq;  
 ex voluntate yiri, sed ex Deo nati sunt.

Amē,

Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. *Joan. 3.3.*

Quicunq; enim Spiritu Dei aguntur, *Rom. 8.*  
ii sunt filii Dei. *14.*

Filioli mei, quos iterum parturio, do- *Galat. 4.*  
nec formetur Christus in vobis. *19.*

Nam si decem millia Pædagogorum *1. Cor. 4.*  
habeatis in Christo, sed non multos pa- *15.*  
tres. Nam in Christo JEsu per eyan-  
gelium ego vos genui.

Obsecro te pro meo filio, quem ge- *Philem.*  
nui in vinculis, Onesimo, qui tibi ali- *10.*  
quando inutilis fuit, nunc autem & mi-  
hi, & tibi utilis, quem remisi tibi.

Renati non ex semine corruptibili, *1. Petri 1.*  
sed incorruptibili per verbum Dei vivi *23.*  
& permanentis in æternum.

Omnis, qui natus est ex Deo pecca- *1. Joan. 3.*  
tum non facit; quoniam semen ipsius *9.*  
in eo manet, & non potest peccare, quo-  
niam ex Deo natus est. In hoc mani-  
festi sunt filii, & filii Diaboli.

Omnis, qui credit, quoniam JEsus est *5. 10.*  
Christus, ex Deo natus est. Et omnis,  
qui diligit eum, qui genuit, diligit &  
eum, qui natus est ex eo. In hoc co-  
gnoscimus quoniam diligimus natos  
Dei, cum Deum diligamus, & mandata  
ejus faciamus.

Voluntariè enim genuit nos verbô *Jacob. 1.*

veritatis, ut sumus initium aliquod creaturæ ejus.

*Ecclesia tenetur suis pastoribus ad vitam necessaria ex animo suppeditare.*

**D**eut. 12. **C**ave ne derelinquas Levitem in omni tempore, quō versaris in terra.

14.27. **E**t Levites, qui intra portas tuas esse cave ne derelinquas eum, quia non habes aliam partem in possessione tua.

**V**obis quoq; notum facimus de uni-  
**Ezdr. 7.** versis Sacerdotibus, & Levitis, & can-

24. toribus, & janitoribus, Nathinæis, & ministris domus Dei hujus, ut vectigal & tributum, & annonas, non habeatis potestatem imponendi super eos.

**H**onora Deum ex tota anima tua, & honorifica facerdotes. Da illis partem

33. sicut mandatum est tibi, primitiarum, & purgationis.

**M**att. 10. **N**olite possidere aurum, neq; argen-

2. tum, neq; pecuniam in zonis vestris &c. dignus enim est operarius cibo suo. In quamcunq; autem civitatem, aut castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeat.

**I. Cor. 9.** **Q**uis militat suis stipendiis unquam?

7. quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? qui pascit gregem, & de lacte gregis non manducat.

**P**hilip. 2. **E**xcipite itaq; illum cum omni ga-

23. dio.

dio in Domino, & ejusmodi cum honore habetote : quoniam propter opus Christi usq; ad mortem accepit tradens animam suam, ut impleret id, quod ex vobis deerat.

Rogamus autem vos fratres, ut no-  
1. *Thes. s.*  
veritis eos, qui laborant inter eos, &  
præsunt vobis in Domino, & monent  
vos, ut habeatis illos abundantius in  
charitate propter opus illorum : pacem  
habete cum eis.

Mementote Præpositorum vestrorū  
qui vobis locuti sunt verbum Dei.  
*Hebr. 13.*

*Ecclesiam Deus protegit.*

Dominus autem præcedebat eos ad  
ostendendam viam per diem in co-  
lumna nubis, & per noctem in columnā  
ignis : ut dux esset itineris utroq; tem-  
pore.

Et habitabo in medio filiorum Israël,  
erōq; eis Deus, & scient, quia ego Do-  
minus Deus eorum, qui eduxi eos de  
terra Ægypti, ut manerem inter illos,  
ego Dominus Deus ipsum.

Ambulabo inter vos, & ero Deus ve-  
ster, vósq; eritis populus meus. Ego  
Dominus Deus vester.

Insuper & crabrones mittet Dominus  
Deus tuus in eos, donec deleat omnes  
atq; disperdat, qui te fugerint, & latere  
potuerint. Non timebis eos, quia Do-  
minus

minus DEus tuus in medio tui est DEus magnus & terribilis.

*Pſ. 90. 1.* Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.

*11.* Quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

*88. 30.* Et ponam in sæculum sæculi semen ejus, & thronum ejus sicut dies cœli.

*36.* Semel juravi in sancto meo, si David mentiar : semen ejus in æternum manebit.

*Dan. 2.* In diebus autem regnum illorum,

*44.* suscitabit Deus Cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum ejus alteri populo non tradetur: consumuet autem, & consumet universa regna hæc: & ipsum stabit in æternum.

*Jer. 46. 28.* Et tu noli timere serve meus Jacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes, ad quas ejecite. te verò non consumam, sed castigabo te in judicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

*Matt. 18.* Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

*20.* Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi.

*Luc. 1. 33.* Et regni ejus non erit finis.

*Joan. 14.* Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad

& ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Vos enim estis templum Dei vivi, si 2. Cor. 6.  
cū dicit Deus: quoniam inhabitabo 16.  
in illis, & in ambulabo inter eos, & ero  
illorum Deus, & ipsi erunt mihi popu-  
lus. Vide supra Firmamentum veritatis.

## Ecclesiæ Officium.

Cūmque caneret Psaltes, facta est super 4. Reg. 3.  
eum manus Domini. 15.

Voluit tua mutare promissa, & delere  
hæreditatem tuam, & claudere ora lau-  
dantium te, atq; extingvere gloriam  
templi, & altaris tui, ut aperiant ora  
Gentium. Eft. 14.9.

In Ecclesiis benedic te Domine. Ps. 25.12.

Cantate ei canticum novum: bene 32. 3.  
psallite ei in vociferatione.

Immola Deo sacrificium laudis: & 49. 14.  
redde Altissimo vota tua.

Sacrificium laudis honorificabit me. 23.

Exultabunt labia mea, cùm cantave- 70. 23.  
ro tibi.

Et nunc in omni corde, & ore collau- Eccli. 39.  
date nomen Domini. 41.

Levemus corda nostrorum manibus Thr. 3. 41.  
ad Dominum in cœlos.

Et erant semper in templo, laudan- Luc. 24.  
tes & benedicentes Deum. 53.

Sed venit hora, & nunc est, quando Joan. 4.  
veri adoratores adorabunt Patrem in 23.  
spiritu & veritate. Ora-

*1. Cor. 14.* Orabo spiritu, orabo & mente; psal.  
15. Iam spiritu, psallam & mente.

*Eph. 5. 19.* Loquentes vobis meti ipsis in cordibus vestris Domino; gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jēsu Christi, Deo & Patri.

*Jacob. 5.* Tritatur aliquis vestrum? bret: æ-  
quod animo est? psallat. Infirmatur quis  
*13.* in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiae,  
& orent super eum ungentes eum oleo  
in nomine Domini: & oratio fidei sal-  
vabit infirmum, & alleviabit eum Domi-  
nus: & si in peccatis sit remittentur ei.

*36.* Confitemini ergo alterutrum pecca-  
ta vestra, & orate pro invicem ut salve-  
mini: multum enim valet deprecatio  
justi assidua.

*Electio boni & mali.*

*Levit. 10.* ET ut habeatis scientiam discernendi  
*10.* inter sanctum & profanum, inter pol-  
latum, & mundum.

*Deut. 11.* En propono in conspectu vestro ho-  
die benedictionem, & maledictionem:  
*26.* benedictionem, si obedieritis mandatis  
Domini Dei vestri, quæ ego hodie præ-  
cipio vobis: maledictionem, si non o-  
bedieritis mandatis Domini Dei vestri,  
sed recesseritis de via, quam ego nunc o-  
stendo vobis, & ambulaveritis post De-  
os alienos, quos ignoratis.

*30. 15.* Considera, quod hodie proposuetim  
in con-

in conspectu tuo vitam & bonum, & è  
contrario mortem & malum.

Testes invoco hodie cœlum & terrā,  
quod proposuerim vobis vitam & mor-  
tem, benedictionem, & maledictionem:  
Elige ergo vitam, ut tu vivas, & semen  
tuum. Deut. 30.  
19.

Dabis ergo servo tuo cor docile, ut 3. Reg. 3.  
populum tuum judicare possit, & discer-  
nere inter bonum, & malum. 9.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei, Pf. 83. 11.  
magis, quam habitare in tabernaculis  
peccatorum.

Apposuit tibi aquam & ignē: ad quod Eccli. 15.  
volueris porridge manum tuam. 17.

Ante hominem vita & mors, bonum,  
& malū: quod placuerit ei, dabitur illi. 18.

Væ, qui dicit malum bonum, & bo- Is. 5. 20.  
num malum; ponentes tenebras lucem,  
& lucem tenebras: ponentes amarum  
in dulce, & dulce in amarum.

Ecce ego do coram vobis viam vitæ, Jer. 21. 8.  
& viam mortis.

Quærite bonum, & non malum, ut Amos. 5.  
vivatis, & erit Dominus Deus exercitu-  
um vobiscum sicut dixistis. Odite ma-  
lum, & diligite bonum, & constituite in  
porta judicium. 14.

Elegerunt bonos in vase, malos au- Mat. 13.  
tem foras miserunt. 48.

Omnia autem probate: quod bonum 1. Thes. 5.  
est tenete. Ele- 20.

- I. Par. 28.** PLacuit ei, ut me eligeret Regem super cunctum Israël.
- 4.**
- Num. 27.** Provideat Dominus spirituum omnis carnis hominē, qui sit super multititudinē hanc: & possit exire & introire ante eos, & educere eos, vel introducere: ne sit populus Domini sicut oves sine pastore.
- Ps. 17. 27.** Et cum electo electus eris: & cum perverso pervertēris.
- Ij. 42. 1.** Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet.
- Jer. 49.** Et quis erit electus, quem proponam ei? quis enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?
- 19.**
- Mat. 24.** Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus suus super familiam suam, & det illis cibum in tempore?
- 45.**
- 25. 21.** Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Dñi tui.
- Luca. 1.** Deposuit potentes de sede, & exalta-
- 52.** vit humiles.
- Hebr. 5. 4.** Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. Sic & Christus, non semetipsum clarificavit, ut pontifex fieret: sed qui locu-

locutus est ad eum : filius meus es tu,  
ego hodie genui te.

Ex quo frater tuus Judas defunctus  
est, vir similis ei non est, qui exeat con-  
tra inimicos nostros ; nunc itaq; te ele-  
gimus esse pro eo nobis in Principem, &  
Ducem ad bellandum bellum nostrum.

Et cum dies factus esset vocavit Di- *Lucæ. 6.*  
scipulos suos : & elegit duodecim ex *13.*  
ipsis (quos & Apostolos nominavit.)

Et statuerunt duos, Joseph, qui vo- *Actor. 13.*  
cabatur Barsabas, qui cognominatus est *23.*  
justus, & Mathiam. Et orantes dixe-  
runt : Tu Domine, qui corda nostri o-  
minium, ostende, quem elegeris ex his  
duodecim unum, accipere locum mini-  
sterii hujus, & Apostolatūs.

*Eleemosyna, ejusq; motiva.*

#### 1. Lex Divina.

**S**i pecuniam mutuam dederitis populo *Exod. 22.*  
meo pauperi, qui habitat tecum ; *25.*  
non urgebis eum quasi exactor, nec usu-  
ris opprimes.

Neq; in vinea tua facemos, & grana *Levit. 19.*  
decidentia congregabis, sed pauperi-*10.*  
bus, & peregrinis carpenda dimittes.

Postquam autem messueritis segetem *23. 22.*  
terræ vestræ, non secabitis eam usq; ad  
solum ; neq; remanentes spicas collige-  
tis, sed pauperibus, & peregrinis dimit-  
tetis eas.

Si unus de fratribus tuis, qui moran-

**Deut. 15.** tur, intra portas civitatis tuæ, in terra,

7. quam Dominus Deus tuus datus est  
tibi, ad paupertatem venerit, non ob-  
durabis cor tuum, nec contrahes ma-  
num, sed aperies eam pauperi, & dabis  
mutuum, quô cum indigere perspexeris.

11. Non deerunt pauperes in terra habi-  
tationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi,  
ut aperias manum fratri tuo egeno, &  
pauperi, qui tecum versatur in terra.

Quando messueris segetem in agro

**24.19.** tuo, & oblitus manipulum reliqueris,  
non revertêris, ut tollas illum: sed ad-  
venam, & pupillum, & viduam auferre  
patieris, ut benedicat tibi Dominus De-  
us tuus in omni opere manuum tuarum.

**3. Reg. 17.** Surge, & vade in Sarepta Sidonio-  
rum, & manebis ibi: præcepi enim ibi  
mulieri viduæ, ut pascat te.

**Prov. 3.** Ne dicas amico tuo: vade, & rever-  
tere; cras dabo tibi: cùm statim possis  
dare.

**21.13.** Qui obturat aurem suam ad clamo-  
rem pauperis, & ipse clamabit, & non  
exaudietur.

**Eccles. 11.** Mitte panem tuum super transeuntes  
1. aquas: quia post tempora multa inve-  
nies illum.

**Eccli. 14.** Ante mortem bene fac amico tuo, &  
13. secundùm vires tuas exporrigens, da  
pauperi.

Ro-

Rogationem contribulatine abjicias: Eccli. 4. 4.  
 & non abjicias faciem tuam ab egeno.

Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quærentibus retro maledicere: maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudiatur deprecatio illius: exaudiatur autem eum, qui fecit illum.

Congregationi pauperum affabilem te facito.

Frangere esurienti panem tuum, & e- Is. 58. 7.  
 genos vagosq; induc in domum tuam:  
 cum videris nudum operi eum.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ so- Ezech. 15. 49.  
 roris tuæ, luperbia, saturitas, panis a-  
 bundantia, & otium ipsius, & filiarum  
 ejus: & manum egeno, & pauperi non  
 porrigebant.

Non est enim ei bene, qui assiduus est Eccli. 12.  
 in malis, & eleemosynas non danti. 3.

Ex substantia tua fac eleemosynam, Tob. 4. 7.  
 & noli avertere faciem tuam ab ullo  
 paupere: ita enim fiet, ut nec à te aver-  
 tur facies Domini.

Panem tuum cum esurientibus, & e- 17.  
 genis comedere, & de vestimentis tuis nu-  
 dos tege.

Qui habet duas tunicas, det non hab- Luca. 3.  
 benti, & qui habet escas, similiter faciat. 11.

In præsenti tempore vestra abundan- 2. Cor. 8.  
 tia illorum inopiam suppleat: ut & il- 14.  
 lorum

Ilorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas.

2. Motivum eleemosyna est: Deum placare.

Tob. 4. 10.

**P**RÆMIUM enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna, omnibus facientibus eam.

12. 8. Bona est oratio cum jejunio, & eleemosyna, magis quam thesauros auri recordere: quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam.

Prov. 15. Per misericordiam, & fidem purgantur peccata.

16. 6. Misericordiâ, & veritate redimitur iniquitas.

Eccli. 3. Ignem ardente extingvit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & in tempore casûs sui inveniet firmamentum.

33. Eleemosyna enim patris non erit in oblivione.

29. 12. Propter mandatum assume pauperē: & propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum. Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abscondas illam sub lapide in perditionem. Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi,

mi, & proderit tibi magis, quam aurum.  
Conclude eleemosynam in corde pau-  
peris, & haec pro te exorabit ab omni  
malo.

Peccata tua eleemosynis redime, & *Dan. 4.*  
iniquitates tuas misericordiis pauperū: 24.  
forsitan ignoscet delictis tuis.

Verumtamen quod supereft date ele- *Luc. 11.*  
mosynam: & ecce omnia munda sunt 41.  
vobis.

Qui habuerit substantiam hujus mun- *1. Joan. 3.*  
di, & viderit fratrem suum necessitatem 17.  
habere, & clauerit viscera sua ab eo:  
quomodo charitas Dei manet in eo?

*3. Motivum est, augmentum meriti.*  
**D**ispersit, dedit pauperibus: justitia *Pf. III. 9.*  
ejus manet in saeculum saeculi.

Qui miseretur pauperis, beatus erit. *Prov 14.21*  
Qui calumniatur egentem, expro- 31.  
brat factori ejus: honorat autem eum,  
qui miseretur pauperis.

Feneratur Domino, qui miseretur 19. 17.  
pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.

Benefac justo, & invenies retributio- *Eccli. 12.*  
nem magnam: & si non ab ipso, certò 2.  
à Domino.

Cum effuderis esurienti animam tu- *Is. 58. 10.*  
am, & animam afflictam repleveris, orie-  
tur in tenebris lux tua, & tenebrae tuæ  
erunt sicut meridies. Et requiem tibi  
dabit Domin⁹ semper, & implebit splen-

doribus animam tuam, & ossa tua libe-  
rabit, & eris quasi hortus irriguus, & si-  
cut fons aquarum, cuius non deficient  
aque\_.

*Matt. 10.* Et quicunq; potum dederit uni ex  
42. minimis istis calicem aquæ frigidæ tan-  
tum in nomine discipuli · amen dico  
vobis non perdet mercedem suam.

*19. 21.* Si vis perfectus esse, vade, vende, quæ  
habes, & da pauperibus, & habebis the-  
saurum in cœlo.

*25. 35.* Venite benedicti patris mei, posside-  
te paratum vobis regnum, à constitutio-  
ne mundi : esurivi enim, & dedistis mihi  
manducare ; siti, & dedistis mihi bi-  
bere : hospes eram, & collegistis me :  
nudus, & cooperuistis me : infirmus, &  
visitâstis me : in carcere eram, & venistis  
ad me\_.

Tunc respondebunt ei justi, dicentes :

*27.* Domine, quando te vidimus esurien-  
tem, & pavimus te : sitiensem, & dedi-  
mus tibi potum ? quando autem te vi-  
dimus hospitem, & collegimus te : aut  
nudum, & cooperuimus te ? aut quan-  
do te vidimus infirmum, aut in carce-  
re, & venimus ad te. Et respondens  
Rex, dicet illis : Amen dico vobis, quā-  
diu fecistis uni ex his fratribus meis mi-  
nimis mihi fecistis.

*Lucas. 12.* Vendite, quæ possidetis, & date elec-

mosynam. Facite vobis facculos, qui non veterascunt, & thesaurum non deficientem in cœlis: quod sur non appropiat, neq; tinea corruptit.

Sed cum facies convivium, voca pauperes, debiles, clados, & coecos; & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.

Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis, recipient vos in æterna tabernacula.

Orationes tuæ, eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.

#### 4. Motivum multiplicat bonum substantia corporalis.

**B**eatius, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.

Quæ abiit & fecit juxta verbum Eliæ & comedit ipse & illa, & domus ejus: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ &c.

Pauperi porrigere manum tuam, ut per- Eccli. 7.  
S 4. ficia. 26.

Luca. 14.

13.

16. 9.

Actor. 10.

4.

Dei.

Ps. 49. 1.

9.

Prov. 22.

9.

3. Reg. 17.

15.

Ecclesiastes. 7.

26.

ficiatur propitiatio, & benedictio tua.

- Ecli. 17.** Eleemosyna virti quasi signaculū cum  
18. ipso, & gratiam hominis quasi pupillam  
conservabit.

- Prov. 28.** Qui dat pauperi, non indigebit : qui  
27. despicit deprecantem sustinebit penu-  
riam.

- Lucæ 6.** Date & dabitur vobis : mensuram bo-  
38. nam, & confertam, & coagitatam, & su-  
perfluentem dabunt in sinum vestrum.  
Eādem quippe menturā, quā mensi fue-  
ritis, remetietur vobis. *Vide divites quo  
pačto &c.*

*Eleemosyna tribuenda sine respectu humano  
propter Gloriam Dei, &q. bilari animo.*

- Tob. 4.9.** **Q**uomodo poteris, ità esto miseri-  
cors ; si multum tibi fuerit, abun-  
danter tribue : si exiguum tibi fuerit,  
etiam exiguum libenter impertiri stude.

- Ecli. 4.1.** Fili eleemosynam pauperis ne defrau-  
des, & oculos tuos ne transvertas à pau-  
pere. Animam esurientem ne despe-  
xeris : & non exasperes pauperē in ino-  
pia sua. Cor inopis ne afflixeris, & non  
protrahas datum angustianti.

8. Declina pauperi sine tristitia aurem  
tuam, & redde debitum tuum, & respon-  
de illi, pacifica in mansuetudine.

- 12. 5.** Da bono, & non receperis peccato-  
rem. Benefac humili, & non dederis  
impio : prohibe panes illi dari, ne in  
ipsis potentior te sit.

Fili

Fili in bonis non des querelam, & in *Ecli. 18.*  
 omni dato non des tristitiam verbi ma- 15.  
 li: Nonne ardorem refrigerabit ros?  
 sic & verbum melius, quàm datum.

Cùm ergo facis eleemosynam, noli *Matt. 6.*  
 tubâ canere ante te, sicut hypocritæ fa-  
 ciunt in synagogis, & in vicis, ut hono-  
 rificentur ab hominibus. Amen dico  
 vobis, receperunt mercedem suam. Te  
 autem faciente eleemosynam nesciat si-  
 nistra tua, quid faciat dextera tua: ut  
 sit eleemosyna tua in abscondito, & pa-  
 ter tuus, qui videt, in abscondito red-  
 det tibi.

Ecce dimidium bonorum meorum *Lucæ 19.*  
 Domine do pauperibus: & si quid ali-  
 quem defraudavi, reddo quadruplum. 8.

Respiciens autem vidit eos, qui mit-  
 tebant munera sua in gazophylacium  
 divites. Vedit autem & quandam vi-  
 duam pauperculam mittentem æra mi-  
 nuta duo, & dixit: verè dico vobis, quia  
 vidua hæc pauper plùs, quàm omnes  
 misit. Nam omnes hi ex abundantia si-  
 bi miserunt in munera Dei: hæc autem  
 ex eo, quod deest illi omnem victum su-  
 um, quem habuit misit.

Gratìs accepistis, gratìs date. *Mat. 10.8.*  
 Hilarem enim datorem diligit Deus. *2.Cor. 9.1.*  
 Si autem frater & soror nudi sint, & *Jac. 2.15.*  
 indigeant victu quotidiano, dicat au-

tem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini, & saturamini; non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? *vide Divites quo pacto &c.*

## Emundatio.

- Gen. 18.* **S**ed afferam pauxillum aquæ, & lavate pedes vestros.
- 4.* **A**bjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.
- 35. 2.* **A**bjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.
- Num. 35.* **A**tq; ita emundabitur vestra possessio, me commorante vobiscum: ego enim sum Dominus, qui habito inter filios Israël.
- 4. Reg. 5.* **V**ade & lavare septies in Jordane, & recipiet sanitatem caro tua, atq; emundaberis.
- 10.* **L**avamini, mundi estote, auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis.
- 2. Paral.* **M**undate Domum Domini Dei patrū vestrorum, & auferte omnem immunditiam de sanctuario.
- 29. 5.* **U**squequò non potuerunt emundari?
- 1. Mach.* **E**t elegit sacerdotes finē macula vocem.
- 4. 42.* **I**luntatem habentes in lege Dei: & mundaverunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum imundum.
- Mat. 8.2.* **D**omine, si vis potes me mundare. **E**t extendens JESUS manum, tetigit eum dicens: volo mundare. **E**t confessim mundata est lepra ejus.

Væ

Væ vobis scribæ, & pharisei hypocritæ, quia mundatis, quod deforis est calicis, & paropsidis : intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Pharisæe cœcerunt munda prius, quod intus est calicis, & paropsidis, ut fiat id, quod deforis est mundum.

Vade, lava in natatoria Siloë (quod *Joan.9.7.* interpretatur Missus) Abiit ergo, & lavat, & venit videns.

Sinon lavero te, non habebis partem *13. 8.* mecum.

Has ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni iniquitamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. *2. Cor. 7. 1.*

Si quis ergo emundaverit se ab istis, *2. Tim. 2. 21.* erit vas in honorem sanctificatum, & utilile Domino, ad omne opus bonum patrum.

Emundate manus peccatores : & purificate corda duplices animò. *Jac. 4. 8.*

Sangvis JEsu Christi filii ejus, emundat nos ab omni peccato. *1. Joan. 1. 7.*

### *Emere & Vendere.*

Intercedite pro me apud Ephron filium Seor: ut det mihi speluncā duplex, quam habet in extrema parte agri sui, pecuniâ dignâ tradat eam mihi contam vobis in possessionem sepulchri. *Gen. 23. 8.*

Cuidixit Jacob: vende mihi primo geni-

genita tua. Ille respondit: en morior,  
quid mihi proderunt primogenita?

**Gen. 33.** Emítq; partem agri, in qua fixerat ta-  
bernacula, à filiis Hemor patris Sichem,  
centum agnis.

**41. 57.** Omnesq; provinciae veniebant in Æ-  
gyptum, ut emerent escas, & malū ino-  
piæ temperarent.

**43. 2.** Consumptisq; cibis, quos ex Ægypto-  
detulerant, dixit Jacob ad filios suos:  
Revertimini, & emite nobis pauxillum  
escarum.

**Lev. 19.** Non morabitur opus mercenarii tui  
13. apud te usq; manè.

**35.** Nolite facere iniquum aliquid in ju-  
dicio, in regula, in pondere, in mensu-  
ra, statera iusta, & æqua sint pondera,  
justus modius, æquusq; sextarius.

**25. 14.** Quando vendes quipiam civi tuo,  
vel emes ab eo, ne contristes fratrem tu-  
um, sed juxta numerum annorum jubi-  
lei emes ab eo, & juxta supputationem  
frugum vendet tibi: Qantò plures an-  
ni remanserint post jubileum, tantò cre-  
scet & pretium: & quantò minus tem-  
poris numeraveris, tantò minoris & em-  
ptio constabit. Tempus enim frugum  
vendet tibi.

**Deut. 25.** Non habebitis in faccolo diversa pon-  
dera majus & minus: nec erit in domo  
tua modius major, & minor. Pondus  
haben-

habebitis justum, & verum, & modius  
æqualis, & verus erit tibi.

Sicut in medio compaginis lapidum *Ecli. 27.*  
palus figitur, sic & inter medium vendi-  
tionis, & emptionis, angustiabitur pec-  
catum *o.*

Statera dolosa, abominatio est apud *Prov. 11.*  
Dominum: & pondus æquum volun- *1.*  
tas ejus.

Pondus & pondus, mensura, & men- *20. 10.*  
sura: utrumque abominabile est apud  
Deum *o.*

Nunquid justificabo stateram impi- *Mich. 6.*  
am, & facelli pondera dolosa. *11.*

Et cæperunt simul omnes excusare. *Luca 14.*  
Primus dixit ei: Villam emi, & necesse *18.*  
habeo exire & videre illam: rogo te ha-  
be me excusatum. Et alter dixit: juga  
boum emi quinq;, & eo probare illa:  
rogo te habe me excusatum.

Et qui emunt tamquam non possiden- *1. Cor. 7.*  
tes. *30.*

*Episcopi, & eorum officium.*

**D**ic, ut sedeant hi duo filii mei, unus *Matt. 20.*  
ad dexteram tuam, & unus ad si-  
nistram in regno tuo. Respondens au-  
tem JESUS dixit: nescitis quid petatis. *21.*

Potestis bibere calicem, quem ego bi-  
biturus sum?

Non ita erit inter vos: sed quicunq;  
voluerit inter vos major fieri, sit vester  
*mini-* *26.*

minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut filius hominis, non venit ministrari, sed ministrare, & dare animā suam, redēptionem pro multis.

*Luca. 4.* Spiritus Domini super me: propter quod unxit me evangelizare pauperibus, misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cœcis visum dimittere confractos in remissionem prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.  
*18.*

*Joan. 21.* Pasce agnos meos. &c.

*16.* Et orantes dixerunt: Tu Domine,

*Aster. 1.* qui corda nōsti omnium, ostende, quem

*24.* elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii hujus, & Apostolatus.

*14.22.* Et cùm constituisserent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orāssent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

*Attendite* vobis & universo gregi, in  
*20.28.* quo vos Spiritus S. posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.

*1. Cor. 16.* Ostium enim mihi apertum est magnum & evidens: & adversarii multi. Si autem venerit Timotheus, videte, ut sinè timore sit apud vos: opus enim Domini operatur sicut & ego.

*2. Cor. 3.6.* Sufficientia nostra ex Deo est: qui & ido-

idoneos nos fecit ministros novi testamenti; non literâ, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem vivificat

Nam etsi amplius aliquid gloriatus *2. Cor. 10.*  
fuerit de potestate nostra, quam dedit *8.*  
nobis Dominus in ædificationē, & non  
in destructionem vestram.

Solicite cura te ipsum probabilem *2. Tim. 2.*  
exhibere Deo, operarium inconfusibilem *15.*  
recte tractantem verbum veritatis.  
Profana autem, & vaniloquia devita:  
multum enim proficiunt ad impietatē:  
& sermo eorum, ut cancer serpit.

Oportet enim Episcopum sine crimi-*Tit. 1. 7.*  
ne esse, sicut Dei dispensatorem: non  
superbum, non iracundum, non vio-  
lentum, non percussorem, non turpis  
lucri cupidum: sed hospitalem, beni-  
gnum, sobrium, justum, sanctum, conti-  
nentem, amplectentem eum, qui secun-  
dum doctrinam est, fidelem sermonem:  
ut potens sit exhortari in doctrina sana,  
& eos, qui contradicunt arguere. *vide*  
*Concionatorum officium.* Item *Sacerdos.*

### Errare.

**P**Alpabunt quasi in tenebris, & non in *Job. 12.*  
luce, & errare eos faciet quasi ebrios. *25.*

Et dixi: semper hi errant corde. *Ps. 94. 10.*

Erraverunt in solitudine in inaquo-*106. 4.*  
so: viam civitatis habitaculi non inveniunt.

Et er-

*Pſ.105.40.* Et errare fecit eos in invio, & non in via.

*118.176.* Erravi sicut ovis, quæ periit.

*Prov.13.13.* Animæ dolosæ errant in peccatis.

*14.22.* Errant, qui operantur malum.

*Isai.53.6.* Omnes nos quasi oves, erravimus, unusquisq; in viam suam declinavit.

*Ezech.14.* Et propheta cùm erraverit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus Deus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum: & delebo eum de medio populi mei Israël.

*Matt.22.* Erratis nescientes scripturas.

*29.* *Evangelii fructus quoad prædicantem.*

*Dan. 12.* *Q*ui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

*Nam si evangelizavero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit:*  
*1. Cor. 9. 16.* Væ enim mihi si non evangelizavero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? Ut evangelium prædicans, sine sumptu ponam evangelium, ut non abutar potestate mea in evangelio. Nam cùm liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Judæis quasi judæus, ut judæos lucraret &c.

Notum enim vobis facio fratres, e- Gal.1.11.  
 vangelium quod evangelizatum est à  
 me, quia non est secundùm hominem:  
 neq; enim ego ab homine accepi illud,  
 neq, didici, sed per revelationem JESU  
 Christi. Auditis enim conversionem  
 meam aliquando in judaismo: quoni-  
 am supra modum persequebar Ecclesi-  
 am Dei. &c.

Cùm autem placuit ei, qui me segre-  
 gayit ex utero matris meæ, & vocavit  
 per gratiam suam, ut revelaret filium  
 suum in me, ut evangelizarem illum in  
 Gentibus: continuò non acquievi car-  
 ni & sanguini.

Attende tibi, & doctrinæ: insta in 1.Tim.4.  
 illis. Hoc enim faciens & teipsum sal- 16.  
 vum facies, & eos, qui te audiunt.

Noli itaq; erubescere testimonium 2.Tim.1.  
 Domini nostri, neq; me vincetum ejus:  
 sed collabora Evangelio secundùm vir-  
 tutem Dei: qui nos liberavit, & voca-  
 yit vocatione suâ sanctâ.

Nemo mittens manum suam ad ara- Lueæ 9.  
 trum, & respiciens retro aptus est Re- 62.  
 gno Dei.

Et quoniam abundavit iniqüitas, re- Matt.24.  
 frigescet charitas multorum: qui au- 12.  
 tem perseveraverit usq; in finem hic  
 talys erit.

*Uſus evangeliī quoad prædicantem.*

*If. 61. 1.*

**S**píritus Domini super me, eò quòd Dominus unxerit me: ad annunciatum mansuetis misit me, ut medereret contritis corde, & prædicarem capti-vis indulgentiam, & clausis apertioñem; ut prædicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro: ut consolarer omnes lugentes.

*Matt. 9.*

*37.*

Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

*24.14.*

Et prædicabitur hoc evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consumatio.

*Rom. 10.*

*15.*

Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur.

*Tit. 2.15.*

Hæc loquere & exhortare, & arguere cum omni imperio. Nemo te contemnat.

*Num. 22.*

*18.*

Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti, & auri non potero imputare verbum Domini Dei mei, ut vel plus vel minus loquar.

*3.Reg.22.*

*14.*

Vivit Dominus, quia quodcunq; dixerit mihi Dominus hoc loquar.

*IIaie 6.5.*

Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus Iabiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.

*40. 9.*

Super montem excelsum ascende tu, qui

qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Ierusalem: exalta noli timere. Dei civitatibus Juda: Ecce Deus vester: Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: ecce merces ejus cum eo, & opus illius contam illo.

Quām pulchri super mōtes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutē, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus. *Is. 52. 7.*

Ecce super montem pedes, evangelizantis & annunciantis pacem: *Nab. 1.*

Dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie in Gentes. *Jer. 1. 9.* <sup>15.</sup>

Euntes autem prædictate dicentes: *Matt. 10.* quia appropinquat regnum cœlorum. <sup>7.</sup>

Euntes in mundum universum prædicate evangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit: Iqui verò non crediderit, condemnabitur. *Mar. 16.* <sup>15.</sup>

Exhortatio enim nostra non de erro. *1. Thes. 2.* te, neq; de immunditia, neq; in dolo, <sup>3.</sup> sed sicut probati sumus à Deo ut crederetur nobis Evangelium, ita loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. *1. Tim. 4.*

Ineptas autem, & aniles fabulas de-

vita: exerce autem te ipsum ad pietatem.

**2.Tim. 4.** Prædica verbum, in ista opportunitate, importunè: argue, obsecra, increpa in omnī patientia & doctrina. Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacerabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.

**3.** Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto.

**Tit. 2. 1.** Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam.

**3. 9.** Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita.

*Evangelii prædicator, clarè exprimat illud.*

**IJ. 53. 1.** **Q**uis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est.

**Matt. 10.** Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.

**8.Cor. 2.6.** Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam verò non hujus sæculi, neq; principum hujus sæculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus sæculi cognovit.

E

Et ego, fratres, non potui vobis lo- *I. Cor. 3.1.*  
 qui quasi spiritualibus, sed quasi carna-  
 libus. Tamquam parvulis in Christo,  
 lac vobis potum dedi non escam.

Dominus dedit verbum evangelizan- *Pf. 67.12.*  
 tibus, virtute multa.

Si autem tu annunciaveris impio, & *Ezech. 3.*  
 ille non fuerit conversus ab impietate *19.*  
 sua, & à via sua impia: ipse quidem in  
 iniuitate sua morietur, tu autem ani-  
 mam tuam liberâsti.

Sed etsi conversus justus à justitia sua  
 fuerit, & fecerit iniuitatem: ponam  
 offendiculum coram eo, ipse morietur,  
 quia non annuciâsti ei: in peccato suo  
 morietur, & non erunt in memoria ju-  
 stitiae ejus, quas fecit: sanguinem vero  
 ejus de manu tua requiram. *20.*

Si autem tu annunciaveris justo, ut *21.*  
 non peccet justus, & ille non peccave-  
 rit: vivens vivet, quia annuciâsti ei, &  
 tu animam tuam liberâsti.

Si justum est in conspectu Dei, vos *Aet. 4.19.*  
 potius audire, quam Deum, judicate:  
 non enim possumus, quæ vidimus, & au-  
 divimus non loqui.

*Evangelii fructus quoad audientem.*  
**C**ùm prophetia defecerit, dissipabi- *Prov. 29.*  
 tur populus: qui vero custodit le- *18.*  
 gem, beatus est.

Et audient in die illa surdi verba li- *Is. 29. 18.*

bri, & de tenebris, & caligine oculi cœcorum videbunt. Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israël exultabunt.

**20. 20.** Et non faciet avolare à te ultrà doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis: hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis, neq; ad dextram, neq; ad sinistram.

**Matt. 11.** Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, & discite à me, quia misericordia sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris.

**Luca. 10.** Nolite timere: ecce enim evangelio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.

**Joann. 3.** Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitū daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

**8. 12.** Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae.

**12. 47.** Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non judico eum. Non enim veni, ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum.

**Jer. 26.2.** Non subtrahere verbum, si forte audiunt

diant, & convertanrur unusquisq; à via sua mala: & pœnitentia me mali, quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum.

Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, judæo primum, & Græco! Justitia enim Dei &c.

Notum autem vobis facio, fratres Evangelium, quod prædicavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salvamini.

Si audierint, & observaverint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria: si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia.

Docebo iniquos vias tuas: & impii convertentur.

Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & doceret nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem.

Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui?

Oves meæ vocem meam audient: & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum.

*Evangelii usus quoad audientem.*

*If. 50.10.* **Q**uis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui?

*Matt. 13.* Qui habet aures audiendi, audiat.

*9.* Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit, quod seminatum est in corde ejus: hic est, qui

*19.* secus viam seminatus est. Qui autem super petrofa seminatus est, hic est, qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem: sed est temporalis. Facta autem tribulatione, & persecutione, propter verbum, continuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & solitudo sæculi istius, & fallacia divitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & frumentum affert.

*Mar. 1.15.* Pœnitemini, & credite Evangelio.

*Joan. 18.* Omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.

*Col. 2.8.* Videte ne quis vos decipiatur per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.

*Hebr. 13.* Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.

*9.*

**M**ittebat autem Dominus Deus pa-<sup>2.</sup> Par. 36.  
trum suorum ad illos per manum  
nunciorum suorum, de nocte consur-  
gens, & quotidie comonens: eò quod  
parceret populo, & habitaculo suo. At  
illi subsannabant nuncios Dei, & parvi  
pendebant sermones ejus, illudebantq;  
prophetis, donec ascenderet furor Do-  
mini in populum ejus, & esset nulla cu-  
ratio. Adduxit enim super eos regem  
Chaldæorum, & interfecit juvenes eo-  
rum gladiō in domo sanctuarii sui: non  
est misertus adolescentis & virginis, &  
senis, nec decrepiti quidem, sed omnes  
tradidit in manibus ejus. Universaq;  
vasa domus Domini, tam majora, quam  
minora, & thesauros templi, & regis, &  
principum, transtulit in Babylonem.

Abjecerunt enim legem Domini exere-  
citum, & eloquium sancti Israël bla-<sup>I. s. 24.</sup>  
sphemaverunt. Ideo iratus est furor Do-  
mini in populum suum, & extendit ma-  
num suam super eum, & percussit eum.

Populus enim ad iracundiam provo-  
catus est, & filii mendaces, filii nolen-  
tes audire legem Dei. Qui dicunt vi-  
dentibus: nolite videre; & aspicienti-  
bus: nolite aspicere nobis ea, quæ recta  
sunt: loquimini nobis placentia.

Nolunt audire te: quia volunt au-<sup>Ezech. 3.</sup>

dire me : omnis quippe domus Israël  
attrita fronte est, & duro corde.

Et dicunt unus ad alterum , vir ad

*Ezech. 33.* proximum suum loquentes : venite, &

*30.* audiamus, quis sit sermo egrediens à Do-  
mino. Et yeniunt ad te, quasi si ingre-  
diatur populus , & sedent coram te po-  
pulus meus : & audiunt sermones tuos,  
& non faciunt eos, quia in canticum oris  
sui vertunt illos, & avaritiam suam se-  
quitur cor eorum.

*Luce 10.* Qui vos audit, me audit : & qui vos

*16.* spernit me spernit. Qui autem me sper-  
nit, spernit eum , qui misit me.

*Joan. 12.* Qui spernit me , & non accipit verba

*48.* mea : habet , qui judicet eum. Sermo,  
quem locutus sum , ille judicabit eum in  
novissimo die. Quia ego ex me ipso  
non sum locutus , sed qui misit me Pa-  
ter , ipse mihi mandatum dedit , quid  
dicam, & quid loquar. Et scio, quia man-  
datum ejus vita æterna est.

*Rom. 10.* Omnis enim quicunque invocaverit

*13.* nomen Domini, salvus erit. Quomodo  
ergo invocabunt, in quem non credide-  
runt ? Aut quomodo credent ei, quem  
non audierunt ? quomodo autem audi-  
ent sine prædicante ? &c.

*2. Cor. 4.* Quodsi etiam opertum est evangeli-

*8.* um nostrum ; in iis , qui pereunt est o-  
pertum : in quibus Deus hujus sœculi

excœ-

**excœcavit** mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.

Itaq; qui hæc spernit, non hominem *1. Thes. 4.*  
spernit, sed Deum: qui etiam dedit spi- *8.*  
ritum suum sanctum in nobis.

*Evangelii neglectores opere.*

**H**oc verbum præcepi eis dicens: Au- *Jer. 7. 23,*  
dite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & am-  
bulate in omni via, quam mandavi vo-  
bis, ut bene sit vobis. Et non audie-  
runt, nec inclinaverunt aurem suam:  
sed abierunt in voluntatibus, & in pra-  
vitate cordis sui mali.

Et misi ad vos omnes servos meos prophetas per diem consurgens dilucu-  
lō, & mittens. Et non audierunt me,  
nec inclinaverunt aurem suam: sed in-  
duraverunt cervicem suam: & pejus o-  
perati sunt, quam patres eorum.

Et omnis, qui audit verba mea hæc, *Matt. 7.*  
& non facit ea, similis erit viro stulto, *26.*  
qui ædificavit domum suam super are-  
nam: & descendit pluvia, & venerunt  
flumina, & flaverunt venti, & irruerunt  
in domum illam, & cecidit, & fuit ruina  
illius magna.

Sed non omnes obediunt, *Evange-* *Rom. 10.*  
*lio.* *16.*

O insensati Galatæ! quis vos fasci- *Gal. 3. 1.*  
navit non obedire veritati. na-

*Jac. 1.22.* Estote autem factores verbi; & non auditores tantum, fallentes vosmetipos.

*Taliū malus exitus.*

*Job 36.12.* Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in fultitia eis.

*Osea. 9.* Abjiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

*Zach. 7.* Et noluerunt attendere, & avertierunt scapulam recedentem, & aures suā aggravaverunt, ne audirent. Et corpus posuerunt ut adamantem, ne audirent legem, & verba, quae misit Dominus exercituum in spiritu suo per manus prophetarum priorum: & facta est indignatio magna à Domino exercitū.

*Matt. 10.* Et quicunq; non receperit vos, neq; audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicii, quam illi civitati. Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum.

*11. 16.* Cui autem similem æstimabo generationem istam? similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt: cecinimus vobis, & non saltastis: lamentavimus, & non planxistis.

In

In flama ignis dantis vindictam iis,  
qui non noverunt Deum, & qui non ob-  
ediunt Evangelio Domini nostri Iesu  
Crististi, qui poenas dabunt in interitu  
æternas à facie Domini, & à gloria vir-  
tutis ejus.

Propterea abundantiùs oportet ob-  
servare nos ea, quæ audivimus, ne for-  
tè perefluamus. Si enim, qui per Ange-  
los dictus est sermo, factus est firmus,  
& omnis prævaricatio, & inobedientia  
accepit justam misericordis retributio-  
nem: quomodo nos effugiemus, si tan-  
tam neglexerimus salutem.

*Eucharistia præfiguratur.*

**A**T verò Melchizedech rex salem pro- *Gen. 14.*  
ferens, panem, & vinum, erat enim *18.*  
sacerdos Dei altissimi, benedixit ei.

Renes vestros accingetis, & calcea- *Exod. 12.*  
menta habebitis in pedibus tenentes ba-  
culos in manibus, & comedetis festi-  
nanter: est enim phasæ (id est transitus  
Domini).

Manhu? quod significat: quid est  
hoc? ignorabant enim quid esset. Qui-  
bus ait Moyses: Iste est panis, quem  
Dominus dedit vobis ad vescendum.

Pro quibus angelorum esca nutriyisti *Sap. 16.*  
populum tuum, & paratum panem de  
cœlo præstitisti illis sinè labore, omne  
delectamentum, in se habentem, & o-  
mnis

mnis saporis svavitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deserviens uniuscujusq; voluntati, ad quod quisq; volebat conyertebar.

**Nehem.** Et manna tuum non prohibuisti ab  
9. 20. ore eorum.

**I. Cor. 10.** Omnes eandem escam spiritualē man-  
ducaverunt, & omnes eundem potum  
spiritualem biberunt ( bibeant autem  
de spirituali, consequente eos, petra:  
petra autem erat Christus.)

*Eucharistia à Prophetis prænunciata.*

**Malach.** **N**on est mihi voluntas in vobis, di-  
1. 10. cit Dominus exercituum: & mu-  
nus non suscipiam de manu vestra. Ab  
ortu enim solis usq; ad occasum, ma-  
gnum est nomen meum in Gentibus: &  
in omni loco sacrificatur, & offertur  
Gentibus dicit Dominus exercituum.

*Eucharistia à Deo utiliter est instituta.*

**Matt. 26.** **V**Espera autem factō, discubebat  
20. cum duodecim discipulis suis.

Cœnantibus autem eis, accepit JESUS  
26. panem, & benedixit, ac fregit, deditq;  
discipulis suis, & ait: accipite, & come-  
dite: Hoc est Corpus meum. Et acci-  
piens calicem gratias egit: & dedit illis  
dicens: bibite ex hoc omnes: Hic est  
enim Sangvis meus novi testamenti, qui  
pro multis effundetur in remissionem  
pec-

peccatorum. *Vide Marc. c. 14. v. 22. Lu-*  
*cæ c. 22. v. 19.*

Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus JESUS in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescumq; bibetis in meam commemorationem. Quotiescumq; enim manducabis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis.

*Eucharistia Sacramentum reverenter sumendum, uti & præfiguratum.*

**A**NIMA polluta, quæ ederit de carni- *Levit. 7.*  
 bus hostiæ paciforum, quæ obla- *20.*  
 ta est Domino, peribit de populis suis.

Omnis, qui habuerit maculam de se- *21. 21.*  
 mine Aaron sacerdotis, non accedet of-  
 ferre hostias Dño, nec panes Deo suo.

Ita duntaxat, ut intra velum non in- *22.*  
 grediatur, nec accedat ad altare, quia  
 maculam habet, & contaminare non au-  
 det sanctuarium meum.

Omnis homo, qui accesserit de stirpe *22. 3.*  
 vestra ad ea, quæ consecrata sunt, &  
 quæ obtulerunt filii Israël Domino, in  
 quo

quo est immunditia, peribit coram Domino.

- Lev. 14.** Qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum feminis, non vescetur de his, quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur.
7. Sed cum laverit carnem suam aquâ, & occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est.
10. Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis, & mercenarius non vescetur ex eis.

**Num. 18.** Qui mundus est in domo tua vescetur ex eis.

13. Non habeo laicos panes ad manum,

- 1 Reg. 21.** sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus? Et respondens David Sacerdoti & dixit ei: Evidem si de mulieribus agitur: continuimus nos ab herè, & nudius tertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta.

**2 Reg. 6.** Extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam: Iratusq; est indignatione Domin⁹ contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi, juxta arcam Dei.

**Mat. 7.6.** Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.

Neg;

Neq; mittunt vinum novum in utres *Matt. 9.*  
Veteres. Alioquin rumpuntur, & vinum 17.  
effunditur, & utres pereunt.

Non enim lavant manus suas, cùm pa-  
nem manducant. 15. 2.

Amice quomodo huc intrâsti non ha-  
bens vestem nuptialem? at ille obmu-  
tuit: Tunc dixit rex ministris: ligatis  
manibus, & pedibus ejus, mittite eum in  
tenebras exteriores: ibi erit fletus, &  
stridor dentium. 22. 12.

Ubi est refectio mea, ubi Pascha cum *Mar. 14.*  
discipulis meis manducem? 14.

Domine non sum dignus, ut intres *Mat. 8.8.*  
sub tectum meum.

Intravi in domum tuam, aquam pedi-  
bus meis non dedisti: hæc autem la-  
chrymis rigavit pedes meos, & capillis *Lucæ 7.*  
suis tersit. Osculum mihi non dedisti:  
hæc autem ex quo intravit, non cessa-  
vit osculari pedes meos. Oleo caput  
meum non unxisti: hæc autem ungven-  
tò unxit pedes meos. 44.

Itaq; epulemur non in fermento ve-  
teri; neq; in fermento malitiæ, & ne-*1. Cor. 5.*  
quitiæ: sed in azimis sinceritatis, & ve-8.  
ritatis.

Calix benedictionis, cui benedici-  
mus, nonne communicatio sanguinis  
Christi est? & panis, quem frangimus,  
nonne participatio corporis Dñi est. 10. 16.

*Cor. 10.* Non potestis mensæ Domini partici-  
pi. pes esse, & mensæ dæmoniorum.

Itaq; quicunq; manducaverit panem  
*11.27.* hunc, vel biberit calicem Domini indi-  
gnè; reus erit sanguinis Domini. Pro-  
bet autem se ipsum homo, & sic de pane  
illo edat, & de calice bibat. Qui enim  
manducat, & bibit indignè, judicium sibi  
manducat, & bibit: non dijudicans cor-  
pus Domini: Ideo inter vos multi infir-  
mi, & imbecilles, & dormiunt multi.

*Ob nostram utilitatem.*

*Luca 15.* **A** Dducite vitulum saginatum, & oc-  
cidite, & manducemus, & epule-  
mur.

*Joann. 6.* Amen amen dico vobis. Non Moy-  
ses dedit vobis panem de cælo, sed pa-  
ter meus, dat vobis panem de cælo, ve-  
rum. Panis enim Dei est, qui de cælo  
descendit, & dat vitam mundo.

*35.* Ego sum panis vitæ: qui venit ad me  
non esuriet:

*50.* Hic est panis de cælo descendens: ut  
quis ex ipso manducaverit, non mor-  
tiatur. Ex hoc pane vivet in æternum:  
& panis, quem ego dabo, caro mea est  
pro mundi vita.

*55.* Qui manducat meā carnem, & bibit  
meum sanguinē, habet vitam æternam.

*57.* Qui manducat meā carnem: & bi-  
bit meum sanguinem, in me manet, &  
ego in illo.

Eucha-

*Eucharistia sub altera tantum specie.*

**H**ic est panis, qui de cœlo descendit. *Joann. 6.*  
Non sicut manducaverunt patres *58.*  
vestri manna, & mortui sunt. Qui man-  
ducat hunc panem, vivet in æternum.

Et factum est, dum recumberet cum *Lucæ 24.*  
eis, accepit panem, & benedixit, ac fre-  
git, & porrigebat illis (discipulis scili-  
cet duobus euntibus in Emmaus) & aper-  
ti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum.

Erant autem perseverantes in doctri- *Actor. 2.*  
na Apostolorum, & communicatione fra- *42.*  
ctionis panis, & orationibus.

Una autem sabbati, cum convenisse-  
mus ad frangendum pane in, Paulus di-  
sputabat cum eis. *20. 7.*

*Eucharistia est vera transubstantiatio panis,*  
*& vini in corpus, & sanguinem ve-*  
*rum Christi.*

**C**ænibus autem eis, accepit JE- *Matt. 26.*  
sus panem, & benedixit, ac fregit, *26.*  
deditq; discipulis suis, & ait: Accipite,  
& comedite: hoc est corpus meum. Et  
accipiens calicem, gratias egit: & dedit  
illis dicens: bibite ex hoc omnes: Hic  
est enim sanguis meus novi testamenti,  
qui pro multis effundetur in remissio-  
nem peccatorum.

Sumite, hoc est corpus meum. *Marc. 14.*

Hic est sanguis meus novi testamenti, *22.*  
qui pro multis effundetur.

**Lucæ 22.** Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam cœmorationē. Similiter & calicem postquam cœnavit, dicens: Hic est calix novum testamentum in sangvine meo, qui pro vobis effundetur.

**Joan. 6.** Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

*Eucharistia publicis precibus circumferenda prefiguratur.*

**Josue. 6.6.** **V**Ocavit ergo Josue filius Nun, sacerdotes, & dixit ad eos: Tollite arcam fœderis: & septem alii sacerdotes tollant septem jubileorum buccinas, & incedant ante arcam Domini: Ad populum quoq; ait: ite & circuite civitatem, armati, præcedentes arcā Domini.

**1. Reg. 4.** Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, ut salvet nos de medio inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super cherubim: &c.

**2. Reg. 6.** Cūinq; tulissent eum de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiens arcam Dei, Ahio præcedebat arcam. David autem, & omnis Israël ludebant coram Domino in omnibus lignis factis, & cytharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis.

*Ex-*

*Excommunicatio à Christo instituta.*

**Q**uòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quām totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextra manus scandalizat te, abscide eam, & projice abs te: expedit enim &c.

Matt. 5.

29.

Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcunq; ligaveris super terram erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.

26. 19.

Siautem manus tua, vel pes tuus scandalizat te; abscinde eum, & projice abs te.

18. 8.

Amen dico vobis, quæcunq; alligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

18.

*Excommunicatio fuit ab Apostolis usitata.*

**O**MNINO auditur inter vos fornicio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi, ut præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri JESU Christi, congregatis

1. Cor. 5.

1.

vobis, & meo spiritu cum virtute Domini nostri Jesu &c.

Nunc autem scripsi vobis non commisceris, si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledic̄us, aut ebriosus, aut rapax; cum ejusmodi nec cibum sumere? Quid enim de iis, qui foris sunt judicare? nonne de iis, qui intus sunt vos judicatis? nam eos, qui foris sunt, Deus judicabit. Auferte malū ex vobis ipsis.

*1. Thess. 3.* Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur.

*2. Tim. 1.* Ex quibus est Hymenaeus, & Alexander: quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare.

*Excommunicatio ad emendationem Ecclesia, & correctionem peccatoris usu habenda.*

*Num. 5.* **L**ocutusq; est Dominus ad Moysem, dicens: Præcipe filiis Israël, ut ejiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusq; est super mortuo: Tam masculum, quam fæminam ejicite de castris, ne contaminent ea, cum habitaverim vobiscum.

*Jos. 7. 12.* Ne poterit Israël stare ante hostes suos, eosq; fugiet: quia pollutus est anathemate: non verò ultrà vobiscum, donec conteratis eum, qui hujus sceleris reus est.

Anathema in medio tui est Israël: *Jos. 7.17.*  
non poteris stare coram hostibus tuis,  
donec deleatur ex te, qui hoc contami-  
natus est scelere.

Ejice derisorem, & exhibit cum eo jur- *Prov. 17.*  
gium, cessabuntq; causæ, & contumeliæ. *10.*

Si quis non amat Dominum nostrum *1. Cor. 16.*  
JESUM Christum, sit anathema. Maran *22.*  
Atha.

Quos tradidi satanæ, ut discant non *Tim. 1.*  
blasphemare. *20.*

*Excommunicandi, qui in moribus, & doctrina  
graviter errantes nolunt resipiscere.*

**Q**uod si non audierit eos: dic Eccle- *Matt. 18.*  
siæ. Si autem Ecclesiam non au- *17.*  
dierit, sit tibi sicut ethnicus, & publi-  
canus.

Rogo autem vos fratres, ut observe- *Rom. 16.*  
tis eos, qui dissensiones, & offendicula *17.*  
præter doctrinam, quam vos didicistis  
faciunt; & declinate ab illis.

Denunciamus autem vobis fratres in *2. Thess. 3.*  
nomine Domini nostri JESU Christi, ut *6.*  
subtrahatis vos ab omni fratre ambu-  
lante inordinate, & non secundum tra-  
ditionem, quam acceperunt à nobis.

Habentes speciem quidem pietatis, *2. Tim. 3.*  
virtutem autem ejus abnegantes. Et *5.*  
hos devita.

Hæreticum hominē post unam, & se- *Tit. 3. 10.*  
cundam correptionem devita: sciens

quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.

*Exemplum bonum.*

*Deut. 17.* Postquam autem sederit in solio Regi sui, describet sibi deuteronomium, legis hujus in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leviticæ tribus.

*Exod. 25.* Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

*Prov. 24.* Exemplo didici disciplinam.

*Matt. 5.* Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in cœlis est.

*6. 23.* Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quantæ erunt.

*Lucæ 12.* Sint Lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

*Joann. 3.* Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta.

*Rom. 12.* Providentes bona non tantum coram

*17.* Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.

*15. 2.* Unusquisq; vestrū proximo suo placet in bonū, ad ædificationē. Imi-

Imitatores mei estote, sicut & ego. Cor. 11.  
Christi.

Omnia ad ædificationem fiant. 14. 27.

Christi bonus odor sumus Deo, in iis 2. Cor. 2.  
qui salvi sunt, & in iis qui pereunt : aliis 15.  
quidem odor mortis in mortem ; aliis  
autem odor vitæ in vitam.

Et vestra æmulatio provocavit pluri- 9. 2.  
mos.

Ult sitis sine querela, & simplices filii Phil. 2. 15.  
Dei, sine reprehensione in medio natio-  
nis pravæ, & perversæ ; inter quos lu-  
cetis sicut luminaria in mundo, verbum  
vitæ continentes ad gloriam meam in  
die Christi, quia non in vanum accurri,  
neq; in vanum laboravi.

Modestia vestra nota sit omnibus ho- 4. 5.  
minibus.

Sed exemplum esto fidelium, in ver- 1. Tim. 4.  
bo, in conversatione, in charitate, in fi- 12.  
de, in castitate.

Ut profectus tuus manifestus sit o- 15.  
mnibus.

In omnibus te ipsum præbe exemplū Tit. 2. 7.  
bonorum operum in doctrina in inte-  
gritate, in gravitate, verbum sanum ir-  
reprehensibile.

Quis sapiens, & disciplinatus inter Jac. 3. 13.  
vos ? ostendat ex bona conversatione  
operationem suam in mansuetudine sa-  
pientiae.

*Jac. 5.10.* Exemplum accipite fratres , exitus mali, laboris , & patientiae , prophetas : qui locuti sunt in nomine Domini.

*I. Petri 2.* In hoc enim vocati estis : quia & Christus passus est pro nobis , vobis relinquens exemplum , ut sequamini vestigia ejus.

*Exemplum pravum vitandum.*

*Exod. 21.* Si quis aperuerit cisternam , & foderit ;  
*33.* & non operuerit eam ; cecideritq; bos aut asinus in eam , reddet dominus cisternae pretium jumentorum : quod autem mercium est ipsius erit.

*23. 2.* Non sequeris turbam ad faciendum malum ; nec in judicio plurimorum acquiesces sententiae , ut a vero devies.

*Deut. 18.* Cave ne imitari velis abominationes illarum gentium.

*Matth. 5.* Quodsi oculus tuus dexter scandalizat te , crue eum , & projice abs te :  
*29.* Ut autem non scandalizemus eos , vade ad mare , & mitte hamum : & eum piscem , qui primus ascenderit tolle : & aperito ore ejus invenies stateram , illum sumens , da eis pro me & te .

*18. 6.* Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis , qui in me credunt , expedit ei , ut suspendatur mola asinaria in collo ejus , & demergatur in profundū maris .

*7.* Vae mundo à scandalis , necesse est enim ut veniant scandala : verumtamen

**V**& homini illi, per quē scandalum venit.

Si autem manus tua, vel pes tuus *Matt. 18.*  
scandalizat te; abscide eum, & projice 8.  
ab te.

Ne ponatis offendiculum fratri, vel *Rom. 14.*  
scandalum. 13.

Omnia quidem sunt munda: sed ma-  
lum est homini, qui per offendiculum  
manducat. Bonum est non manducare  
carnem, & non bibere vinum, neq; in  
quo frater tuus offenditur, aut scanda-  
lizatur, aut infirmatur. 20.

Quapropter si esca scandalizat frā-  
trem meum: non munducabo carnem 1. *Cor. 8.*  
in æternum; ne fratrem meum scanda-  
lizem. 13.

*Exemplum pro correctione, & cautela.*

**S**In autem declinasti à viro tuo, atq;  
polluta es, & concubuisti cūm alte-  
ro viro: his maledictionibus subjace-  
bis: Det te Dominus in maledictionem,  
exemplumq; cunctorum in populo suo. Num. 5.  
20.

Posuit me quasi in proverbium vulgi, *Job. 17.6.*  
& exemplum sum coram eis.

Qui se jungit fornicariis, erit nequa: *Eccli. 19.*  
putredo, & vermes hereditabunt illum, 3.  
& extollebitur in exemplum majus, & tol-  
letur de numero anima ejus.

Eritq; Moab in derisum, & in exem- *Jer. 43.*  
plum omnibus in circuitu suo. 39.

Et projiciam super te abominationes, *Nah. 3.6.*  
& con-

& contumeliis te afficiam, & ponam te  
in exemplum.

*2. Petri 2.* Et civitatis Sodomorum, & Gomor-  
rahæorum in cinerem redigens, eversio-  
ne damnavit: exemplum eorum, qui im-  
piè acturi sunt ponens.

*Juda. 7.* Sicut Sodoma, & Gomorrha, & fini-  
timæ civitates simili modo exfornica-  
tæ, & abeuntes post carnem alteram, fa-  
ctæ sunt exemplum ignis æterni pænam  
sustinentes.

*Extremæ unctionis Sacramentum.*

*Jacob. 5.* **I**nfirmatur quis in vobis inducat Pres-  
byteros Ecclesiæ, & orent super eum,  
ungentes eum oleo in nomine Domini,  
& oratio fidei salvabit infirmum, & al-  
leviabit eum Dominus, & si in peccatis  
sit remittetur ei.

## FAMÆ BONÆ Cura.

*Prov. 15.* **L**ux oculorum lætitificat animam:  
*30.* fama bona impingvat ossa.  
*22. 1.* Melius est nomen bonū, quam  
divitiæ multæ: super argentum, & au-  
rum gratia bona.

Melius est nomen bonum, quam un-  
*Eccles. 7.* gventa pretiosa; & dies mortis die na-  
*2.* titatis.

*Ecli. 33.* In omnibus operibus præcillens esto.  
*23.* Ne

Ne dederis maculam in gloria tua.

Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni. Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in ævum.

*Ecccli. 41.  
15.*

*Fames, & caritas annonæ.*

**F**ACTA est autem fames in terra: de- *Gen. 12.  
scenditq; Abraham in ægyptum, ut  
peregrinaretur ibi: prævaluuerat enim  
fames in terra.*

*26. 1.*

Orta autem fame super terram, post eam sterilitatem, quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimlech Regem Palæstinorum in Gerara.

Septem quoq; boves tenues, atq; ma-  
cilentæ, quæ ascenderunt post cas, &  
Septem spicæ tenues, & vento urente  
percussæ: septem anni venturæ sunt fa-  
mis.

*41. 27.*

Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitq; Joseph universa horrea, & vendebat Ægyptiis: nam & illos oppresserat fames.

*56.*

Cur eduxistis nos in desertum istud, *Exod. 16.  
ut occideretis omnem multitudinem  
fame.*

*3.*

Et comedes fructus uteri tui, & car- *Deut. 28.  
nes filiorum tuorum, & filiarū tuarum,  
quas dederit tibi Dominus Deus tuus,  
in angustia, & vastitate, quā opprimet te  
hostis tuus.*

*Facta*

*53.*

2. *Reg. 21.* Facta est quoq; fames in diebus Da-  
vid tribus annis jugiter.
24. *13.* Aut septem annis veniet tibi fames in  
terra tua: aut tribus mensibus fugies  
adversarios tuos &c.
3. *Reg. 18.* Ivit ergo Elias, ut ostenderet sc Achab:  
erat autem fames vehementis in Samaria.
4. *Reg. 6.* Factaq; est fames magna in Samaria:  
25. & tamdiu obsessa est, donec venundare-  
tur caput asini octoginta argenteis, &  
quarta pars cabi stercoreis columbarum  
quinq; argenteis.
- Is. 5. 13.* Propterea captivus ductus est popu-  
lus meus, quia non habuit scientiam, &  
nobiles ejus interierunt fame, & multi-  
tudo ejus siti exaruit.
- Jer. 14.* Quoniam gladio, & fame, & peste  
12. consumam eos.
29. *17.* Hæc dicit Dominus exercituum: Ec-  
ce mittam in eos: gladium, & famem,  
& pestem.
- Ezech. 5.* Tertia pars tui peste morietur, & fa-  
12. me consumetur in medio tui.
16. Quando misero sagittas famis pessi-  
mas in eos ; quæ erunt mortiferæ, &  
quas mittam, ut disperdam vos ; famem  
congregabo super vos, & conteram in  
vobis baculum panis.
- Agga. 1.* Seminâstis multum, & intulistis pa-  
rùm comedistis, & non estis saturati;  
bibistis, & non estis inebriati : operuistis  
vos, & non estis calefacti. Cùm

Cùm accederetis ad acervum viginti Agga. 2.  
modiorum, & fierent decem: & intra- 17.  
retis ad torcular, ut exprimeretis quin-  
quaginta lagenas, & siebant viginti.

Consurget gens in gentē, & regnum, Matt. 24.  
& erunt pestilentiae, & fames, & terræ 7.  
motus per loca.

Et cupiebat ( prodig. Filius: ) imple- Luca 15.  
re ventrem suum de siliquis, quas porci 16.  
manducabant: & nemo illi dabat. In  
se autem reversus dixit: quanti merce-  
narii in domo patris mei abundant pa-  
nibus, ego autem hīc fame perco.

*Famulorum Officium.*

A T illa concepisse se videns, despexit Gen. 46.  
Dominam suam. Dixitq; Sarai ad Abraham: iniquè agis contra me: ego 4.  
dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ  
videns, quodd conceperit, despectui me  
habet: judicet Dominus inter me, & te.  
Cui respondit Abraham: Ecce, ait, an-  
cilla tua in manu tua est, uter eā, ut  
libet.

Dixitq; ad servum seniorem Domūs  
suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat:  
pone manum tuam subter femur meum,  
ut adjurem te per Dominum Deum cæ-  
li, & terræ, ut non accipias uxorem fi-  
lio meo de filiabus Chananaeorum, in-  
ter quos habito.

Da mihi uxores, & liberos meos, pro 30. 26.  
qui-

quibus servivi tibi, ut abeam: tu nōsti servitutem, quā servivi tibi.

**Gen. 31.** Et ipsæ nōstis, quōd totis viribus meis serviverim patri vestro. Sed & pater vester circumvenit me, & mutavit mercedem meam decem vicibus; & tamen non dimisit eum DĒus, ut noceret mihi.

**40.12.** Hæc est interpretatio somnii: Tres progenies, tres adhuc dies sunt: post quos recordabitur Pharaon ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum: dab̄isq; ei calicem juxta officium tuum, sicut antè facere consvereras.

**Exod. 21.** Si emiseris servum Hebræum, sex annis serviet tibi: in septimo egredietur liber gratis: Cum quali veste intraverit, cum tali exeat.

**4. Reg. 5.** Dixítq; Giezi puer viri Dei: pepercit Dominus meus Naaman Syro isti, ut acciperes ab eo, quæ attulit: vivit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid.

**25.** Et dixit Elizeus: Unde venis Giezi? qui respondit: non ivit servus tuus quoquām. At ille ait: Nonne cor meum in præsenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tui? Nónne igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, ut emas oliveta &c.

**27.** Sed & Lepra Naaman adhærebit tibi & sc-

& semini tuo usque in sempiternum.

Servus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres hæreditatē dividet. *Prov. 17. 2.*

Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus. *19. 10.*

Servus verbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, & responde-re contemnit. *29. 19.*

Non lædas servum in veritate ope-rantem, neq; mercenarium dantem ani-mam suam. Servus sensatus sit tibi dilec-tus quasi anima tua, non defraudes il-lum libertate, neq; in opem derelinquas illum. *Ecli. 7. 22.*

Beati servi illi, quos cùm venerit Do-minus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit il-lis; & si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. *Lucæ 12. 37.*

Pulsante autem eo ostio januæ, pro-cessit puella ad audiendū nomine Rho-de: & ut cognovit vocem Petri, præ-gaudio non aperuit januam, sed intro-currens nunciavit stare Petrum ante ja-nuam. *Act. 12. 13.*

Servi obedite Dominis carnalibus *Ephes. 6. 5.* cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad o-culam servientes, quasi hominibus pla-

centes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino.

*Ephes. 6.* Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes, quia & illorum, & vester Dominus est in cœlis: & personarum acceptio non est apud eum.

*Col. 3. 22.* Servi obedite per omnia Dominis carnalibus non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Deum. Quodcunq; facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus: scientes quod à Domino accipietis retributio- nem hæreditatis.

*1. Tim. 6.* Quicunq; sunt sub jugo servi, Dominos suos omni honore dignos arbitrentur.

*Tit. 2. 9.* Servos Dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes.

*3. Petri 2.* Servi subditi estote in omni timore Dominis non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens injustè.

### Falsum Testimonium.

*Exod. 20.* **N**ON loquēris contra proximum tuum falsum testimonium.

*33. 1.* Nec junges manum tuam, ut pro impiο dicas falsum testimonium. Cùm

Cùm diligentissimè perscrutantes in- Deut. 19.  
venerint falsum testem dixisse contra 18.  
fratrem suum mendacium : reddent ei,  
sicut fratri suo facere cogitavit , & au-  
feres malum de medio tui : ut audientes  
cæteri, timorem habeant, & nequaquam  
talia audeant facere.

Quoniam insurrexerunt in me testes Ps. 26.12.  
iniqui.

Surgentes testes iniqui , quæ ignora- 34. 11.  
bam , interrogabant me.

Sex sunt, quæ odit Dominus , & septi- Prov. 6.  
mum detestatur anima ejus : &c. Pro- 16.  
ferentem mendacia.

Testem fallacem , & eum , qui seminat 10.  
inter fratres discordias.

Qui autem mentitur , testis est fraudu- 12. 17.  
lentus.

Qui autem testis est repentinus , con- 19.  
cinnat lingvam mendacii.

Abominatione est Domino , labia men- 22.  
dacia : qui autem fideliter agunt , pla-  
cent ei.

Fortis fidelis non mentitur : profert 14. 5.  
autem mendacium dolosum testis.

Liberat animas testis fidelis : & pro- 25.  
fert mendacia versipellis.

Testis falsus non erit impunitus : & 19. 5.  
qui mendacia loquitur , non effugiet.

Testis iniquus deridet judicium : & 28.  
os impiorum devorat iniquitatem.

- Prov. 21.* Testis iniquus peribit.  
*28.* Ne sis testis frustra contra proximum  
*24. 28.* tuum.  
*25. 18.* Jaculum, & gladius, & sagitta acuta  
 homo, qui loquitur contra proximum  
 falsum testimonium.
- Ecli. 4.* Ne accipias faciem adversus faciem  
*26.* tuam, nec adversus animam tuam men-  
 dacium.  
*7. 13.* Noli arare mendacium adversus fra-  
 trem tuum, neque in amicum similiter  
 facias.
- Matt. 15.* De corde enim exeunt cogitationes  
*19.* malæ &c. Falsa testimonia, blasphemiae.  
 Hæc sunt, quæ coinquinant hominem.  
*19. 18.* Non falsum testimonium dices.

*Festorum Observantia.*

- Levit. 16.* IN hac die expiatio erit vestri, atque  
 mundatio ab omnibus peccatis ve-  
 stris : coram Domino mundabimini.  
*30.* Sabbathum enim requietionis est, & af-  
 fligetis animas vestras religione perpe-  
 tuâ. Expiabit autem sacerdos, qui un-  
 itus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt,  
 ut sacerdotio fungatur pro patre suo :  
 indueturq; stolâ lineâ, & vestibus san-  
 ctis, & expiabit sanctuarium & Taberna-  
 culum testimonii, atq; altare, sacerdo-  
 tes quoq;, & universum populum. *Vide*  
*Sabbatum.*

*Fide jussores sint cauti.*

**F**illi mi, si spoponderis pro amico tuo, *Prov. 6.1.*  
defixisti apud extraneum manum  
tuam, illaqueatus es verbis oris tui, &  
captus propriis sermonibus. Fac ergo,  
quod dico filimi, & temetipsum libera;  
quia incidisti in manum proximi tui.  
**D**iscurre, festina, suscita amicum tuum:  
ne dederis somnum oculis tuis, nec dor-  
mitent palpebrae tuae. Erue quasi da-  
mula, de manu, & quasi avis de manu  
aucupis.

Affligetur malo, qui fidem facit pro  
extraneo: qui autem cavit laqueos se-  
curus erit. 11. 15.

**S**tultus homo plaudet manibus, cum  
spoponderit pro amico suo. 17. 18.

Tolle vestimentum ejus, qui fide juf-  
fore extitit alicui, & pro extraneis aufer-  
pignus ab eo. 20. 16.

Noli esse cum his, qui defigunt ma-  
nus suas, & qui vades se offerunt pro de-  
bitis: si enim non habes unde restituas:  
quid causæ est, ut tollat operimentum  
de cubili tuo? 22. 26.

Non spondeas super virtutem tuam: *Eccli. 8.*  
quod si spoponderis, quasi restituens 16.  
cogita. 16.

Vir bonus fidem facit pro proximo  
suo: & qui perdiderit confusionem de-  
xelinxit sibi. Gratiam fide jussoris ne-

obliviscaris : dedit enim pro te animā suam. Repromissionem fugit peccator, & immundus. Bona re promissoris sibi adscribit peccator : & ingratus sensu derelinquet liberantem se.

- Ecli. 29.* Vir re promittit de proximo suo : & cūm perdiderit reverentiam , derelin-  
*23.* quetur ab eo. Repromissio nequissima multos per didit dirigentes, & commo-  
 vit illos quasi fluctus maris. Viros po-  
 tentes gyrans migrare fecit , & vagati sunt in gentibus alienis.  
*37.* Recupera proximum secundūm vir-  
 tutem tuam, & attende tibi ne incidas.

*Fides proximo servanda.*

- Josue. 9.* Uravimus illis in nomine Domini Dei  
*19.* Israël , & idcirco non possumus eos contingere.  
*2. Reg. 15.* Vivit Dominus , & vivit Dominus me-  
*21.* us Rex : quoniam in quocunq; loco fue-  
 ris Domine mi Rex , sive in morte , sive in  
 vita , ibi erit servus tuus.  
*1. Par. 11.* Desideravit igitur David , & dixit : ò  
*17.* si quis daret aquam mihi de cisterna Bethlehem , quæ est in porta . Tres er-  
 go isti per media castra Philistinorum perrexerunt , & hauserunt aquam de ci-  
 sterna Bethlehem , quæ erat in porta , &  
 attulerunt ad David , ut biberet : qui no-  
 luit , sed magis libavit illam Domino di-  
 cens : Absit , ut in conspectu Dei mei  
 hoc

hoc faciam, & sanguinem istorum bibā,  
quia in periculo animarum suarum at-  
tulerunt mihi aquam.

Multi homines, misericordes vocan-*Prov. 20.6.*  
tur: virum autem fidelē quis inveniet?

Vir bonus fidem facit proximo suo. *Eccle. 29.18.*  
Qui incredulus est, infideliter agit. *Isa. 21.2.*

Et qui dissolvit pactum, nunquid ef-  
fugiet? Vivo ego dicit Dominus Deus: *Ezech. 17.*  
quoniam in loco Regis, qui constituit e-*16.*  
um Regem, cuius fecit iuratum juramen-  
tum, & solvit pactum, quod habebat  
cum eo, in medio Babylonis morietur.

*Fidei necessitas.*

**C**ircuite vias Jerusalem, & aspicite,  
& considerate, & quærите in pla-  
teis ejus, an invenietis virum facientem  
judicium, & quærerentem fidem: & pro-  
pitius ero ei: Quod si etiam vivit Do-  
minus, dixerint: & hoc falso jurabunt.  
Domine oculi tui respiciunt fidem.

Omne autem, quod non est ex fide, *Rom. 14.*  
peccatum est.

In omnibus sumentes scutum fidei, *Ephes. 6.*  
in quo possitis omnia tela nequissimi  
ignea extinguere. *16.*

Sinē fide autem impossibile est pla-*Hebr. 11.*  
cere Deo. Credere enim oportet acce-*6.*  
denter ad Deum, quia est, & inquiren-  
tibus se, remunerator sit.

*Theologica Fides non facit nos certos de  
peccatorum remissione.*

**Eccles. 9.** **S**unt justi atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit: sed omnia in futurum servantur incerta, eò, quod universa æq; eveninnt justo & impio, bono, & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. Sicut bonus, sic & peccator: ut perjurus, ita & ille, qui verum dejerat.

**Ecli. 5.5.** De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adjicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.

**Matt. 7.** Multi dicent mihi in illa die: Dñe; nónne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis: Quia nunquam novi vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem.

**Rom. 8.** Existimo enim, quod non sint condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

**18. 20.** Tu autem fides: noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat.

**1. Cor. 4.** Nihil enim mihi conscient sum: sed non

non in hoc justificatus sum : qui autem  
judicat me, Dominus est.

Sed castigo corpus meum, & in servi- 1. Cor. 9.  
tutem redigo : ne fortè, cùm aliis præ- 27.  
dicaverim, ipse reprobis efficiar.

Itaq; qui se existimat stare, videat ne 10. 12.  
cadat.

Et si habuero prophetiam, & nove- 13. 2.  
rim mysteria omnia, & omnem scienti-  
am : & si habuero omnem fidem, ità ut  
montes transferam, charitatem autem  
non habuero , nihil sum.

Cum metu, & tremore vestram salu- Philip. 1.  
tem operamini. Deus est enim, qui o- 12.  
peratur in vobis, & velle, & perficere  
pro bona voluntate.

Non quòd jam acceperim, aut perfe- 3. 12.  
ctus sim : sequor autem, si quomodo  
comprehendam, in quo & comprehen-  
sus sum à Christo JEsu : Fratres ego me  
non arbitror comprehendisse.

Habens fidem, & bonam conscienti- 1. Tim. 1.  
am , quam quidem repellentes circa fi- 19.  
dem naufragaverunt.

Sicut enim corpus sínè Spiritu mor- Jac. 2. 26.  
tuum est, ità & fides, sínè operibus mor-  
tua est.

*Fides variè sumitur.*

1. Pro veracitate Dei in promissis.

Q uia rectum est verbum Domini, & Ps. 32. 4.  
omnia opera ejus in fide.

- Thr. 3. 23.* Novi diluculô, multa est fides tua.
- Osea 2. 20.* Et sponsabote mihi in fide: & scies,  
quia ego Dominus.
- Rom. 3. 3.* Quid enim, si quidam illorum non  
crediderunt? Nunquid incredulitas il-  
lorum fidem Deievacuabit?
2. *Sumitur pro constantia verborum  
inter homines.*
- Gen. 39.* IN argumentum ergo fidei retentum  
*16.* pallium ostendit marito revertenti  
domum.
- 44. 32.* Ego propriè servus tuus sim, qui in  
meam hunc recepi fidem, & spopondi  
dicens: Nisi reduxero eum, peccati  
reus ero in patrē meum omni tempore.
- Eeccli. 22.* Fidem posside cum amico in pauper-  
*28.* tate illius, ut & in bonis illius læteris.
- 29. 18.* Vir bonus fidem facit proximo suo.
3. *Pro Virtute Theologica.*
- 2. Paral.* O Culitenim Domini contemplantur  
*16. o.* universam terram, & præbent for-  
titudinem his, qui corde perfecto cre-  
dunt in eum.
- 20. 20.* Credite in Domino Deo vestro, & se-  
curi eritis: credite prophetis ejus, &  
cuncta evenient prospera.
- Matt. 9.* Et ecce offerebant ei paralyticum ja-  
*2.* centem in lecto: Et videns JESUS fidem  
illorum dixit paralytico: confide fili,  
remittuntur tibi peccata tua.
- 28.* Creditis quia hoc possum facere vo-  
bis?

bis? dicunt ei: utiq; Domine. Tunc te-tigit oculos eorū dicens: secundūm fi-dem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, *Mar. 16.*  
salvus erit: qui verò non crediderit, *16.*  
condemnabitur. Signa autem eos, qui  
crediderint hæc sequentur: In nomine  
meo dæmonia ejicient: linguis loquen-  
tur novis, serpentes tollent, & si morti-  
ferum quid biberint, non eis nocebit:  
super ægros manus imponent, & bene  
habebunt.

Quotquot autem receperunt eum, *Joann. 1.*  
dedit eis potestatem filios Dei fieri, his *12.*  
qui credunt in nomine ejus.

Ut omnis, qui credit in ipsum, non *3. 15.*  
pereat, sed habeat vitam æternam. Sic  
enim Deus dilexit mundum, ut filium  
suum unigenitum daret: ut omnis, qui  
credit in eum, non pereat, sed habeat  
vitam æternam.

Qui credit in filium, habet vitam æ-*26.*  
ternam: qui autem incredulus est filio,  
non videbit vitam, sed ira Dei manet  
super illum.

Ego sum panis vitæ: qui venit ad me,  
non esuriet: & qui credit in me, non si-  
tiet unquam. *6. 35.*

Amen amen dico vobis, qui credit in  
me, quæ ego facio, & ipse faciet, & ma-  
jora horum faciet. *14. 13.*

Quia

- Joan. 20.* Quia vidisti me Thoma, credidisti;  
 29. beati, qui non viderunt, & crediderunt.
- Actor. 10.* Huic omnes prophetæ testimonium:  
 43. perhibent, remissionem peccatorum ac-  
 cipere per nomen ejus omnes, qui cre-  
 dunt in eum.
- Rom. 1.* Non enim erubesco evangelium:  
 16. Virtus enim Dei est in salutē omni cre-  
 denti Judæo primū & Græco.
- Gal. 3. 8.* Providens autem scriptura, quia ex  
 fide justificat Gentes DEus, prænuncia-  
 vit Abrahæ: quia benedicentur in te o-  
 mnes Gentes.. Igitur, qui ex fide sunt,  
 benedicentur cum fideli Abraham.
- Hebr. 11.* Est autem fides sperandarum substan-  
 tia rerum, argumentū non apparentiū.  
*Fides. divina est una.*
- Cant. 6. 8.* Una est columba mea, perfecta mea,  
 una est matris suæ electa genitrici  
 suæ.
- Matt. 12.* Omne regnum divisum contra se de-  
 25. solabitur; & omnis civitas, vel domus  
 divisa contra se non stabit.
24. 45. Quis putas est fidelis servus, & pru-  
 dens, quem constituit Dominus suus su-  
 per familiam suam, ut det illis cibum,  
 in tempore.
- Joan. 10.* Et alias oves habeo, quæ non sunt ex  
 16. hoc ovili: & illas oportet me adducere,  
 & vocem meam audient, & fiet unum o-  
 vile, & unus pastor.

Non pro eis autem rogo tantum, sed *Joan. 17.*  
pro eis, qui credituri sunt per verbum  
eorum in me: ut omnes unum sint, sicut  
tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in  
nobis unum sint: ut credat mundus,  
quia tu me misisti. Et ego claritatem,  
quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint u-  
num, sicut & nos unum sumus.

Ita multi unum corpus sumus in *Chri-* *Rom. 13.*  
*sto, singuli autē alter alterius membra.* *5.*

Obsecro autem vos fratres, per no- *s. Cor. 1.*  
men Domini nostri IESU Christi, ut id  
ipsum dicatis omnes, & non sint in vo-  
bis schismata: sitis autem perfecti in e-  
odem sensu, & in eadem sententia.

Vos autem estis corpus Christi, & *12. 27.*  
membra de membro.

Soliciti servate unitatem spiritū in *Ephes. 4.*  
vinculo pacis. Unum corpus, & unus  
spiritus, sicut vocati estis in una spe vo-  
cationis vestræ.

Unus Dominus, una fides, unum ba- *5.*  
ptisma.

*Fides Theologica sine operibus non justificat.*

**N**on omnis, qui dicit mihi Domine, *Matt. 7.*  
Domine, intrabit in regnum cœ-  
lorum; sed qui facit voluntatem patris  
mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in re-  
gnum cœlorum.

Et si habuero prophetiam, & nove- *1. Cor. 13.*  
rim mysteria omnia, & omnem scienti- *2.*  
am:

am: & si habuero omnem fidem, ità, ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.

**Gal. 5. 6.** Nam in Christo JEsu neq; circumcisio aliquid valet, neq; præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur.

**Jacobi 2.** Quid proderit fratres mei, si fidem

**14.** quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides salvere eum?

**20.** Vis autem scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est. Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est? &c.

**24.** Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum?

**26.** Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ità & fides sine operibus mortua est.

*Fides Divina est firma.*

**Tob. 2. 18.** Quoniam filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus datus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

**Eccli. 40.** Omne munus, & iniquitas delebitur,  
**12.** & fides in sæculum stabit.

**Matt. 16.** Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam.

Ego

Ego autem rogavi prote, ut non deficiat fides tua. *Lucas 22.*  
32.

Non pro eis autem rogo tantum, sed *Joan. 17.*  
& pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me. *30.*

Bonum certamen certavi, fidem ser-  
vavi. *v. Ecclesia impotens errare.* *2. Tim. 4. 7.*

*Fides est magna virtutis.*

**O**culi enim Domini contemplantur *2. Paral.*  
universam terram, & præbent for-  
titudinem his, qui corde perfecto cre-  
dunt in eum. *16. 9.*

Credite in Domino Deo vestro, & se-  
curi eritis: credite prophetis ejus, &  
cuncta evenient prospera. *20. 20.*

*Quid timidi estis modicæ fidei?* *Mat. 8. 26*

*Modicæ fidei quare dubitâsti?* *14. 31.*

*Quare nos non potuimus ejicere il-*  
*lum?* dixit illis JESUS: Propter incredu-  
litatem vestram. Amen quippe dico vo-  
bis, si habueritis fidem, sicut granum si-  
napis, dicetis monti huic, transi hinc il-  
luc, transibit, & nihil impossibile erit  
vobis. *17. 19.*

Amen dico vobis, si habueritis fidem,  
& non hæsitaveritis, non solùm de sicul-  
nea facietis, sed et si monti huic dixeris-  
tis: Tolle, & jaesta te in mare, fieri. Et o-  
mnia quæcumq; petieritis in oratione  
credentes accipietis. *21. 21.*

Amen amen dico vobis, qui credit in *Joan. 14.*  
me, *12.*

me, opera quæ ego facio, & ipse faciet,  
& majora horum faciet.

**1. Petri. 1.** Probatio vestræ fidei multò pretiosi-  
or auro (quod per ignem probatur.)

*Fides viva, id est charitate perfecta tantæ vir-  
tutis est, ut sola hominem justificet.*

**2. Par. 16.** **O**Culi enim Domini contemplantur  
universam terram, & præbent for-  
titudinem his, qui corde perfecto cre-  
dunt in eum.

**Hab. 2.4.** Ecce, qui incredulus non erit, recta a-  
nimæ ejus in se metipso: justus autem in  
fide sua vivet.

**Matth. 9.** Si tetigero tantum vestimenta ejus,  
21. salva ero. At JESUS conversus videns  
eam dixit: confide filia, fides tua te  
salvam fecit. Et salva facta est mulier  
ex illa hora.

**15. 28.** Tunc respondens JESUS ait illi: O  
mulier magna est fides tua: fiat tibi si-  
c ut vis.

**21. 22.** Et omnia quæcunque petieritis in ora-  
tione credentes accipietis.

**Mar. 10.** JESUS autem ait illi: vade, fides tua  
52. te salvum fecit.

**Lucæ 18.** Et JESUS dixit illi: Respice; fides tua  
42. te salvum fecit.

**Rom. 3.** Justitia autem Dei per fidem JESU  
22. Christi, in omnes & super omnes, qui  
credunt in eum: non enim est distin-  
ctio: omnes enim peccaverunt, & egent  
gloriâ

gloriâ Dei. Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo JESU, quem proposuit DEUS propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiae suæ, propter remissionē præcedentium dilectorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiae ejus, in hoc tempore: ut sit ipse justus, & justificans, eum, qui est ex fide JESU Christi.

Credite in lucem, ut filii lucis sitis. *Ioan. 12.*

Scientes autem, quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem *Galat. 2.*  
JESU Christi: & nos in Christo JESU credimus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. *16.*

Nos enim spiritu ex fide, spem justitiae expectamus: nam in Christo JESU neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur. *5. 5.*

Huic omnes prophetæ testimonium *Aitor. 10.* perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum. *43.*

Arbitramur enim justificari hominem *Rom. 3.* per fidem, sine operibus legis. *28.*

Gratia enim estis salvati, per fidem, & *Ephes. 2.* hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis glorieatur. *8.*

## Filiorum Officium erga Parentes.

**Genes. 9.** **Q**uod cum vidisset Cham pater Cha-naan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras. At verò Sem & Japhet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt.

**37. 10.** Increpuit cum pater suus, & dixit: quid sibi vult hoc somnium, quod vidi-sti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?

**13.** Dixit ad eum Israël: fratres tui pa-scunt oves in Sichemis: veni, mittam te ad eos. Quo respōdente præstò sum ait.

**Deut. 21.** Si genuerit homo filium contuma-cem, & protervum, qui non audiat Pa-tris aut matris imperium, & coērcitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducent ad seniores civitatis il-lius, & ad portam judicii, dicentq; ad eos: Filius noster iste protervus, & con-tumax est, monita nostra audire con-temnit, commissationibus vacat, & lu-xuriæ, atq; conviviis. Lapidibus cum obruet populus civitatis: & morietur, ut auferatis malum de medio vestri, & universus Israël audiens pertimescat.

**Ecdi. 3.8.** Qui timet Dominum honorat pa-rentes, & quasi Dominis serviet his, qui se genuerunt.

**v. 29.** Honora patrem tuum, & gemitus ma-tris

tuæ ne obliviscaris. Memento, quia nisi per illos natus, non fuisses: & retrahue illis, quomodo & illi tibi.

Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis: quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.

Audite filii disciplinam patris, & attendite, ut sciatis prudentiam. Donū bonum tribuam yobis, legem meam ne derelinquatis. Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & unigenitus coram matre mea: & docebat me, atq; dicebat: suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & vives.

Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Ligat ea in corde tuo jugiter, & circumda gutturi tuo.

Filius sapiens lætitificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matris suæ.

Filiī obedite parentibus vestris in *Ephes.6.1.* Domino: hoc enim justum est: Honora patrem tuum, & matrem tuam: quod est mandatum primum in promissione: ut bene sit tibi, & sis longævus super terram.

Filiī obedite parentibus per omnia: *Col.3.20.* hoc enim placitum est in Domino. *Vide Honorandi parentes.*

*Eceli. 8.*

11.

*Prov.4.1.*

6. 20.

10. 10.

**Exod. 22.** **Si** seduxerit quis Virginem ne cum  
16. desponsatam, dormieritq; cum ea dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consverunt.

**Deut. 22.** **Si** invenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad judicium venerit: dabit, qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta sicles argenti, & habebit eam uxorem, quia humiliavit illam: non poterit dimittere eam cunctis diebus vitae suæ.

**Ecli. 26.** Fornicatio mulieris in excellentia oculorum, & in palpebris illius agnosceretur.

**Num. 25.** Morabatur autem eo tempore Israël in Settim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab.

*Fornicatio iram Dei provocat, multæ mala causat.*

**Deut. 22.** **Quod** si verum est, quod objicit, & 20. non est in puella inventa virginitas: ejicient eam extra fores Domus patris sui, & lapidibus obruent viri civitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Israël, ut fornicaretur, in domo patris suis & auferes malum de medio tui.

*Si dor-*

Si dormierit vir cum uxore alterius, *Deut.22.*  
uterq; morietur, id est adulter, & adul- *22.*  
tera *9.*

Si puellam virginem desponderit vir,  
& invenerit eam aliquis in civitate, &  
concubuerit cum ea, educes utrumq;  
ad portam civitatis illius, & lapidibus  
obructur: puella, quia non clamavit,  
cum esset in civitate, vir, quia humilia-  
vit uxorem proximi sui. *28.*

Omnis homo, qui transgreditur le- *Ecccli. 23.*  
Etum suum contemnens in animam su-  
am, & dicens: quis me videbit? tene- *25.*  
bræ circumdant me, & parietes coope-  
tiunt me, & nemo circumspiciet me;  
quem vereor? delictorum meorum non  
memorabitur altissimus. Et non intel-  
ligit, quoniam omnia videt oculus illi-  
us, quoniam expellit a se timorem Dei.  
hujusmodi hominis timor, & oculi ho-  
minum timentes illum: & non cogno-  
vit, quoniam oculi Domini: multò  
plū lucidiores sunt super solem, cir-  
cumspicientes omnes vias hominum,  
& profundum abyssi, & hominum corda  
intuentes in absconditas partes.

Saturavieos, & mœchati sunt, & in  
domo meretricis luxuriabantur. Equi  
amatores, & emissarii facti sunt: unus-  
quisq; ad uxorem proximi sui hinnie-  
bat. Nunquid super his non visitabo? *Jer. 5. 7.*

dicit Dominus, & in gente tali non ulciscetur anima mea?

- Osee. 4.* Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatae, & super sponsas vestras cum adulteraverint: quoniam ipsi cum meretricibus conversabantur, & cum effeminatis sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.

- 1. Cor. 6.* Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

- 10.* Neque Fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores &c. Regnum Dei possidebunt.

- Prov. 6.* Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: furatur enim, ut esurientem impleat animam, deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam dominus sue tradet. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam; turpitudinem, & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non detebitur.

- 23. 27.* Fovea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos videbit, interficiet.

- Ecclesi. 9.6.* Ne des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te, & hereditatem tuam.

Homini fornicatio omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens usq; ad finem. Eccl. 23. 24.

Mortificate ergo membra vestra, quæ Col. 3. 5.  
sunt super terram; fornicationem, im-  
mundiciem, libidinem, concupiscenti-  
am malam, & avaritiam, quæ est simu-  
lacionum servitus: propter quæ venit  
ira Dei super filios incredulitatis.

Fornicatores enim, & adulteros ju- Hebr. 13.  
dicabit Deus. 4.

Timidis autem & incredulis, & ex- Apoc. 21.  
eratis, & homicidis, & fornicatoribus,  
& beneficis, & idololatris, & omnibus  
mendacibus, pars illorum erit in stagno  
ardenti igne, & sulphure: quod est  
mors secunda.

Fornicatio, & vinum, & ebrietas au- Oſea, 4.  
ferunt cor. II.

Omnis mulier, quæ est fornicaria, qua- Eccl. 2.  
si stercus in via conculebitur. 10.

*Fornicationum occasiones diligenter  
vitande.*

A ttendet tibi fili mi ab omni fornica- Tob. 4. 23.  
tione, & præter uxorem tuam num-  
quam patiaris crimen scire.

Cùm saltatrice ne assiduus sis: nec Eccl. 9.  
audias illam, ne forte pereas in efficacia  
illius.

Cum aliena muliere ne sedreas omni- 22.  
mo, nec accumbas cum ea super cubitu:

& non alterceris cum illa in vino, ne  
fortè declinet cor tuum in illam, & san-  
gvine tuo labaris in perditionem.

*Ecclesiastes 42.*

33.

In medio mulierum noli commorari:  
de vestimentis enim procedit tinea, &  
à muliere iniquitas viri. Melior est e-  
nim iniquitas viri, quam mulier bene  
faciens, & mulier confundens in oppro-  
brium.

*Exodus 20.*

17.

Non concupisces domum proximi  
tui: nec desiderabis uxorem ejus, non  
servum, non ancillam, non bovem, non  
asinum, nec omnia, quæ illius sunt.

*Matt. 5.* Non mœchaberis: ego autem dico  
vobis: quia omnis, qui viderit mulierē  
ad concupiscendum eam, jam mœchatus  
est eam in corde suo.

*8. Cor. 10.*

8.

Neq; fornicemur, sicut quidam ex  
ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una  
die viginti tria millia.

*Eph. 5. 3.* Fornicatio, & omnis imundicia, aut  
avaritia nec nominetur in vobis, sicut  
decet sanctos: aut turpitudo, aut stulti-  
loquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non  
pertinet, sed magis gratiarum actio.

*Thes. 4. 3.*

Hæc est enim voluntas Dei sanctifi-  
catione vestra: ut abstineatis vos à forni-  
catione, ut sciat unusquisque vestrum  
vas suum possidere in sanctificatione, &  
honore; non in passione desiderii, si-  
cut & gentes, quæ ignorant Deum.

## Fortitudo.

**F**Ortitudo mea, & laus mea Dominus: *Exod. 15.*  
& factus est mihi in salutem. *2.*

Viriliter age, & confortare, & fac, ne *1. Par. 28.*  
timeas, & ne payeas: Dominus enim *20.*  
DEus meus tecum erit, & non dimittet  
te, nec derelinquet, donec perficias o-  
mne opus ministerii domûs Domini.

Vos ergo confortamini, & non dis- *2. Par. 15.*  
solvantur manus vestræ: erit enim mer- *7.*  
ces operi vestro.

Et tenebit justus viam suam, & mun- *Jobi. 17.*  
dis manibus addet fortitudinem. *9.*

Fortitudo simplicis via Domini: & *Prov. 10.*  
payor his, qui operantur malum. *29.*

Mulierem fortem quis inveniet?

Fugit impius, nemine persequente:  
justus autem quasi Leo confidens absq;  
terrore erit. *31. 10.* *38. 1.*

Nolite contristari, gaudium enim *Neh. 8.10*  
Domini est fortitudo nostra.

Viriliter agite, & confortetur cor ve- *Psal. 30.*  
strum, omnes, qui speratis in Domino. *25.*

Quia fortitudo mea, & laus mea Do- *Isai. 12.2.*  
minus, & factus est mihi in salutem.

Quia factus est fortitudo pauperi, for- *25. 4.*  
titudo egeno in tribulatione sua: spes  
& turbinc, umbraculum ab æstu.

Dicite pusillanimis: confortamini:  
& nolite timere: ecce DEus vester ul-

tionem adducet retributionis : Deus ipse veniet, & salyabit nos.

*Isa. 52.1.* Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion.

*Rom. 8.* Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos?

*Ephes. 6.* De cætero fratres confortamini in Domino, & in patientia virtutis ejus.

*Isa. 43.1.* Noli timere, quia redemi te, & vocavi te nomine tuo : meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te; quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israël salvator tuus.

*Frater.*

*Prov. 18.* FRater, qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma : & iudicia quasi vectes urbium.

*Ecclesi. 40.* Fratres in adjutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabitur.

*Malach.* Nunquid non pater unus omniū nostrum? nunquid non Deus unus creavit nos? quare ergo despicit unusquisq; nostrū fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum?

*Matt. 12.* Et extendens manus in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea; & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est; ipse meus.

meus frater, & soror, & mater est 9.

Vos autem nolite vocari Rabbi, unns *Matt. 23.*  
est enim magister vester, omnes autem 8.  
vos fratres estis.

Mater mea, & fratres mei hi suat, qui *Lucæ 8.*  
*verbum Dei audiunt, & faciunt.* 21.

Nunciabo nomen tuum fratribus me- *Hebr. 2.*  
*is: in medio Ecclesiæ laudabo te.* 12.

*Furtum.**Exod. 20.*

**N**On furtum facies. *Deut. 5. 18.* 14.

Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ, morte moriatur. *21. 16.*

Siquis furatus fuerit bovem, aut o-  
vem, & occiderit, vel vendiderit: quin-  
que boves pro uno bove restituet, &  
quatuor oves, pro una ove. Si effri-  
gens fur domum, sive suffodiens, fuerit  
inventus, & accepto vulnere mortuus  
fuerit: percussor non erit reus sangvi-  
nis. Quòd si orto sole hoc fecerit, ho-  
micium perpetravit, & ipse morietur.  
Si non habuerit, quod proferto reddat,  
& ipse venundabitur. Si inventum fue-  
rit apud eum, quod furatus est, vivens,  
sive bos, sive asinus, sive ovis: duplum  
restituet.

Videte, ne fortè furtivus sit, reddite *Tob. 2. 21.*  
cum Dominis suis, quia non licet nobis,  
aut edere ex furto aliquid, aut contin-  
gere.

**Non**

**Prov. 6.** Non grandis est culpa, cùm quis fū-  
**30.** ratus fuerit: furatur enim, ut esurientē  
 impleat animam: deprehensus quoq;  
 reddet sepeplum, & omnem substan- i-  
 am domūs suæ tradet.

**Joan. 12.** Dixit autem hoc, non quia de egenis:  
**6.** pertinebat ad eum, sed quia fur erat, &  
 loculos habens, ea, que mittebantur,  
 portabat.

**1. Cor. 6.** Neq; molles, neq; masculorum con-  
**10.** cubitores, neq; fures, neq; avari &c. re-  
 gnum Dei possidebunt.

*Gaudium honestum licitum.*

**1. Par. 29.** Lætatusque est populus, cùm vota  
**9.** sponte promitterent: quia corde  
 toto offerebant ea Domino: sed & Da-  
 vid Rex lætatus est gaudio magno.

**Neb. 12.** Et imolaverunt in die illa viētimas  
**42.** magnas, & lætati sunt: DEus enim læ-  
 tificaverat eos lætitia magna: sed & u-  
 xores eorum, & liberi gavisi sunt: & au-  
 dita est lætitia Jerusalem procul.

**Psal. 67.** Et justi epulentur, & exultent in con-  
**4.** spectu Dei: & dele&tentur in lætitia.

**Eccles. 3.** Et cognovi, quòd non esset melius ni-  
**12.** sì lætari, facere bonum in vita sua.

**9. 7.** Vade ergo, & comedē in lætitia panē  
 tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum:  
 quia Deo placent opera tua.

**Luca 1.** Elizabeth pariet tibi filium, & voca-  
**14.** bis nomen ejus Joannem: & erit gaudi-  
 um.

gaudium tibi, & exultatio, & multi in  
nativitate ejus gaudebunt.

*Gaudium temporale vanum.*

**R**Isum reputavi errorem : & gaudiō *Eccles. 2.*  
dixi : quid frustra deciperis ? *2.*

Si annis multis vixerit homo, & in  
his omnibus lætatus fuerit meminisse  
debet tenebrosi temporis, & dierum  
multorum : qui cūm venerint, vanitatis  
arguunt præterita. *21. 8.*

Ubique relinquamus signa lætitiae ; *Sap. 2. 9.*  
quoniam hæc est pars nostra.

Hæc cogitaverunt, & erraverunt : ex- *21.*  
cæcavit enim illos malitia eorum.

Tenent tympanum, & cytharam, & *Job. 21.*  
gaudent ad sonitum organi. Ducunt in *22.*  
bonis dies suos, & in puncto ad inferna  
descendunt.

Versa est in luctum cythara mea, & *30. 31.*  
organum meum in vocem flentium.

Et vocabit Dominus Deus exercitu-  
um in die illa ad fletum, & ad planctum, *Isai. 22.*  
ad calvitium, & ad cingulum sacci : &  
ecce gaudium, & lætitia, occidere vitu-  
los, & jugulare arietes, comedere car-  
nes, & bibere vinum. Comedamus, &  
bibamus : cras enim moriemur. Et re-  
velata est in auribus meis vox Domini  
exercituū : Si dimittetur iniqüitas hæc  
vobis, donec moriamini, dicit Dominus  
Deus exercituum.

*Ibai. 24. 8.* Cessavit gaudium tympanorum, quietus sonitus lætantium, conticuit sonitus cytharæ. Cum cantico non habent vinum, amara erit potio bibentibus illâ.

*Jer. 25.* Perdámq; ex eis vocem gaudii, & vocem lætitiae, voem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.

*Osea. 2. 11.* Et cessare faciam omne gaudium ejus.

*Amos. 8.* Et convertam festivitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.

*Lucæ. 6.* Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis.

*Jac. 4. 9.* Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum convertatur.

*Apoc. 18.* Quantum glorificavit se, & in deliciis suis, tantum date illi tormentorum & luctus.

### Gaudium Spirituale.

*Ps. 19. 6.* Etabimur in salutari tuo: & in nomine Domini nostri magnificabimur.

*31. 11.* Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamenti omnes recti corde.

*83. 3.* Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

*Is. 25. 9.* Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, & salvabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus, & lætabimur, in salutari ejus.

*Ps. 29. 12.* Convertisti planctum meum in gaudium mihi: considisti lacum meum, & circumdedisti me lætitiam.

Gau-

Gaudens gau debo in Dño, & exulta- *Is. 61. 10.*  
bit anima mea in Deo meo : quia induit  
me vestimentis salutis.

Gaudete, & exultate, quoniam mer- *Matt. 5.*  
ces vestra copiosa est in cœlis. *12.*

Verumtamen in hoc nolite gaudere, *Luca 10.*  
quia spiritus vobis subjicientur : gaude- *30.*  
te autem, quod nomina vestra scripta  
sunt in cœlis.

Et illi quidem ibant gaudentes à con- *Act. 5. 41.*  
spectu concilii, quoniam digni habiti  
sunt pro nomine JEsu contumeliā pati.

Gaudere cum gaudentibus, flere cum *Rom. 12.*  
fleentibus. *15.*

Non est enim Regnum Dei, esca & po- *14. 17.*  
tus : sed justitia, & pax, & gaudium in  
Spiritū Sancto.

Qui nunc gaudeo in passionibus pro *Col. 1. 24.*  
vobis.

Gaudete in Domino semper : iterum *Phil. 4. 4.*  
dico gaudete.

### Gemitus.

Post multum verò temporis mortuus *Exod. 2.*  
est Rex Ægypti : & ingemiscentes *23.*  
filii Israël propter opera vociferati sunt,  
ascenditq; clamor eorum ad Deum ab  
operibus. Et audivit gemitum eorum,  
ac recordatus est fæderis, quod pepigit  
cum Abraham, Isaac, & Jacob. Et re-  
spexit Deus filios Israël, & cognovit eos.

Et dixit Dominus ad eum : Transi *Ezech. 9.*  
per *4.*

per medium civitatem in medio Ierusalem, & signa Thau super frontem viorum gementium, & dolentium.

**Tob. 3. 1.** Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis dicens: Justus es Domine, & omnia iudicia tua justa sunt, & omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & iudicium. Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum.

**2. Mach. 6. 30.** Sed cùm plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: Domine, qui habes sanctam scientiam, manifeste tu scis, quia cùm amore possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundum animam vero propter timorem tuum, libenter hæc patior.

**Rom. 8. 22.** Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usq; adhuc.

**Jae. 5. 9.** Nolite ingemiscere fratres in alterutrum ut, non judicemini. *Vide Luctus.*

*Generatio mala, & bona.*

**Pſ. 13. 6.** **Q**uoniam DEus in generatione justæ est.

**77. 8.** Ne fiant sicut patres eorum generatio prava, & exasperans.

**111. 2.** Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.

**Joann. 8. 39.** Si Filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

*Quod*

Quod natum est ex carne, caro est: *Joan. 3.6.*  
 & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

Qui facit peccatum, ex diabolo est: *1. Joan. 3.*  
 quoniam ab initio diabolus peccat. 8.

Et omnis, qui diligit, ex Deo est, & 4. 7.  
 cognoscit Deum.

*Gloria Beatorum.*

I Ntroduces eos, & plantabis in mon- *Exod. 15.*  
 te hæreditatis tuæ firmissimo habi- 17.  
 taculo tuo, quod operatus es Domine.

Ostende mihi gloriam tuam: Re-  
 spondit: Ego ostendam omne bonum  
 tibi & vocabo in nomine Domini co-  
 ram te; & miserebor cui voluero, & cle-  
 mens ero, in quem mihi placuerit.

Intrabimus ad securos in Regionem *Judic. 13.*  
 latissimam, tradétq; nobis Dominus lo- 10.  
 cum, in quo nullius rei est penuria eorū,  
 quæ gignuntur in terra.

Ubi absq; penuria comedes panem *Deut. 8.*  
 tuum, & rerum omnium abundantia 9.  
 perfruēris: cuius lapides ferrum sunt,  
 & de montibus ejus æris metalla fodi-  
 untur.

Hoc sæculum fecit altissimus propter 4. *Ezdr.*  
 multos, futurum autem propter paucos. 8. 1.

Satiabor cùm apparuerit gloria tua. *Ps. 16. 15.*

Quis ascendet in montem Domini?  
 aut quis stabit in loco sancto ejus? In-  
 nocens manibus, & mundo corde, qui  
 non accepit in vano animam suum, nec

juravit in dolo proximo suo.

*Pſ. 26. 13.* Credo videre bona Domini in terra viventium.

*30. 20.* Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.

*114. 7.* Converttere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu. Placebo Domino in regione vivorum.

*149. 6.* Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

*Cant. 2.* Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Jam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit.

*4. 8.* Veni de libano sponsa mea, veni de libano, veni, coronaberis.

*Sap. 3. 7.* Fulgebunt justi, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.

*Isaiæ 25.* Et auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobriū populi sui.

*22. 18.* Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.

*33. 15.* Qui ambulat in justitiis, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex columnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat

diat sanguinem, & claudit oculos suos,  
ne videat malum. Iste in excelsis ha-  
bitabit, munimenta faxorum sublimi-  
tas ejus: panis ei datus est, aquæ ejus fi-  
deles sunt.

Regem in decore suo videbunt oculi *Isaiae 33.*  
ejus, cernent terram de longe. 17.

Et ambulabunt, qui liberati fuerint.  
Et redempti à Domino convertentur,  
& venient in Sion cum laude: & lætitia  
sempiterna super caput eorum: gaudi-  
um & lætitiam obtinebunt, & fugiet do-  
lor, & gemitus.

Non esurient, neq; sitiens, & non  
percutiet eos æstus, & sol: quia miser-  
tator eorum reget eos, & ad fontes a-  
quarum potabit eos. 49. 10.

Gaudium, & lætitia in ea, gratiarum  
actio, & vox laudis. 51. 3.

A sæculo non audierunt, neq; auri-  
bus perceperunt: oculus non vidit, De-  
us absq; te, quæ præparasti expectanti-  
bus te. 64. 4.

Propter hoc, hæc dicit Dominus DE-  
us: Ecce servi mei comedent, & vos e-  
suriatis: ecce servi mei bibent, & vos  
sitiets: Ecce servi mei lætabuntur, &  
vos confundemini: ecce servi mei lau-  
dabunt præ exultatione cordis, & vos  
clamabis præ dolore cordis, & præ  
contritione spiritus ululabis. 65. 13.

*Isiae 65.* Ecce enim ego creo cœlos novos, & terram novam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor. Sed gaudebitis, & exultabitis usque in sempiternum in his, quæ ego creo.

*60. 19.* Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus in gloriam tuam. Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternā, & complebuntur dies luctūs tui.

*Baruch 3.* O Israël, quām magna est Domus Dei, 24. & ingens locus possessionis ejus! Magnus est, & non habet finem, excelsus, & immensus.

*Matt. 13.* Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.

*25. 34.* Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus sunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum, à constitutione mundi.

*23.* Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constitua, intra in gaudium Domini tui.

*Lucae 14.* Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.

*22. 29.* Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum.

*Joan. 16.* Et vos igitur nunc quidem tristitiam habet-

habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Hæc est autem vita æterna; ut cognoscant te solum Deum verum, & quæ misisti JESUM Christum. Joan. 17.  
3.

Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem, quam dedisti mihi. 24.

Qui reddet unicuique secundum opera eius: iis quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam. Rom. 2.6.

Existimo enim, quod non sint condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriā, quæ revelabitur in nobis. 8. 18.

Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt eum. 1. Cor. 2.  
9.

Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. 13. 12.

Charissimi nunc filii Dei sumus: & nondum apparuit, quod erimus. Scimus quoniam, cùm apparuerit, similes erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. 1. Joann.  
3. 2.

Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus æstus: quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet illos ad vi-

tæ fontes aquarum, & absterget D<sup>E</sup>us o-  
mnem lachrymam ab oculis eorum.

*Apoc. 22.*

5. Et nox ultrà non erit : & non ege-  
bunt lumine lucernæ, neq; lumine fo-  
lis, quoniam Dominus D<sup>E</sup>us illumina-  
bit illos, & regnabunt in sæcula sæculo-  
rum.

*Gloria nostra in b<sup>e</sup>no quærenda.*

*Ecceli. 33.*

**N**E dederis maculam in gloria tua.

24. Gloriamur in spe filiorum Dei.

Non solùm autem, sed & gloriamur in

*Rom. 5.3.* tribulationibus : scientes, quòd tribu-  
latio patientiam operatur : patientia  
autem probationē, probatio verò spem,  
spes autem non confundit.

*2. Cor. 1.*

12. Nam gloria nostra hæc est, testimoni-  
um conscientiæ nostræ, quòd in simpli-  
citate cordis, & sinceritate, & non in  
sapientia carnali, sed in gratia Dei con-  
versati sumus in hoc mundo : abundan-  
tiùs autem ad vos.

10. 13. Nos autem non in immensum gloria-  
bimur, sed secundūm mensuram regulæ,  
quā mensus est nobis D<sup>E</sup>us mensuram  
pertingendi usq; ad vos.

12. 9. Libenter igitur gloriabor in infirmi-  
tatis meis, ut inhabitet in me virtus  
Christi.

*Jac. 1. 9.*

Glorietur enim frater humilis in e-  
xaltatione sua ; dives autem in humili-  
tate sua, quoniam sicut flos fæni tran-  
sibit.

*Gloria-*

*Gloria in vaso fugienda.*

**N**E glorieris in crastinum ignorans, *Prov. 27.*  
quid superventura pariat dies. *1.*

Pauper gloriatur per disciplinam, & *Eccli. 20.*  
timorem suum: & est homo, qui gloria- *33.*  
tur propter substantiam suam, qui au-  
tem gloriatur in paupertate, quantò  
magis in substantia? & qui gloriatur in  
substantia, paupertatem vereatur.

In vestitu ne glorieris unquam, nec in *11. 4.*  
die honoris tui extollaris: quoniam  
mirabilia opera altissimi.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, *Gal. 5. 26.*  
invicem provocantes, invicem invi-  
dentes.

Nam si qui existimat se aliquid esse, *6. 3.*  
cùm nihil sit ipse se seducit.

*Gloria DEI in omnibus querenda.*

**F**illi mi da gloriam Domino D E O *Josu. 51.*  
Israël. *19.*

Pater noster, qui es in cœlis: sanctifi- *Mat. 6. 9.*  
cetur nomen tuum.

Confestim autem percussit eum An- *Astor. 12.*  
gelus Domini, cùd quod non dedit set ho- *23.*  
norem Deo: & consumptus à vermibus  
expiravit.

Empti enim estis pretiō magnō. Glo- *1. Cor. 6.*  
rificate, & portate Deum in corpore ve- *20.*  
stro.

Sive ergo manducatis, sive bibitis, si- *10. 21.*  
ve aliud quid facitis: omnia in Glori-  
am Dei facite. Z 4 Sed

- Philip. 1.* Sed in omni fiducia sicut semper, &  
*20.* nunc magnificabitur Christus in corpo-  
 re meo, sive per vitam, sive per mortem.  
*Coloff. 3.* Omne quodcunq; facitis in verbo,  
*17.* aut in opere, omnia in nomine Domini  
 JESU Christi, gratias agentes Deo & Pa-  
 tri per ipsum.

*Gratia DEI.*

*Prov. 12.* **Q**ui bonus est hauriet gratiam à Do-  
*2.* mino.

*Isa. 55. 1.* Omnes sitientes venite ad aquas: &  
 qui non habetis argentum, properate,  
 emite, & comedite: venite, emite absq;  
 argento, & absq; ulla comutatione vi-  
 num & lac.

*Joann. 1.* Quia lex per Moysen data est, gra-  
*17.* tia & veritas per JESUM Christū facta est.

*Rom. 5.* Ubi autem abundavit delictum, su-  
*20.* perabundavit gratia; ut, sicut regnavit  
 peccatum in mortem: ita & gratia re-  
 gnet per justitiam in vitam æternam,  
 per JESUM Christum Dominum nostrū.

*6. 23.* Stipendia enim peccati mors. Gra-  
 tia autem Dei, vita æterna in Christo  
 JESU Domino nostro.

*9. 16.* Igitur non volentis, neq; currentis,  
 sed miserentis est Dei.

*3 Cor. 12. 9.* Sufficit tibi gratia mea.

Unicuiq; autem nostrum data est gra-  
*Eph. 4. 7.* tia secundū mensuram donationis  
 Christi.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiā consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hebr. 4.  
16.

DEus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 1.Petri 5.  
5.

*Gratia bonum operatur.*

**G**ratia sicut paradyfus in benedictionibus, & misericordia in sæculum permanet. Eccli.40.  
17.

Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat sp̄ritus datus, quia JESUS nondum erat glorificatus. Joann.7.  
38.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei pér JESUM Christum Dominum nostrū. Rom. 7.  
24.

Gratia autem Dei sum id, quod sum, 1.Cor. 15.  
& gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed Gratia Dei mecum.

Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. 2Cor.6.1.

Gratiâ enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est; non ex operibus, ut ne quis glorietur. Eph. 2.2.

Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii. 1.Tim.4.  
14.

*Gratia agenda ante, & post cibum  
sumptum.*

**D**eut. 8. **U**T cùm comederis, & saturatus fu-  
ris, benedicas Domino Deo tuo pro-  
terra optima, quam dedit tibi. Obser-  
va, & cave, ne quando obliviscaris Do-  
mini Dei tui.

**I**. Reg. 9. Ingredientes urbem, statim invenie-  
tis eum antequam ascendat excelsum ad  
vèscendum. Neq; enim comessurus est  
populus donec ille veniat : quia ipse  
benedicit hostiæ, & deinceps comedunt,  
qui vocati sunt.

**M**att. 14. **A**fferte mihi illos huc. Et cùm jus-  
sisset turbani discumbere super fænum,  
acceptis quinq; panibus, & duobus pi-  
fcibus aspiciens in cœlum benedixit, &  
fregit, & dedit discipulis panes, disci-  
puli autem turbis.

**26.** **C**ænantiibus autem eis accepit JEsus  
panem, & benedixit, ac fregit, deditq;  
discipulis suis.

**A**ct. 27. **E**t cum hæc dixisset, sumens panem,  
35. **g**ratias egit Deo in conspectu omnium:  
& cum fregisset, cæpit manducare.

**1. Cor. 10.** **S**i ego cum gratia participo, quid  
30. **b**lasphemor pro eo, quòd gratias ago?  
*Gratitudo pro beneficiis Dei.*

**G**en. 32. **D**omine, qui dixisti mihi: revertere  
10. **i**n terram tuam, & in locum na-  
tivitatis tuæ, & benefaciam tibi: minor  
sum

sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam explevisti servo tuo. In baculo meo transivi Jordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.

Tunc cecinit Moyses, & filii Israël *Exod. 15.*  
carmen hoc Domino, & dixerunt: Can-  
temus Domino; gloriōsē enim magni-  
ficatus est, equum, & ascensorem deje-  
cit in mare. Fortitudo mea, & laus mea  
Dominus, & factus est mihi in salutem:  
iste DEus meus, & glorificabo eum: DE-  
us Patris mei, & exaltabo eum, &c.

Pro puerō ista oravi, & dedit mihi Do-  
minus petitionem meā, quam postula-  
vi eum. Idcirco & ego commodavi eum  
Domino cunctis diebus, quibus fuerit  
commodatus Domino: Et adoraverunt  
ibi Dominum. Et oravit Anna & ait:

Exultavit cor meum in Domino.

Ingressus est autem Rcx David, & se-  
dit coram Domino, & dixit: quis ego  
sum Domine DEus, & quae domus mea,  
quia adduxisti me hucusq;? sed & hoc  
parum visum est in conspectu tuo Domi-  
ne DEus, &c.

Benedictus Dominus DEus hodie, *3. Reg. 5.*  
qui dedit David filium sapientissimum  
super populum hunc plurimum.

Benedicite Deum Cœli, & coram o-  
mnibus viventibus confitemini ei, quia  
fecit vobiscum misericordiam suam.

Tunc

1.

27.

2. 1.

2. Reg. 7.

18.

7.

6.

- Judit. 16.* Tunc cantavit canticum hoc Domino  
 1. no Judith dicens : Incipite Domino in  
 tympanis , cantate Domino in cymba-  
 lis , modulamini illi psalmum novum ,  
 exaltate , & invocate nomen ejus , &c .
- Dan. 2.* Tunc Danieli mysterium per visionem  
 noctu in vigiliis revelatum est : & bene-  
 dixit Daniel Deum cœli , & locutus ait :  
 sit nomen Domini benedictum à sæcu-  
 lo , & usq; in sæculum .
3. 24. Et ambulabant in medio flammæ lau-  
 dantes Deum , & benedicentes Dño , &c .
2. *Mach.* De magnis periculis à Deo liberati  
 1. 11. magnificè gratias agimus ipsi , utpote  
 qui adversus talem regem dimicavimus .
- Lucæ. 1.* Et beata quæ credidisti , quoniam per-  
 ficientur ea , quæ dicta sunt tibi à Do-  
 mino . Et ait Maria : Magnificat anima  
 mea Dominum , &c .
- Matt. 9.* Videntes autem turbæ timuerunt , &  
 8. glorificaverunt Deum , qui dedit pote-  
 statem talem hominibus .
1. *Tim. 1.* Gratias ago ei , qui me confortavit ,  
 12. Christo JESU Domino nostro , quia fide-  
 lem me existimavit ponens in ministe-  
 rio : qui prius blasphemus fui , & perse-  
 cutore , & contumeliosus : sed misericor-  
 diam Dei consecutus sum , quia igno-  
 rans feci in incredulitate . Superabun-  
 davit autem gratia Domini nostri cum  
 fide , & dilectione , quæ est in Christo JESU .

*Gratitudo pro beneficiis hominum.*

**D**Ixit autem Rex Sodomorum ad A- Gen. 14.  
bram: Da mihi animas, cætera tol- 21.  
le tibi: eò scilicet, quæd hostes illius debel-  
laverit.

Num quia frater meus es , gratiæ ser- 29. 15.  
vies mihi? dic, quid mercedis accipias?

Quia ostendit tibi DEus omnia, quæ locutus es , nunquid sapientiorem , & consimilem rui invenire potero? Tu eris super domum meam , & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. 41.39.

Dixeruntq; omnes viri Israël ad Ge- Judic. 8.  
deon: Dominare nostri tu , & filius tu- 22.  
us, & filius filii tui : quia liberâsti nos de manu Madian.

Ne timeas, quia faciens faciam in te 2. Reg. 9.  
misericordiam propter Jonathan pa- 7.  
trem tuum , & restituam tibi omnes agros Saul patris tui , & tu comedes pa-  
nem in mensa mea semper.

Domine DEus meus , etiamne vidu- 3. Reg. 17.  
am, apud quam ego utcunq; sustendor, 20.  
affixisti, ut interficeres filium ejus ? &  
expandit se atq; mensus est super puerum  
tribus vicibus , & clamavit ad Dominum , & ait : Domine DEus meus , revertatur obsecro anima pueri hujus in viscera ejus.

Ecce sedulè in omnibus ministrâsti 4. Reg. 4.  
nobis, quid vis ut faciam tibi? nunquid 13.  
habes

habes negotium, & vis, ut loquar Regi,  
sive Principi militiae?

**Tob. 12.3.** Me duxit, & reduxit sanum, pecuniam à gabello ipse accepit, uxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus, ejus fecit, me ipsum à devoratione piscis eripuit, te quoq; videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? sed peto te pater mi, ut roges eum, si fortè dignabitur medietatem de omnibus, quæ allata sunt sibi assumere.

### Gula.

**Gen. 3.6.** Vidiit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; deletabile: & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum: cūmq; agnoverissent se esse nudos confuerunt folia fiscus, & fecerunt sibi perizomata.

**ii.** Quis enim indicavit tibi, quod nudus essem, nisi, quod ex ligno, de quo præcepseram tibi, ne comederes, comedisti?

**iii.** Mulieri quoq; dixit: multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: Adæ vero dixit: quia audisti vocem uxoris tuae,

& co-

& comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In sudore vultûs tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es.

Cæpítq; Noë vir agricola exercere terram, & plantavit vineam. Bibénsq; vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.

Juravit ei Esau, & vendidit primogenitura. Et sic accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, parvipendens, quod primogenita vendidisset.

Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis yeniunt cucumeres, & pepones, porríq; & cepæ, & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud recipiunt oculi nostri nisi Man.

Ego enim audivi vos dicere; quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Ut det vobis Dominus carnes, & comedatis: non uno die, non duabus, vel quinq; aut decem, nec viginti quidem, sed usq; ad mensem dicrum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam.

*Genes.* 20.

25. 33.

*Num. II.*

4.

18.

Ad-

**Num. 11.** Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hujuscemodi cibus: Et ecce furor Domini concitatus in populu percussit eum plagâ magnâ nimis.

**Deut. 31.** Cûmq; comederint, & saturati crassî que fuerint, avertentur ad Deos alienos, & servient eis: detrahéntq; mihi, & irritum facient pactum meum.

**Judic. 16.** Lætantésq; per convivia, sumptis jam epulis, præceperunt, ut vocaretur Samson, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, fecerûntq; cum stare inter duas columnas.

**29.** Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alterámq; earum dextrâ, & alteram lævâ tenens ait: Moriatur anima mea cum Philistim; concussisq; fortiter columnis, cecidit domus super omnes Principes.

**Nehem. 9.** Comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundaverunt deliciis in bonitate tua magna.

**3. Esdr. 3.** Viri, quâm prævalet vinum omnibus hominibus, qui bibunt illud, seducit mentem. Itémq; Regis, & Orphani facit mentem vanam. Item servi ac liberi, pauperis ac divitis, & omnem mentem convertit.

**Jobi. 20.** Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.

**Ps. 77. 29.** Et mundaverunt, & saturati sunt nimis.

Ad-

Adhuc escæ erant in ore ipsorum, & Psal. 77.  
ira Dei ascendit super eos. 31.

Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid Matib. 6.  
manducetis, neq; corpori vestro, quid 35.  
induamini. Nōne anima plus est, quam  
escas.

Esca ventri, & venter escis: DEus. Cor. 6.  
autem, & hunc, & has destruet. 13.

Homo quidam erat dives, qui indue-Lucæ. 16.  
batur purpurā & byssō: & epulabatur 19.  
quotidie splendide. Et erat quidam men-  
dicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad  
januam ejus ulceribus plenus, cupiens  
saturari de micis, quæ cadebant de men-  
sa divitis, & nemo illi dabat.

Sicut in die honestè ambulemus, non Rom. 13.  
in comeditionibus, & ebrietatibus. 13.

Ebrietates, comeditiones, & his si- Gal. 5.21.  
milia: quæ prædico vobis, sicut prædi-  
xi, quoniam qui talia agunt, regnum  
Dei non consequentur.

Quorum finis interitus: quorum De- Phil. 3.12.  
us venter est: & gloria in confusione  
ipsorum, qui terrena sapiunt.

Ne quis fornicator aut profanus, ut Hebr. 12.  
Esau: qui propter unam escam vendi- 16.  
dit primitiva sua.



# HÆREDITAS superiora.

**Ps. 27. 9.** **S**ALVUM fac populum tuum Dominc,  
& benedic hæreditati tuæ.

**15. 5.** **D**ominus pars hæreditatis meæ,  
& calicis mei : tu es, qui restitues hære-  
ditatem meam mihi.

**36. 9.** Sustinentes autem Dominum, ipsi hæ-  
reditabunt terram.

**Rom. 8.** Si autem filii, & hæredes : hæredes  
**17.** quidem Dei, cohæredes autem Christi.  
*Hæritas terrena.*

**Nam. 27.** **H**OMO cùm mortuus fuerit absq; fi-  
**8.** lio, ad filiam ejus transibit hære-  
ditas. Si filiam non habuerit, habebit  
successores fratres suos. Quod si & fra-  
tres non fuerint, dabitis hæreditatem  
fratribus patris ejus. Sin autem nec pa-  
triós habuerit, dabitur hæritas his,  
qui ei proximi sunt.

**Prov. 13.** Bonus relinquit hæredes filios, & ne-  
**22.** potes : & custoditur justo substantia  
peccatoris.

**so. 21.** Hæritas, ad quam festinatur in  
principio, in novissimo benedictione  
carebit.

*Hæretici vitandi.*

**Deut. 13.** **S**I surrexerit in medio tui prophetes,  
**1.** aut qui somnium yiddisse se dicat, &

*præ-*

prædixerit signum, atq; portentum, & evenerit, quod locutus est, & dixerit tibi: eamus, & seqnamur Deos alienos, quos ignoras, & scriviamus eis; non audies verba prophetæ illius, aut somnioris: quia tentat vos Dominus DEus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in teta anima vestra?

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum, cognoscetis eos. *Matt. 7. 25.*

Rogo autem yes fratres, ut observetis *Rom. 16. 17.* eos, qui dissensiones, & offendicula propter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt; & declinate ab illis.

Voluptatum amatores magis, quam *2. Tim. 2. 4.* Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita.

Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita. Sunt enim inutiles, & vanæ. Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem devita, sciens, quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condenatus.

*Hæretici Deum offendunt.*

**N**Ovit Dominus pios de temptatione cripere: iniquos vero in diem iudicii *2 Pet. 2. 9.*

dicii reservare cruciandos : magis autem eos , qui post carnem in concupiscentia imunditiae ambulant , dominationemque contemnunt , audaces , sibi placentes , sectas non metuunt , introducere blasphemantes .

*Proximum seducunt.*

**2. Petri 3.** **H**oc primum scientes , quod venient  
3. in novissimis diebus in deceptione illusores juxta proprias concupiscentias ambulantes .

**Matt. 24.** Videte , ne quis vos seducat , multi

4. enim venient in nomine meo , dicentes : Ego sum Christus : & multos ledulent .

11. Et multi pseudoprophetæ surgent , & seducent multos .

23. Tunc si quis vobis dixerit : Ecce hic est Christus , aut illic : nolite credere . Surgeant enim pseudoChristi , & pseudoprophetæ : & dabunt signa magna , & prodigia , ita , ut in errorem inducantur ( si fieri potest ) etiam electi .

**1. Cor. 11.** Nam oportet & hæreses esse , ut & qui probati sunt , manifesti fiant in vobis .

Nam ejusmodi pseudoapostoli , sunt

**2. Cor. 11.** operarii subdoli , transfigurantes se in

13. Apostolos Christi . Et non mirum : ipse enim satanas transfigurat se in Angelum lucis . Non est ergo magnum , si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiae : quorum finis erit secundum opera ipsorum .

Ego

Ego scio, quoniam intrabunt post di- Act. 20.  
29.  
scensionem meam lupi rapaces in vos,  
non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis  
exurgent viri loquentes perversa, ut  
abducant discipulos post se.

Fuerunt vero, & pseudoprophetæ in 2. Petri 2.  
1.  
populo, sicut & in vobis erunt magistri  
mendaces, qui introducent sectas per-  
ditionis, & cum, qui emit eos, Dominū  
negant, superducentes sibi celerem per-  
ditionem. Et multi sequentur eorum  
luxurias, per quos, via veritatis blas-  
phemabitur: & in avaritia fictis verbis  
de vobis negotiabuntur.

Superba enim vanitatis loquentes, 33.  
pellunt in desideriis carnis luxuriæ  
eos, qui paululum effugiunt, qui in er-  
rore conversantur: libertatē illis pro-  
mittentes, cùm ipsis servi sint corruptio-  
nis: à quo enim quis superatus est, hu-  
jus & servus est.

Charissimi nolite omni spiritui cre- 1. Joann.  
4. 1.  
dere, sed probate spiritus, si ex Deo sint:  
quoniam multi pseudoprophetæ exi-  
runt in mundum.

Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo 36.  
loquuntur: & mundus eos audit. Nos  
ex Deo sumus. Qui novit Deum, au-  
dit nos: qui non est ex Deo non audit  
nos: in hoc cognoscimus Spiritum veri-  
tatis, & spiritum erroris.

*Factis se ipsos produnt.*

**Matt. 7.** **A** fructibus eorum cognoscetis eos.  
**16.** Nunquid colligunt de spinis uyas,  
 aut de tribulis ficus? sic omnis arbor  
 bona fructus bonos facit: mala autem  
 arbor malos fructus facit.

**Joan. 10.** Amen amen dico vobis; qui non in-  
 trat per ostium in ovile ovium, sed a-  
 scendit aliunde, ille fur est, & latro.

Hoc autem scito, quod in novissimis  
**2. Tim. 3.** diebus instabunt tempora periculosa:  
**1.** erunt homines se ipsos amantes, cupidi,  
 elati, superbi, blasphemati, parentibus  
 non obedientes, ingratii, scelesti, sine  
 affectione, sine pace, criminatores, in-  
 continentes, imites, sine benignitate,  
 proditores, protervi, tumidi, & volu-  
 ptatum amatores, magisquam Dei: ha-  
 bentes speciem quidem pietatis, virtu-  
 tem autem ejus abnegantes.

**3. Joann.** Siquis venit ad vos, & hanc doctri-  
 nam non affert, nolite recipere eum in-  
 domum, nec ave ei dixeritis. Qui e-  
 nim dicit illi ave, communicat operibus  
 ejus malignis.

*Homicidium, & sanguinis effusio.*

**Gen. 4.8.** **D**ixitq; Caih ad Abel fratrem suum &  
 egrediamur foras. Cumq; essent  
 in agro, consurrexit Cain adversus fra-  
 trem suum Abel, & interfecit eum.

**9. 5.** Sangvinem enim animarum yestrarū  
 requie-

requitā de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu viri, & fratri ejus, requiram animam hominis.

Quicunq; effuderit humanū sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo.

Ecce somniator venit: venite, occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem: dicemusq; fera pessima devoravit eum.

Quare percutis proximum tuum? qui respondit: quis te constituit principem, & judicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti. Ægyptium? Timuit Moyses & ait: quomodo palam factum est verbum istud?

Non occides. Mat. 5. 21. Rom. 13. 9.

Si effringens fundum sive suffodiens fuerit inventus, & accepto vulnera mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis.

Quodsi orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur.

Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.

Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed jacuerit.

in lectulo: si surrexerit, & ambulaverit foris super baculum suum, innocens erit, qui percusserit, ita tamen, ut operas ejus, & impensas in medicos restituat.

**Exod. 21.** Si rixati fuerint viri, & percusserit  
**22.** quis mulierem prægnantem, & abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subjacebit damno quantū maritns mulieris expetierit, & arbitrii judicaverint. Sin autem mors ejus fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore.

**23.** Si bos cornu percusserit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes ejus, dominus quoq; bovis iñocens erit.

**Lev. 24.** Qui percusserit, & occiderit hominem,  
**17.** morte moriatur.

Si quis ferro percusserit, & mortuus Num. 35. fuerit, qui percussus est: reus erit homicidii, & ipse morietur. Si lapidem jecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindacabitur.

**30.** Homicida sub testibus punietur; ad unius testimonium nullus condemnabitur. Non accipietis pretium ab eo, qui

qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur.

Nemo occidatur uno contra se dicente testimonium. Deut. 17. 6.

Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita servanda est: Qui percutserit proximum suum nesciens, & qui heret, & nuditus tertius nullum contra eum odiū habuisse comprobatur: sed abiisse cum eo simpliciter in sylvā ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fuderit manu, ferrumq; lapsum de manubrio amicum ejus percutserit, & occiderit: hic ad unam suprà dictam urbem configiet, & vivet.

Si quis autem odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ ejus, surgensq; percutserit illum, & mortuus fuerit, fuderitq; ad unam de supradictis urbibus, mittent seniores civitatis illius, & arripiunt eum de loco effugii, tradentq; in manu proximi, cujus sanguis effusus est, & morietur.

Maledictus, qui clam percutserit proximum suum, & dicet omnis populus: Amen.

Tunc ait illi JESUS: converte gladium tuum in locum suum: omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matt. 26. 52.

*Homicidium saepe oritur ex invidia.*  
Siebat enim, quod per invidiam tradidissent eum.

Tunc

19. 4.

11.

27. 24.

52.

27. 18.

*Matt. 27.* Tunc dimisit illis Barabbam: IESUM  
*26.* autem flagellatum tradidit eis, ut cruci-  
 figeretur.

*Joann. 8.* Vos ex patre diabolo estis, & deside-  
*44.* ria patris vestri vultis facere. Ille homi-  
 cida erat ab initio, & in veritate non  
 stetit.

*Jude 11.* Vnde illis, quia in via Cain abierunt.

*Ex avaritia.*

*3. Reg. 21.* Sic Jezabel ob vineam habendam, oc-  
*9.* cidi fecit Naboth.

*Job. 24.* Manè primò consurgit homicida, in-  
*14.* terficit egenum, & pauperem: per no-  
 tem verò erit quasi fur.

*Ex luxuria.*

*2. Reg. 11.* Sic David Uriam propter Bethzabe-  
*15.* am Uxorem ejus occidi procuravit.

*Marc. 6.* Sic Herodes decolari jussit Joannem  
*27.* Baptistam.

*Ex Ambitione.*

*Judic. 9.* Sic Abimelech, ut solus regnare pos-  
*5.* sit, occidit fratres suos filios Jeroba-  
 al septuaginta viros, super lapidē unum.

*4. Reg. 11.* Athalia verò mater Ochoziæ, videns  
*1.* mortuum filium suum, surrexit, & inter-  
 fecit omne semen regium.

*H O M O.*

*Genes. 1.* Faciamus hominem ad imaginem, &  
*26.* similitudinem nostram: & præsit  
 piscibus maris, & volatilibus Cœli, &  
 bestiis, universaq; terræ, omnq; repti-  
 li, quod moveatur in terra.

*Ad*

Ad imaginem quippe Dei factus est Gen. 9.6.  
homo.

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, Psal. 8.6.  
gloriâ, & honore coronasti eum : & con-  
stituisti eum super opera manuum tuarum.

*Hominis humilitas ob materiam vilitatem.*

Formavit igitur Deus hominem de Gen. 2.7.  
limo terræ.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me. Job. 10.8.  
Runt me totum in circuitu, & sic repen-  
te præcipitas me? Memeto quæso, quod  
sicut lutum feceris me, & in pulverem  
reduces me.

Homo vanitati similis factus est : dies Ps. 143.4.  
eius sicut umbra prætereunt.

Unus ergo introitus est omnibus ad Sap. 7.6.  
vitam, & similis exitus.

Ecce, vos estis ex nihilo, & opus ve- Is. 41.24.  
strum ex eo, quod non est: abominationis  
est, qui elegit vos.

Væ, qui contradicit factori suo, testa- 45.5.  
de famiis terræ: nunquid dicet lutum  
figulo suo: quid facis, & opus tuum abs-  
que manibus est?

In sudore vultus tui vesceris pane, do- Genes. 3.  
nec revertaris in terram, de qua sum- 19.  
ptus es: quia pulvis es, & in pulverem  
reverteris.

Revertatur pulvis in terram suam, un- Eceles. 3.12.  
de erat, & spiritus redeat ad Deum, qui 7.  
dedit illum.

**Ecli. 41.** Omnia, quæ de terra sunt, in terram  
13. convertentur; sic impii à maledicto in  
perditionem.

**Job. 34.** Deficiet omnis caro simul, & homo  
15. in cinerem revertetur.

**Psal. 102.** Quomodo miseretur pater filiorum,  
14. misertus est Dominus timentibus se:  
quoniam ipse cognovit figmentum no-  
strum.

*Ob vitæ brevitatem.*

**Job. 8. 9.** H Esterñi quippe sumus, & ignora-  
mus, quoniam sicut umbra dies  
nostrí sunt super terram.

**10. 20.** Nunquid non paucitas dierum meo-  
rum finietur brevi?

**16. 23.** Ecce enim breves anni transeunt, &  
semitā, per quam non revertar, ambulo.

**Ps. 38. 6.** Ecce mensurabiles posuisti dies me-  
os; & substantia mea tanquam nihilum  
ante te.

**101. 12.** Dies mei sicut umbra declinaverunt:  
& ego sicut fænum arui.

**Eccles. 9.** Nescit homo finem suum: sed sicut  
12. pisces capiuntur hamo, & sicut aves la-  
queo comprehenduntur, sic capiunt ho-  
mines in tempore malo, cùm eis extem-  
plò supervenerit.

**Sap. 3. 5.** Umbræ enim transitus est tempus  
nostrum, & non est reversio finis nostri:  
quoniam consignata est, & nemo rever-  
titur.

Transiverunt omnia illa tanquā um- *Sap. 5. 9.*  
bra, & tanquam nuncius percurrentes, &  
tanquam navis, quæ pertransit fluctuan-  
tem aquam.

Sic & nos nati continuò desinimus  
esse. *13.*

Omnis caro sicut fænum veterascet, *Eccli. 14.*  
& sicut folium fructificans in arbore vi-  
ridi. Alia generantur, & alia dejiciun-  
tur: sic generatio carnis, & sanguinis,  
aliam finitur, & alia nascitur. Omne o-  
pus corruptibile in fine deficit.

Vox dicentis. Clama. Et dixi: quid  
clamabo? omnis caro fœnum, & omnis  
gloria ejus quasi flos agri. Exsiccatum  
est fænum, & cecidit flos, quia spiritus  
Domini sufflavit in eo. Verè fænum est  
populus. *Is. 40. 6.*

*Ob miseria multiplicitatem.*

**I**N sudore vultū tui vescēris pane. *Gen. 3. 19.*

Homo nascitur ad laborem, & avis *Job. 5. 7.*  
ad volatum.

Militia est vita hominis super terrā:  
& sicut dies mercenarii dies ejus. *7. 1.*

Homo natus de muliere, brevi vivens  
tempore, repletur multis miseriis: Qui  
quasi flos egreditur, & conteritur, & fu-  
git velut umbra, & nunquam in eodem  
statu permanet. *14. 1.*

Quid enim proderit homini de uni- *Eccles. 2.*  
verso labore suo, afflictione spiritūs,  
quā *22.*

quâ sub sole cruciatus est? Cuncti dies ejus doloribus, & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit: & hoc nonne vanitas est?

**Eccles. 5.** Est & alia infirmitas pessima, quam vi.  
**12.** di sub sole: Divitiae conservatæ in maium Domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima.

**45.** Quid ergo prodest ei, quod laboravit in ventum. Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumnâ, atq; tristitia.

**Sap. v. 15.** Corpus enim, quod corruptitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.

**Ecli. 40.** Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adam, à die exitûs de ventre matris eorum, usq; ad diem sepulturæ; in matrem omnium.

### HONORANDUS DEUS.

**Prov. 3.9.** Honora Dominum de tua substantia:  
**Mich. 6.** Quid dignum offeram Domino?  
**6.** curvabo genu de excelsô? nunquid offeram ei holocausta, & vitulos anniculos? Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pingvium?

**8.** Indicabo tibi ô homo quid sit bonū, & quid Dominus requirat à te: utiq; facere judiciū, & diligere misericordiam,  
& so-

& folicitum ambulare cum D<sup>E</sup>O tuo.

Regi autem s<sup>ecund</sup>ulorum i<sup>m</sup>ortal<sup>i</sup>, in- 1.Tim. 1.  
visibili soli Deo honor, & gloria in s<sup>ecund</sup>a 17.  
cula s<sup>ecund</sup>ulorum.

Reverentialiter per devotam laudationem.

I Pse est laus tua, & DEus tuus, qui fe- Deut. 10.  
cit tibi h<sup>ac</sup> magnalia, & terribilia, 21.  
Quae viderunt oculi tui.

Laudabo nomen Dei cum cantic<sup>o</sup>: Ps. 68.31.  
& magnificabo eum in laude, & placebit  
Deo super vitulum novellum cornua  
producentem.

Afferte Domino gloriam, & hono- 28. 2.  
rem, &c.

Benedicam Dominum in omni tem- 33. 1.  
pore: semper laus ejus in ore meo.

Magnificate Dominum mecum ; & 4.  
exaltemus nomen ejus in idipsum.

Sacrificium laudis honorificabit me. 49. 23.

Glorificantes Dominum quantum- Eceli. 43.  
tunq; potueritis, supervalebit enim ad- 326  
huc, & admirabilis magnificentia ejus.  
Benedicentes Dominum, exaltate illū,  
quantum potestis: major enim est o-  
mni laude. Exaltantes eum replemini  
virtute.

Quia fortitudo mea, & laus mea Do- Isa. 12.3.  
minus, & factus est mihi in salutem.

Populum istum formavi mihi, laudem 43. 31.  
meam narrabit.

Levemus corda nostra cum manibus Thr. 3. 41.  
ad Dñum in celos. Dico

**Lucæ 19.** Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.

*Per dignam oblationem.*

**Deut. 16.** **N**on apparebit ante Dominum vacuuus: sed offeret unusquisque secundum quod habuerit juxta benedictionem Dñi Dei sui, quam dederit ei.

**Ps. 53. 8.** Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est.

**Mal. 1.** Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in Gentibus.

**Ecli. 35.** Oblatio justi impingvat altare, & odor savitatis est, in conspectu Altissimi.

**Prov. 3.9.** Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei: & implebuntur horrea tua satuitate, & vino torcularia tua redundabunt. *v. Oblatio.*

*Honorandi sunt parentes.*

**Tob. 4.2.** **A**udi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum constitue. Cùm acceperit DEUS animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuae omnibus diebus vita ejus: memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Cùm autem & ipsa compleverit

verit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me.

Audi patrem tuum, qui genuit te; & *Prov. 23.*  
ne contemnas, cùm senuerit mater tua. 22.

Qui timet Dominū, honorat paren- *Ecli. 3.8.*  
tes, & quasi Dominis serviet his, qui se  
genuerunt. In opere, & sermonc, & o-  
mni patientia honora patrem tuum.

Fili suscipe senectam patris tui, & non  
contristes eum in vita illius; & si defe-  
cerit sensu, veniam da, & ne spernas e-  
um in virtute tua: eleemosyna enim pa-  
tris non erit in oblivione. Nam pro  
peccato matris restituetur tibi bonum,  
& in justitia ædificabitur tibi, & in die  
tribulationis coñmemorabitur tui: & si-  
cut in sereno glacies, solventur peccata  
tua.

Honora patrem tuum, & gemitus ma-  
tris tuæ ne obliiscaris: memento, quo-  
niam, nisi per illos, natus non fuisses: &  
retribue illis, quomodo & illi tibi.

Fili obedite parentibus per omnia: *Col. 3. 20.*  
hoc enim placitum est in Domino.

*Honorandi propter Dei mandatum.*

**H**Onora patrem tuum, & matrem tu- *Exod. 20.*  
am, ut sis longævus super terram, 12.  
quam Dominus DEus tuus dabit tibi.

Unusquisq; patrem suum, & matrem *Levit. 19.*  
suam timeat.

Honora patrem tuum, & matrem, si- *Deut. 5.*

cut præcepit tibi Dominus DEus tuus,  
ut longo vivas tempore, & bene sit tibi  
in terra, quam Dominus DEus tuus da-  
turus est tibi.

**Matt. 15.** Quare, & vos transgredimini manda-  
tum Dei propter traditionem vestram?  
**3.** Nam DEus dixit: Honora patrem, &  
matrem, & qui maledixerit patri, & ma-  
tri, morte moriatur. Vos autem dici-  
tis: quicunq; dixerit patri, vel matri,  
minus quodcunq; est ex me, tibi prode-  
rit; & non honorificabit patrem suum,  
aut matrem suam.

**Eph. 6.2.** Honora patrem tuum, & matrem tu-  
am: quod est mandatum primum in  
promissione.

*Propter mali imminentis periculum.*

**Exod. 21.** **Q**ui percußerit patrem suum, aut ma-  
**15.** trem, morte moriatur.

**Deut. 27.** Maledictus, qui non honorat patrem  
**16.** suum, & matrem.

**Prov. 19.** Qui affligit patrem, & fugat matrem,  
**26.** ignominiosus est, & infelix.

**20.20.** Qui maledicit patri suo, & matri, ex-  
tinguetur lucerna ejus in mediis tene-  
bris.

**23.24.** Qui subtrahit aliquid à patre suo, &  
à matre, & dicit hoc non esse peccatum,  
particeps homicidæ est.

**29.28.** Verbum custodiens filius, extra per-  
ditionem erit.

Oculus, qui subsannat patrem, & qui *Prov. 30,*  
despicit partum matris suæ, effodiant 17.  
eum corvi de torrentibus, & comedant  
eum filii aquilæ.

Ne glorieris in contumelia patris tui: *Ecli. 3.*  
non enim est tibi gloria, ejus confusio: 12.  
gloria enim hominis ex honore patris  
sui, & dedecus filii pater sive honore.

Quam malæ famæ est, qui derelinquit 18.  
patrem; & est maledictus à Deo, qui exas-  
perat matrem.

## HOSPITALITAS.

Vita nequam hospitandi de domo in *Ecli. 29.*  
domum: & ubi hospitabitur, non 31.  
fiducialiter ageret, nec aperiet os. Ho-  
spitabitur, & pascet, & potabit ingratos,  
& ad hæc amara audiet. Transi hospes,  
& orna mensam: & quæ in manu habes,  
ciba cæteros.

Frange esurienti panem tuum, & ege- *Is. 58. 7.*  
nos vagosq; induc in domum tuam.

Venite benedicti patris mei, posside- *Matt. 25.*  
te paratum vobis regnum à constitutio- 34.  
ne mundi. Esurivi enim, & dedistis mi-  
hi manducare: sitivi, & dedistis mihi  
bibere: hospes eram, & collegistis me.

Sed cum facis convivium, voca pau- *Lucæ 14.*  
peres, debiles, claudos, & cæcos. 13.

Necessitatibus sanctorum communi- *Rom. 12.*  
cantes, hospitalitatem sectantes. 13.

Et hospitalitatem nolite oblivisci, *Hebr. 13.*

per hanc enim latuerunt quidam Angelis hospitio receptis.

*i. Petri. 4.* Hospitalis invicem sine murmuratione.

## HUMILITAS.

*Judit. 9.* **N**on enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi; sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

*Ps. 33. 12.* Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde; & humiles spiritu salvabit.

*101. 18.* Respexit in orationem humilium, & non sprevit precem eorum.

*130. 1.* Domine, non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei; neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.

*Prov. 11.* Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi autem est humilitas, ibi & sapientia.

*16. 19.* Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis.

*15. 33.* Gloriam praecedit humilitas.

*25. 7.* Melius est enim, ut dicatur tibi: ascende hic; quam ut humiliaris coram principe.

*29. 23.* Superbum sequitur humilitas: & humilem spiritu suscipiet gloria.

*Ps. 112. 5.* Quis sicut Dominus Deus noster, qui in

in altis habitat, & humilia respicit in  
cœlo, & in terra.

Suscitans à terra inopem, & de ster- *Pſ. 112. 7.*  
core erigens pauperem.

Est, qui nequiter humiliat se, & inte- *Eccli. 19.*  
riora ejus plena sunt dolo: & est, qui se *24.*  
nimium submittit à multa humilitate.

Humilia valde spiritum tuum: quo- *7. 19.*  
niam vindicta carnis impii, ignis, & ver-  
mis.

In humilitate tua patientiam habe: *2. 5.*  
quoniam in igne probatur aurum, & ar-  
gentum, homines verò receptibiles in  
camino humiliationis.

Quanto magnus es, humili te in o- *3. 20.*  
mnibus, & coram Deo invenies gratiā:   
quoniam magnā potentia Dei solius,  
& ab humilibus honoratur.

Oratio humiliantis se, nubes pene- *35. 21.*  
trabit: & donec propinquet non con-  
solabitur: & non discedet, donec Al-  
tissimus aspiciat.

Quia hæc dicit excelsus, & sublimis *Iſ. 57. 15.*  
habitans æternitatem: & sanctum no-  
men ejus in excelso, & in sancto habi-  
tans, & cum contrito, & humiliato spi-  
ritu: ut vivificet spiritum humilium, &  
vivificet cor contritorum.

Ego quidem baptizo vos in aqua, in *Matt. 3.*  
pœnitentiam: qui autem post me ven- *11.*

turus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare.

*Matt. 8.* Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus, ut intres sub te. Etum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

*11. 29.* Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.

*18. 4.* Quicunq; ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno cœlorum.

*20. 26.* Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut filius hominis, non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

*23. 12.* Qui autem se exaltaverit humiliabitur: & qui se humiliaverit exaltabitur.

*Luca 1.* Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

*48.* Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.

*15. 19.* Jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis.

*18. 12.* Et Publicanus a longè stans, nolebat, nec oculos ad cœlum levare; sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitiatus esto mihi peccatori.

Id ipsum invicem sentientes: non Rom. 12.  
alta sapientes, sed humilibus conser- 16.  
tientes.

Induite vos ergo sicut electi Dei, san. Col. 3.12.  
eti, & dilecti, viscera misericordiae, be-  
nignitatem, humilitatem, modestiam,  
patientiam.

Omnis autem invicem humilitatem 1. Petri 5.  
insinuate, quia Deus superbis resistit, 5.  
humilibus autem dat gratiam.

Glorietur autem frater humili in ex- Jac. 1.9.  
altatione sua; dives autem in humili-  
tate sua: quoniam sicut flos fæni tran-  
sibit.

Humiliamini in conspectu Domini, 4. 10.  
& exaltabit vos.

### *Humilitatis exempla.*

Respondensq; Abraham ait: Quia se- Gen. 18.  
mel cæpi, loquar ad Dominum me. 27.  
um, cum sim pulvis & cinis.

Dixitq; David ad Michol (*despicien-  
tem se propter saltum coram Arca DEI:*) An. 2. Reg. 6.  
te Dominum, qui elegit me potius, quam  
patrem tuum, & quam omnem Domum  
eius, & præcepit mihi, ut essem Dux  
super populum Domini in Israël, & Ju-  
dam, & vilior fia plūs, quam factus sum:  
& ero humili in oculis meis.

Humiliatusq; est postea, eò quod ex-  
altatum fuisset cor eius, tam ipse, quam 2. Par. 32.  
habitatores Jerusalem: & idcirco non 26.  
venit

venit super illos ira Domini in diebus  
Ezechiæ.

*Judie. 6.* Obsecro mi Domine, in quo liberabo

15. Israël ? ecce familia mea infima est in  
Manasse, & ego minimus in domo patris  
mei. Dixítq; ei Dominus : Ego ero te-  
cum : & percuties Madian quasi unum  
virum.

*Joan. 13.* Surgit à cæna, & ponit vestimenta sua:

4. & cùm accepisset linteum , præcinxit se.  
Deinde mittit aquam in pelym , & cæ-  
pit lavare pedes discipulorum , & exter-  
gere linteo, quo erat præcinctus.

*Actor. 10.* Et factum est, cùm introisset Petrus,

25. obvius venit ei Cornelius, & procidens  
ad pedes ejus adoravit. Petrus verò  
elevavit eum dicens : surge , & ego ipse  
homo sum.

*2. Cor. 15.* Ego enim sum minimus Apostolorū,

9. qui non sum dignus vocari Apostolus.

*Gen. 16.* Revertere ad Dominam tuam, & hu-

iliare sub manu illius.

Hoc enim sentite in vobis, quod & in

*Phil. 2.5.* Christo JEsu : qui cùm in forma Dei es-  
set, non rapinam arbitratus est esse se  
æqualem Deo : sed semet ipsum exi-  
nanivit formā servi accipiens, in simili-  
tudinem hominum factus, & habitu in-  
ventus ut homo. Humiliavit semet-  
ipsum factus odediens usq; ad mortem,  
mortem autem crucis.

Multum humiliavit se Jacob coram E-  
sau, & sic compescuit iram ejus.

Et ipse progrediens, adoravit pronus Gen. 33.  
in terram septies, donec appropinqua- 2.  
ret frater ejus.

Filiis Israël terribilem potentiam Holofer-  
nis, magnam per humilitatem vice-  
runt.

Dixitq; David ad Michol ante Domini-  
num, qui elegit me potius, quam patrem  
tuum, & quam omnem domum ejus, &  
præcepit mihi, ut essem dux super popu-  
lum Domini in Israël, & Iudam, & vilior  
fiam plus, quam factus sum: & ero hu-  
milis in oculis meis.

Et ideo humiliemus illi animas no- Judith.8.  
stras, & in spiritu constituti humiliato,  
servientes illi, dicamus flentes Domino,  
ut secundum voluntatem sic faciat no-  
biscum misericordiam suam: ut sicut  
conturbatum est cor nostrum in super-  
bia eorum, ita etiam de nostra humili-  
tate gloriemur.

## HYPOCRISIS.

ET spes hypocritæ peribit: non ei Job. 8.13.  
placebit vecordia sua, & sicut tela  
aranearum fiducia ejus.

Non enim veniet in conspectu ejus 13. 16.  
omnis hypocrita.

Congregatio enim hypocritæ steri- 15. 34.  
lis, & ignis devorabit tabernacula eo-  
rum.

*Job. 20. 5.* Et gaudium hypocritæ ad instar pun-  
eti. Si ascenderit usq; ad cœlum super-  
bia ejus , & caput ejus nubes tetigerit :  
quasi sterquilinum in fine perdetur : &  
qui eum viderant dicent : ubi est ? velut  
somnium ayolans , non invenietur.

*37. 8.* Quæ est enim spes hypocritæ si avarè-  
rapiat , & non liberet Dominus animam.  
ejus ? Nunquid DEus audiet clamorem  
ejus , cùm venerit super eum angustia ?  
aut poterit in omnipotente delectari ,  
& invocare Deum omni tempore ?

*36. 13.* Simulatores , & callidi provocant i-  
ram Dei , neq; clamabunt , cùm vincit  
fuerint. Morietur in tempestate ani-  
ma eorum , & vita eorum inter effami-  
natos.

*If. 29. 13.* Et dixit Dominus : eo quod appro-  
pinquat populus iste ore suo , & labiis  
suis glorificat me , cor autem ejus longè  
est à me , & timuerunt me mandato ho-  
minum , & doctrinis.

*Matth. 2. 10.* Ite , & interrogate diligenter de pue-  
ro : & cùm inveneritis , renunciate mi-  
hi , ut & ego veniens adorem eum.

Tunc Herodes videns , quoniam illu-  
*16.* sus esset à Magis , iratus est valde , & mit-  
tens occidit omnes pueros , qui erant in  
Bethlehem , & omnibus finibus ejus , à  
bimatu , & infra , secundùm tēpus , quod  
exquisierat à Magis .

Cùm

Cùm ergo facis eleemosynam , nolí Matth.6.  
tubâ canere ante te, sicut hypocritæ fa- 2.  
ciunt in synagogis, & in vicis, ut hono-  
rificantur ab hominibus.

Cùm autem jejunatis , nolite fieri si- 16.  
cūt hypocritæ tristes ; exterminant e-  
nim facies suas , ut appareant homini-  
bus jejunantes.

Hypocrita ejice primum trabem de 7. 5.  
oculo tuo, & tunc videbis ejicere festu-  
cam de oculo fratris tui.

Hypocritæ bene prophetavit de vo- 15. 7.  
bis Isaías , dicens : Populus hic labiis  
me honorat : cor autem eorum longè  
est à me.

Quid me tentatis Hypocritæ ? osten- 22. 18.  
dite mihi numisma censūs.

Væ vobis scribæ , & Pharisæi hypo- 23. 25.  
critæ, quia mundatis , quod deforis est  
calicis, & paropsidis : intus autem ple-  
ni estis rapinâ, & immunditiâ.

Pharisæe cæce, munda priùs, quod in-  
tus est calicis , & paropsidis , ut fiat id,  
quod deforis est mundum . Væ vobis  
scribæ , & Pharisæi hypocritæ : quia si-  
miles estis sepulchris dealbatis , quæ a-  
foris parent hominibus speciosa, intus  
verò plena sunt ossibus mortuorum , &  
omni spurcitiâ . Sic & vos aforis qui-  
dem parentis hominibus justi : intus au-  
tem pleni estis hypocrisi, & iniuitate.

Atten-

- Luca 12.* Attende à fermento pharisæorum,  
1. quod est hypocrisis. Nihil autem operum est, quod non reveleatur: neq; absconditum, quod non sciatur.
- 16. 15.* Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus: DEus autem novit corda vestra.
- 18. 11.* Pharisæus stans, hæc apud se orabat: DEus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum: raptiores, injusti, adulteri; velut etiam hic publicanus.
- Aet. 5. 1.* Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore sua, vendidit agrum, & fraudavit de pretio agri conscientiam uxori suâ; & afferens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit. *Pro quo subitanæ morte est punitus.*
- 2. Tim. 4.* Spiritus autem manifestè dicit; quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium.

## JACTANTIA.

- Prov. 27.* **L**AUDET te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua.
2. **L**Et dixit Philistæus ad David:
- 2. Reg. 17.* nunquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philistæus David in Diis suis: dixitq; ad David: Veni ad me, & dabo carnes tuas vola-

volatilibus cœli , & bestiis terræ.

Benadab remisit nuncios, & ait : Hæc 3. Reg. 30.  
faciant mihi Dii, & hæc addant, si suffe- 10.  
cerit pulvis Samariæ pugillis omnis po-  
puli, qui sequitur me. Et respondens  
Rex Israël ait : Dicite ei : Ne glorietur  
accinctus æq; ac discinctus.

Cùm percuesserimus eos omnes , sicut Judith. 6.  
hominem unum , tunc & ipse cum illis 3.  
Assiriorum gladio interibis , & omnis  
Israël tecum perditione disperiet : &  
probabis , quoniam Nabuchodonosor  
Dominus sit universæ terræ : tuncq; gla-  
dius militiæ meæ transiet per latera tua,  
& confixus cades inter vulneratos Isra-  
ël , & non respirabis ultrà , donec exten-  
mineris cum illis.

(Amon) dissimulatâ irâ reversus in do- Esth. 5. 10.  
mum suam , convocavit ad se amicos  
suos , & Zares uxorem suam ; & expo-  
suit illis magnitudinem divitarum sua-  
rum , filiorumq; turbam , & quanta eum  
gloria super omnes Principes , & servos  
suos Rex elevasset : Et post hæc ait : Re-  
gina quoq; Esther nullum alium voca-  
vit ad convivium cum Rege præter me :  
apud quam etiam cras , cum Rege pran-  
surus sum. Et cùm hæc omnia habeam ,  
nihil me habere puto , quamdiu videro  
Mardochæum Judæum sedentem ante  
fores Regias.

**Dan.** 3. *Quis est DEus, qui eripiat vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Mifach, & Abdenago, dixerunt Regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi.*

4. 57. *Responditq; Rex, & ait: Nonne haec est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cūmq; sermo adhuc esset in ore Regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex: Regnum tuum transibit à te, & ab omnibus ejicient te, & cum bestiis, & feris erit habitatio tua.*

**Soph.** 3. *Tunc auferam de medio tui magnilo quos superbiæ tuæ, & non adjicies ex altari amplius in monte sancto meo.*

**Rom.** 1. *Dicentes se enim esse sapientes, stulti facti sunt.*

2. **Cor.** 10. *Qui autem gloriatur, in Domino glorietur. Non enim, qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem DEus commendat.*

### IDOLOLATRIÆ PROHIBITIO.

**Ixod.** 20. **N**on habebis Deos alienos corā me. 3. *Non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neq; coles.*

23. *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis.* **N**on

Non adorabis Deos eorum, nec co- *Exod. 23.*  
 les eos, non facies opera eorum, sed *24.*  
 destrues eos, & confringes statuas eo-  
 rum, servietisq; Domino Deo vestro.

Nolite converti ad idola, nec Deos *Levit. 19.*  
 conflatiles facietis yobis. *4.*

Non plantabis lucum, & omnem ar- *Deut. 16.*  
 borem juxta altare Domini Dei tui. *21.*  
 Nec facies tibi, neq; constituas statuam:  
 quæ odit Dominus DEus tuus.

Non erit in te DEus recens, neq; ado- *Ps. 80. 10.*  
 rabis Deum alienum.

Quoniam omnes Dii Gentium dæmo- *95. 5.*  
 nia.

*Condicio vana Idololatriæ.*

**N**unquid ultores estis Baal, ut pu- *Judie. 6.*  
 gnetis pro eo? qui adversarius est *31.*  
 ejus, moriatur antequam lux crastina  
 veniat: Si DEus est, vindicet se de eo,  
 qui suffudit aram ejus.

Simulacra Gentium argentum, & au- *Ps. 113. 4.*  
 rum, opera manuum hominum. Os ha-  
 bent, & non loquentur: oculos habent,  
 & non videbunt. Aures habent, & non  
 audient; nates habent, & non odora-  
 bunt. Manus habent, & non palpabunt:  
 pedes habent, & non ambulabunt.

Infelices autem sunt, & inter mortu- *Sap. 13.*  
 os spes illorum est, qui appellaverunt *10.*  
 Deos opera manuum hominum, aurum,  
 & argentum, artis inventionem, & si-  
 mili-

similitudines animalium , aut lapidem  
inutilem opus manus antiquæ.

*Sap. 13.* Non erubescit loqui cum illo, qui si-

*18.* nè anima est ; & pro sanitate quidem infirmum deprecatur , & pro vita rogat mortuum , & in adjutorium inutilem invocat : & pro itinere petit ab eo , qui ambulare non potest : & de acquirendo , & de quærendo , & de omnium rerum eventu pétit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

*34. 27.* Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium est finis: Aut enim dum lætantur insaniantur ; aut certè vaticinantur falsa , aut vivunt in justè, aut pejerant citò.

*Is. 44. 8.* Nunquid est DEus absq; me , & formator, quem ego non noverim? Plastæ idoli omnes nihil sunt , & amantissima eorum non proderunt eis: ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neq; intellegunt , ut confundantur.

*46. 5.* Cui assimilâstis me , & adæquâstis, & comparâstis me , & fecistis similem? Qui confertis aurum de sacculo , & argentū statera ponderatis : conducentes aurificem, ut faciat Deum : & procidunt, & adorant. Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo : & stabit, ac de loco suo non movebitur: Sed & cum clamaverint ad eum, non audiunt:

diet : de tribulatione non salvabit eos.

Filioli, custodite vos , à simulacris. *1. Joan. 5.*

*Punitio.*

21.

**S**i tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel *Deut. 13.* filii, sive uxor, quæ est in sinu tuo , aut amicus, quem diligis ut animam tuam , clam dicens : Eamus, & serviamus Diis alienis, quos ignoras tu , & patres tui, cunctarum in circuitu gentium,quæ juxta, vel procul sunt ab initio , usq; ad finem terræ, non acquiescas ei, nec audi-as, neq; parcat ei oculus tuus, ut misere-aris ; sed statim interficies , sit primum manus tua super eum , & postea omnis populus mittat manum. Lapidibus o-brutus necabitur : quia voluit te ab-strahere à Domino Deo tuo.

Confundantur omnes, qui adorant *Ps. 96. 7.* sculptilia : & qui gloriantur in simula-cris suis.

Transite ad Insulas Cethim , & vide-te ; & in Cedar mittite , & considerate vehementer : & videte, si factum est hu-jusmodi. Si mutavit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt Dii : populus vero meus mutavit gloriam suam in idolum. Obstupescite Cœli super hoc , & portæ ejus desolamini vehementer , dicit Do-minus.

**Exod. 32.** Videns autem populus, quod morari faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversus Aaron dixit: surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant.

6. Surgentesq; manè, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & fedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

Locutusq; est Dominus ad Moysen dicens: vade, descend, peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti.

9. Rursusq; ait Dominus ad Moysen: Cerno, quod populus iste duræ cervicis sit: dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam.

**Sap. 14.** Initium enim fornicationis exquisitio idolorum: & adinventio illorum, corruptio vitæ est. Neq; enim erant ab initio, neq; erunt in perpetuum. Superiacuitas enim hominum advenit in orbem terrarum: & ideo brevis illorum finis est inventus.

## JEJUNIUM.

**Num. 30.** Si voverit, & juramento se constrinxerit (uxor scilicet.) ut per jejunitum, vel cæterarum rerum abstinentiam, affligat animam suam, in arbitrio viri erit, ut faciat sive non faciat, quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quidquid voverat atque pro-

promiserat, reddet: quia statim ut audiuit, tacuit. Si autem contradixerit, postquam rescivit, portabit ipse iniuriam ejus.

Bona est oratio cum jejunio, & elemosyna magis, quam thesauros auri recordare. *Tob. 13. 8.*

*Sanctificate jejuniū, vocate cætum. Joël. 1. 14.*

Nunc ergo dicit Dominus: convertemini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu. *2. 12.*

Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, sed patri tuo, qui est in abscondito. *Matt. 6. 16.*

Hoc autem genus, non ejicitur, nisi per orationem, & jejuniū. *17. 20.*

Sed in omnibus exhibeamus nosmet ipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus &c. in laborebus, in vigiliis, in jejuniiis, in castitate &c. *2. Cor. 6. 4.*

*Pro mortuis.*

ET tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Jabes, & jejunaverunt septem diebus. *1. Reg. 31. 13.*

Et planixerunt, & fleverunt, & jejuna-*2. Reg. 31.*

verunt usq; ad yesperam, super Saul, &  
super Jonatham filium ejus, & super po-  
pulum Domini, & super domum Israël,  
eò quòd corruiisset gladio.

- 3. Reg. 3.** Cúmq; sepelíssent Abner in Hebron,  
**32.** levavit Rex David vocem suam, & flevit  
super tumulum Abner.

**35.** Cúmq; venisset universa multitudo  
cibum capere cum David, clarâ adhuc  
die, juravit David dicens: Hæc faciat  
mihi DEus, & hæc addat, si ante occa-  
sum solis gustavero panem, vel aliud  
quidquam.

- Exod. 24.** *Exempla jejunantium, eorūmq; merita.*  
**18.** Ingressusq; Moyses medium nebulæ  
ascendit in montem; & fuit ibi qua-  
draginta noctibus.

**34. 28.** Fuit ergo ibi cum Domino quadra-  
ginta dies, & quadraginta noctes: pa-  
nem non comedit, & aquam non bibt.

- Deut. 9.** Et procidi ante Dominum sicut priùs  
**18.** quadraginta diebus, & noctibus panem  
non comedens, & aquam non bibens,  
propter omnia peccata vestra, quæ ges-  
sistis contra Dominum, & cum ad ira-  
cundiam provocâstis.

**Judic. 20.** Quamobrem omnes filii Israël vene-  
**26.** runt in domum Dei, & sedentes flebant  
coram Domino: jejuna veruntq; die il-  
lo usq; ad vesperam.

- 1. Reg. 12.** Deprecatúsq; est David Dominū pro-  
**36.** par-

parvulo: & jejunavit David jejuniū, &  
ingressus seorsum, jacuit super terram.

Josaphat autem timore perterritus, <sup>2. Par. 20.</sup>  
totum se contulit ad rogāndum Domi-  
num, & prædicavit jejunium universo  
juda. <sup>3.</sup>

Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvi- <sup>1. Esdr. 8.</sup>  
um Ahava, ut affligeremur coram Do-  
mino Deo nostro, & peteremus ab eo  
viam rectam nobis, & filiis nostris. <sup>21.</sup>

Cūinq; audissem verba hujusmodi, <sup>2. Esdr. 1.</sup>  
fedi, & flevi, & luxi diebus multis: je-  
junabam, & orabam ante faciem D E I  
cœli. <sup>4.</sup>

Et clāmavit omnis populus ad Domi- <sup>Judit. 4.</sup>  
num instantiā magnā, & humiliaverunt <sup>8.</sup>  
animas suas in jejunīis, & orationibus  
ipsi, & mulieres eorum.

Erat autem Judith reliqua ejus vidua, <sup>8. 4.</sup>  
jam annis tribus, & mensibus sex. Et in  
superioribus domūs suæ fecit sibi secre-  
tum cubiculum, in quo cum pueris suis  
clausa morabatur, & habens super lum-  
bos suos cilicium, jejunabat omnibus  
diebus vitæ suæ, præter sabbatha, & neo-  
menias, & festa domūs Israël.

In omnibus quoq; provinciis, oppi- <sup>Eph. 4. 8.</sup>  
dis, ac locis, ad quæ crudele Regis do-  
gma pervenerat, planctus ingens erat  
apud Judæos, jejunium, ululatus, & fle-  
tus, facco, & cinere multis prostrato u-  
tentibus.

*Psl. 34. 13.* Humiliabam in jejunio animam meam, & oratio mea in sinu meo convertetur.

*Jer. 35.* Prævaluerunt sermones Jonadab filii Rechab, quos præcepit filiis suis, ut non biberent vinum : & non biberunt usq; ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui.

*16.* Propterea hæc dicit Dominus exercituum DEus Israël : non deficit vir stirpe Jonadab filii Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.

*16. 9.* Prædicaverunt jejunium in conspectu Domini omni populo in Jerusalēm, & universæ multitudini. &c.

*Dan. 10.* Ego Daniel lugebam tribus hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedī, & caro, & vinum non introierunt in os meum.

*Psal. 108.* Genua mea infirmata sunt à jejunio : & caro mea iñutata est propter oleum.

*Matt. 4.* Et cum jejunasset JESUS quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei: si filius DEI es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: scriptum est: Non in solo pane vivit homo.

*2. 14.* Tunc accesserunt ad eum Discipuli Joannis dicentes; quare nos & Pharisei jejunamus frequenter: discipuli autem tui non jejunant? & ait illis JESUS: Nunquid

quid possunt filii sponsi lagere quam  
diu cum illis est sponsas? venient au-  
tem dies, cum auferetur ab eis sponsus:  
& tunc jejunabunt.

Hoc autem genus non ejicitur, nisi *Matt. 17.*  
per orationem, & jejunium. *20.*

Et erat Anna prophetissa filia Phanu- *Luce 2.*  
el de tribu Aser: hæc processerat in die- *36.*  
bus multis, & vixerat cum viro suo an-  
nis septem à virginitate sua. Et hæc  
vidua usq; ad annos octoginta quatuor,  
quæ non discedebat de templo, jejuniiis,  
& obsecrationibus serviens nocte ac die.

Adhuc quadraginta dies, & Ninive *Jona 3.5.*  
subvertetur. Et crediderunt viri Nini-  
vitæ in Deum: & prædicaverunt jeju-  
nium, & vestiti sunt saccis à majore usq;  
ad minorem.

Homines, & jumenta, & boves, & pe- *2.*  
cora non gusteat quidquam: nec pa-  
scantur, & aquam non bibant.

Ministrantibus autem illis Domino, *Act. 13.20.*  
& jejunantibus, dixit illis Spiritus San-  
ctus: segregate mihi Saulum, & Barna-  
bam in opus, ad quod assumpsi eos.  
Tunc jejunantes, & orantes, imponen-  
tésq; eis manus dimiserunt illos. *Vide*  
*Abstinentia.*

### Jejunii mali qualitas.

**Q**ui baptizatur à mortuo, & iterum *Ecclesi. 34.*  
tangit cum, quid proficit lavatio. *30.*

illius? sic homo, qui jejunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet.

Quare jejunavimus, & non despexisti:

*Isa. 58. 3.* humiliavimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die jejuniū vestri invenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impie. Nolite jejunare sicut usq; ad hanc diem, ut audiatur, in excelso clamor vester. Nunquid tale est jejinium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? nunquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerem, sternere? Nunquid istud vocabis jejinium, & diem acceptabilem Dominō.

*6.* Nōnne hoc est magis jejinium, quod elegi? dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus disrumpē; Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam: cūm videris nudum, operi eum, & carnē tuam ne despixeris.

*Jer. 14.* Cūm jejunaverint, non exaudiām preces eorum.

IGNORANTIA.

*Prov. 14.* **U**bi non est scientia animæ, non est bonum.

Sed

Sed & in via stultus ambulans, cùm Eccl. 10.  
ipse insipiens sit, & omnes stultos æsti- 3.  
mats.

Stultus verba multiplicat. Ignorat 14.  
homo, quid ante se fuerit: & quid post  
se futurum sit, quis ei poterit indicare?

Neminē enim diligit DEus, nisi eum, Sap. 7. 28.  
qui cum sapientia inhabitat.

Ignorantiam enim Dei quidam ha- 1. Cor. 15.  
bent, ad reverentiam vobis loquor. 34..

*Ignorantia graviter punitur.*

ET imisit in eos Dominus Leones, & 4. Reg. 17.  
Ecce interficiunt eos, eò quòd igno- 26.  
rent ritum Dei terræ.

Et quia nullus intelligit, in æternum Job. 4. 20.  
peribunt.

Qui evitat discere, incidet in mala. Prov. 17.

Propterea captivus ductus est popu- 16.  
lus meus, quia non habuit scientiam, & Isa. 5. 13.  
nobiles ejus interierunt fame, & multi-  
tudo ejus siti exaruit.

Non est enim populus sapiens, pro- 27. 11.  
pterea non miserebitur ejus, qui fecit e-  
um; & qui formavit eum, non parcet ei.

Et quoia non habuerunt sapientiam, Bar. 3. 28.  
interierunt propter suam insipientiam.

Conticuit populus meus, eò quòd Oſc. 4. 6.  
non habuerit scientiam: quia tu scien-  
tiā repulisti, repellam te, ne sacerdo-  
tio fungaris mihi.

Et populus non intelligens vapulabit. 14.

*1. Cor. 14.* Siquis autem ignorat, ignorabitur.

*38.* IMAGINES NON SUNT CON-  
temnenda.

*Exod. 25.* **D**uos quoque Cherubim aureos, &  
*48.* productiles facies, ex utraq; parte  
oraculi. Cherub unus sit in latere uno,  
& alter in altero &c. v. *Cultus imaginum.*

IMITANDUS. HOMO PRUDENTER.

*Pf. 36.* *2.* **N**Oli æmulari in malignantibus: ne-  
que zelaveris facientes iniquitatē.

*Prov. 3.* Ne æmuleris hominem inustum, nec  
*31.* imiteris vias ejus.

*4. 14.* Ne deleteris in semitis impiorum,  
nec tibi placeat malorum via.

*34. 1.* Ne æmuleris viros malos, nec deside-  
res esse cum eis.

*2. Cor. 4.* Rogo ergo vos imitatores mei estote,  
*16.* sicut & ego Christi. Ideo misi ad vos  
Timotheum, qui est filius meus charissi-  
mus, & fidelis in Domino: qui vos com-  
monefaciet vias meas, quæ sunt in Chri-  
sto JEsu.

*3. Thes. 3.* Denunciamus autem vobis fratres in  
nomine Domini nostri JEsu Christi, ut  
*6.* subtrahatis vos ab omni fratre ambu-  
lante inordinatè, & non secundùm tra-  
ditionem, quam acceperunt à nobis.  
Ipsi enim scitis quemadmodum oportet  
imitari nos.

*Hebr. 6.* Cupimus autem unumquemq; vestrū  
*11.* candem ostentare solitudinem ad ex-  
ple-

pletionem speci usq; in finem ; ut non  
segnes efficiamini, verum imitatores co-  
rum, qui fide, & patientia hæreditabunt  
promissiones.

Chariſſime noli imitari malum ; sed *3. Joann.*  
quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo *11.*  
est : qui malè facit, non vidit Deum.

## IMMISERICORDIA &amp; EJUS PUNITIO.

*Q*uantóq; opprimebant eos, tantò *Exod.* *1.*  
magis multiplicabantur, & cresce- *12.*  
bant : oderántq; filios Israël Ægyptii,  
& affligeabant illudentes eis : atq; ad a-  
maritudinem perducebant vitam eorū,  
operibus duris lutis, & lateris, omniq;  
famulatu, quo in terræ operibus preme-  
bantur.

Dixit autem Rex Ægypti obstetrici-  
bus Hebræorum : quarum una vocaba-  
tur Sephora : altera Phua , præcipiens  
eis : quando obstetricabitis hebræas, &  
partus tempus advenerit : si masculus  
suerit, interficite eum : si fæmina, reser-  
vate.

Amonites , & Moabites , etiam post *Deut. 23.*  
decimam generationem non intrabunt  
Ecclesiam Domini in æternum : quia  
noluerunt vobis occurrere cum pane, &  
aqua in via, quando egressi estis de Ægy-  
pto.

Quoniam confringens nudavit pau- *Job. 20.*  
peres : domum rapuit, & non ædificavit *12.*  
cam.

**412**      **IMMISERICORDIA.**  
eam. Nec est satiatus yenter ejus: & cùm habuerit, quæ concupierat, possidere non poterit.

**Job. 20.** Devorabit eum ignis, qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo. Revelabunt cœli iniquitatem ejus, & terra consurget, adversus eum.

**Amos. 1.** Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non convertam cum: cò quòd transtulerint captivitatem perfec̄tam, ut concluderent eam in Idumæa. Et mittam ignem in murum Gazæ, & devorabit ædes ejus.

**Matt. 18.** Patientiam habe in me, & omnia redam tibi: Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.

**32.** Tunc vocavit illum Dominus suus: & ait illi: serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit, & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus ejus, tradidit eum torribus, quoadusq; redderet universum debitum.

**35. 41.** Discedite à me maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus.

**42.** Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare; sitivi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me:

me : nudus, & non cooperuistis me : infirmus, & in carcere, & non visitastis me.

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat. Lucæ 16.  
20.

Mortuus est autem dives, & sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidi Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus : & ipse clamans dixit : Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret lingvam meam, quia crucior in hac flamma. 23.

Judicium enim sine misericordia illi, Jacob. 2.  
qui non fecit misericordiam; superexaltat autem misericordia judicium. 22.

Immisericordia & crudelitas maxima Ju-  
dæorum adversus Christum describi-  
tur. Matt. 27. Marci 15. Luca 22.  
& 23. Joan. 18.

### IMPATIENTIA, & EJUS PUNITIO.

Dixerunt ad Moysen : Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos, ut moreremur in solitudine : quid hoc facere voluisti, ut educeres nos ex Ægypto ? Exod. 14.  
21.

Et murmuravit populus contra Moy-  
se n dicens : quid bibemus ? 15. 24.

Et

Et murmuravit omnis congregatio fi-

**Exod. 16.** Ilorum Israël contra Moysen, & Aaron  
2. in solitudine. Dixeruntq; filii Israël ad eos: Utinam mortui essemus per manū Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate: cur eduxistis nos in desertum istud, ut occidetis omnem multitudinem fame?

**Exod. 2.** Qui jurgatus contra Moysen ait: Da nobis aquam, ut bibamus. Quibus respondit Moyses: quid jurgamini contra me? cur tentatis Dominum. Sitivit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmuravit contra Moysen dicens: Cur fecisti nos exire de Ægypto, ut occidetis nos, & liberos nostros, ac juventa sit?

*Audientes Israëlite ab exploratoribus terræ, promissionis falsam informationem dicentibus.*

**Num. 13.** Ibi vidi monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati quasi locustæ videbamur.

Igitur vociferans omnis turba flevit  
**14.** 1. nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen, & Aaron cuncti filii Israël dicentes: Utinam mortui essemus in Ægypto: & in hac vasta solitudine utinam pereauamus, & non inducat nos Dominus in terram istam, ne cadamus gladio, &

uxores, ac liberi nostri ducatur captivi.

Cur eduxisti nos de Ægypto, ut morem  
remur in solitudine? decebat panis, non  
sunt aquæ: anima nostra jam naufragat  
super cibo isto levissimo. Quamobrem  
misit Dominus in populum ignitos ser-  
pentes, ad quorum plagas, & mortes  
plurimorum venerunt ad Moyſen, atq;  
dixerunt: Peccavimus, quia locuti su-  
mus contra Dominum & te: ora, ut tol-  
lat à nobis serpentes.

Post hæc aperuit Job os suum, & ma- Job. 7. 1.  
ledixit dici suo, & locutus est: Percat  
dies in qua natus sum, & nox, in qua di-  
ctum est; conceptus est homo &c.

Fatuus statim indicat iram suam: qui Prov. 12.  
autem dissimulat injuriam, callidus est. 16.

Et dixerunt ad Moyſen: forsitan non Exod. 14.  
erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti 21.  
nos, ut morem remur in solitudine, quid  
hoc facere voluisti, ut educeres nos ex  
Ægypto?

Et murmuravit populus contra Moy- 25. 24.  
ſen, dicens: quid bibemus?

Et ait Moyſes: dabit vobis Dominus 26. 2.  
vespere carnes edere, & manè panes in  
saturitate: eò quod audierit murmura-  
tiones vestras, quibus murmurati estis  
contra eum.

Interea ortū est murmur populi quā- Num. 11.  
si dolentium pro labore contra Domi- 1.  
num.

Num. 28.  
5.

uum. Quod cùm audisset Dominus, iratus est. Et accensus in eos ignis Domini, devoravit extremam castrorum partem.

**Num. 41.** Igitur vociferans omnis turba flevit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filii Israël, dicentes: Utinam mortui essemus in Ægypto: & in hac vasta solitudine utinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam.

**Ex. 1. 5.** Cur eduxisti nos de Ægypto, ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quoru plegas & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen, atq; dixerunt: Peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum.

**Job. 3. 1.** Post hæc aperuit Job os suum, & maledixit diei suo, & locutus est. Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est: Conceptus est homo.

**Ecli. 2.** Vx his, qui perdiderunt sustinentiam,  
**16.** & qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas.

### IMPII DEUM CONTEMNUNT.

**Job. 21.** **Q**ui dixerint Deo: recede à nobis,  
**14.** & scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est omnipotens, ut serviamus ei? & quid prodest nobis, si oraverimus illum?

Impi-

Impius facit opus instabile: seminanti autem justitiam merces fidelis. *Prov. 11. 18.*

Abominatio est Domino via impii. *15. 9.*

Longè est Dominus ab impiis. *29.*

Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia, & opprobrium. *18. 3.*

Est & alia vanitas, quæ fit supra terram; sunt justi, quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impii, qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant. Sed & hoc vanissimum judico. *Eccles. 8. 14.*

Similiter autem odio sunt Deo impius, & impietas ejus. *Sap. 14. 9.*

Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libate Baalim, & ire post Deos alienos, quos ignoratis. Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua invocatum est nomen meum, & dixistis: liberati sumus eò, quod fecerimus omnes abominationes istas. *Jer. 7. 8.*

*Impii proximum opprimunt.*

Cunctis diebus suis impius superbit, *Job. 15. 20.* & numerus annorum incertus est tyrannidis ejus.

Os autem impiorū operit iniquitas. *Prov. 10.*

Verba impiorum insidiantur sanguini: os justi liberabit eos. *6. 12. 6.*

- Prov. 21.** Anima impii desiderat malum, non  
10. miserebitur proximo suo.
- 25. 26.** Fons turbatus pede, & vena corru-  
pta, justus cadens coram impio.
- 27. 21.** Cor iniqui inquirit mala, cor autem  
rectum inquirit scientiam.
- 28. 12.** In exultatione justorum multa gloria  
est: regnantibus impiis ruinæ hominū.
- 28.** Cùm surrexerint impii, absconden-  
tur homines: cùm illi perierint, multi-  
plicabuntur justi.
- 29. 2.** In multiplicatione justorum lætabi-  
tur vulgus: cùm impii sumpserint prin-  
cipatum, gemet populus.
- 36.** In multiplicatione impiorum multi-  
plicabuntur scelera; & justi ruinas eo-  
rum videbunt.
- Is. 48. 22.** Non est pax impiis, dicit Dominus.  
*Impii se ipsos perdunt in anima.*
- Job. 10.** ET si impius fuero vñ mihi est: & si  
15. justus, non levabo caput, saturatus  
afflictione, & miseriâ.
- 21. 30.** Quia in diem perditionis servatur  
malus, & ad diem furoris ducetur.
- Ps. 20. 9.** Inveniatur manus tua omnibus ini-  
micis tuis: dextera tua inveniat omnes,  
qui te oderunt.
- Prov. 5. 1.** Iniquitates suæ capiunt impium, &  
22. funibus peccatorum suorum constra-  
getur.
- 33.** Ipse morietur, quia non habuit disci-  
pli-

plinam, & in multitudine stultitiae suæ decipietur.

Anni impiorum breviabuntur. Prov. 10. 29

Ne impiè agas multum: & noli esse Eccl. 7.  
stultus, ne moriaris in tempore non tuo. 18.

Talia dixerunt in inferno hi, qui pec- Sap. 5. 14.  
caverunt; quoniam spes impii tanquā  
lanugo est, quæ à vento tollitur: &  
tanquam spuma gracilis, quæ à procella  
dispergitur: & tanquam fumus, qui à  
vento diffusus est: & tanquam memo-  
ria hospitis unius diei prætereuntis.

Quoniam vindicta carnis impii, ignis, Eccl. 7.  
& vermis. 19.

Væ vobis viri impii, qui dereliquistis Legem Domini Altissimi. Et si nati fue-  
ritis, in maledictione nasceretis; & si  
mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. 41. 11.

Omnia, quæ de terra sunt, in terram convertentur; sic impii à maledicto in perditionem. 13.

Væ impio in malum: retributio e- Isai. 3. 11.  
nim manuum ejus fiet ei.

Misereamur impio, & non discet ju- 26. 10.  
stitiam: in terra sanctorum iniqua ges-  
sit, & non videbit gloriam Domini.

Et à verbis viri peccatoris ne timue- z. Mach.  
ritis: quia gloria ejus sterlus, & vermis z. 62.  
est: hodie extollitur, & cras non inve-

nietur : quia conversus est in terram suam , & cogitatio ejus periit.

*Item, in fama, & substantia temporali.*

**Job. 8. 22.** **Q**ui oderunt te, induentur confusione : & tabernaculum impiorum non subsistet.

**30. 4.** Hoc scio à principio , ex quo positus est homo super terram , quod laus impiorum brevis sit , & gaudium hypocritæ ad instar puncti.

**31. 17.** Quoties lucerna impiorum extinguitur , & superveniet eis inundatio , & dolores dividet furoris sui ? Erunt sicut paleæ ante faciem venti , & sicut favilla , quam turbo dispergit.

**Ps. 1. 4.** Non sic impii , non sic : sed tamquam pulvis , quæ projicit ventus à facie terræ .

**20. 11.** Frustra eorum de terra perdes ; & semen eorum à filiis hominum .

**36. 35.** Vidi impium superexaltatum , & elevatum sicut cedros libani . Et transivisti , & ecce non erat .

**Prov. 3. 33.** Egestas à Domino in domo impii .

**10. 7.** Nomen impiorum putrefacet .

**34.** Quod timet impius veniet super eum .

**28. 1.** Fugit impius nemine persequente .

**4.** Qui derelinquunt legem , laudant impium ; qui custodiunt , succenduntur contra eum .

**Sap. 4. 19.** Et erunt post hæc decidentes sine honore , & in contumelia inter mortuos in

in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commovebit illos à fundamentis, & usq; ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum.

Substantiae injustorum sicut fluvius *Ecli. 40.*  
siccabuntur, & sicut tonitruū magnum *13.*  
in pluvia personabunt.

*Impiorum subita, & improvisa punitio.*

**V**Idens autem DEus, quod multa ma- *Gen. 6. 5.*  
litia hominum esset in terra, & cun-  
cta cogitatio cordis intenta esset ad ma-  
lum omni tempore, poenituit eum, quod  
hominem fecisset in terra. Et tactus  
dolore cordis intrinsecus. Delebo, in-  
quit, hominem, quem creavi à facie ter-  
ræ, ab homine, usq; ad animantia, à re-  
ptiliis usq; ad volucres cœli, pænitet e-  
nim me fecisse eos.

Dixitq; Dominus ad eum: ingredere  
tu, & omnis domus tua in arcam: te e-  
nim vidi justum coram me in generatio-  
ne hac.

Factumq; est diluvium quadraginta  
diebus super terram: & multiplicatae  
sunt aquæ, & elevaverunt arcam in su-  
blime à terra. Vehementer enim in-  
undaverunt: & omnia repleverunt in  
superficie terræ,

**Gen. 19.** Igitur Dominus pluit super Sodam, & Gomorrah sulphur, & ignem à Domino de cœlo: & subvertit civitates has, & omnem circà regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia. Respiciénsq; uxor ejus post se, versa est in statuam fali.

**Ex. 25.** Et ecce tertio quando gravissimus vulnerum dolor est: arreptis duo filii Jacob, Simeon & Levi, fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt urbem confidenter: imperfectisq; omnibus masculis Hemor, & Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filii Jacob: & depopulati sunt urbem in ultionē stupri.

**Num. 11.** Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hujuscemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plagâ magnâ nimis.

**Ex. 26.** Ecce autem Core filius Isaar, filii Caath, filii Levi &c. Surrexerunt contra Moysen, aliiq; filiorum Israël ducenti quinquaginta viri proceres Synagogæ, & qui tempore concilii per nomina vocabantur.

**Ex. 31.** Confestim igitur ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum, devoravit illos cum taber-

tabernaculis suis, & universa substantia eorum, descenderuntq; vivi in infernū operti humo, & perierunt de medio multitudinis.

Præceperat autem Absalom pueris <sup>2. Reg. 13.</sup>  
suis dicens: Observe, cùm temulen-  
tus fuerit Amnon vino, & dixerit vobis:  
percutite eum, & interficite: nolite ti-  
mere: ego enim sum, qui præcipio vo-  
bis: roboramini, & estote viri fortes.  
Fecerunt ergo pueri Absalom adversum  
Amnon, sicut præceperat eis Absalom  
(propter incestum.)

Pro eo, quòd exaltavi te de pulvere, <sup>3. Reg. 16.</sup>  
& posui te Ducem super populum me-  
um Israël, tu autem ambulâsti in via  
Jeroboam, & peccare fecisti populum  
meum Israël, ut me irritares in pecca-  
tis eorum: ecce, ego demetam posterio-  
ra Baasa, & posteriora domûs ejus: &  
faciam domum tuam, sicut domum Je-  
roboam filii Nabat. Qui mortuus fue-  
rit de Baasa in civitate, comedent eum  
canes: & qui mortuus fuerit ex eo in  
regione, comedent eum volucres cœli.

Dixítq; Elias ad eos: Apprehendite  
prophetas Baal, & ne unus quidem ef-  
fugiat ex eis. Quos cùm apprehendis-  
sent, duxit eos Elias ad torrentem Ci-  
son, & interfecit eos ibi.

<sup>18. 40.</sup>

Quin potius vidi eos, qui operantur <sup>Job. 4. 8.</sup>

iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos: Flante Deo perisse, & spiritu iræ ejus esse consumptos.

- Job. 27.** Si multiplicati fuerint filii ejus, in  
**14.** gladio erunt, & nepotes ejus non saturabuntur pane.

**Prov. 1.** Cùm irruerit repentina calamitas, &  
**27.** interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, & angustia. Tunc invocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non invenient me: eò quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non suscepserint, nec acquieverint consilio meo, & detraxerint universæ corruptioni meæ.

- Dan. 5.** Eadem nocte interfectus est Balthasar,  
**30.** Rex Chaldæus.

**Lucas 12.** Anima habes multa bona posita in  
**20.** annos plurimos: requiesce, comedere, bibe, epulare. Dixit autem illi DEUS: stulte hâc nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parâsti, cujus erunt?

- 16. 23.** Mortuus est autem dives, & sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cùm esset in tormentis vidi Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus: & ipse clamans dixit: Pater Abraham misericorde mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret lingvam meam, quia crucior in  
**hac**

dac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.

Et sicut factum est in diebus Noë, ita *Luce 17.*  
erit in diebus filii hominis. Edebant  
& bibebant: uxores ducebant, & da-  
bantur ad nuptias, usq; ad diem, quâ  
intravit Noë in arcam: & venit diluvi-  
um, & perdidit omnes.

Similiter sicut factum est in diebus  
Loth: edebant, & bibebant: emebant,  
& vendebant, plantabant, & ædifica-  
bant: quâ die autem exivit Loth à So-  
domis pluit ignem, & sulphur de cœlo,  
& omnes perdidit.

*Impiorum punitio, bonis est ad exemplum,*  
& cautionem.

**L**apidibus obrutus necabitur: quia *Deut. 23.*  
voluit te abstrahere à Domino Deo  
tuo, qui eduxit te de terra Ægypti de  
domo servitutis: ut omnis Israël audiens  
timeat, & nequaquam ultrà faciat  
quippiam hujus rei simile.

Ut audientes cæteri timorem habe-  
ant, & nequaquam talia audeant facere.

Lapidibus cum obruet populus civi-  
tatis: & morietur, ut auferatis malum  
de medio vestri, & universus Israël audi-  
ens pertimescat.

Pestilente flagellato stultus sapien-  
tior erit. *Prov. 19.*

**Prov. 21.** Multato pestilente sapientior erit  
11. parvulus.

**Act. 5.11.** Repente mortuis Ananiâ, & Saphira  
uxore ejus propter mendacium, & frau-  
dem illorū. Et factus est timor magnus  
in universa Ecclesia, & in omnes, qui  
audierunt hæc.

### IMPUDICITIA CONTRA NATURAM.

**Gen. 19.** **V**Ocaveruntq; Loth, & dixerunt ei:  
5. ubi sunt viri, qui introierunt ad te  
nocte, educ illos huc, ut cognoscamus  
eos. Egressus ad eos Loth post tergum  
occludens ostium ait: nolite quæso fra-  
tres mei nolite malum hoc facere. Ha-  
beo duas filias, quæ necdum cognove-  
runt virum: educam eas ad vos, & a-  
butimini eis, sicut vobis placuerit, dum-  
modo viris istis nihil mali faciatis, quia  
ingressi sunt sub umbra culminis mei.

**38. 7.** Fuit quoq; Her primogenitus Judæ,  
nequam in conspectu Domini: & ab eo  
occisus est. Dixit ergo Judas ad Onan  
filium suum: ingredere ad uxorem fra-  
tris tui, & sociare illi, ut suscites semen  
fratri tuo. Ille sciens non sibi nasci fi-  
lios, introiens ad uxorem fratribus sui, se-  
men fundebat in terram, ne liberi fra-  
tris nomine nascerentur. Et idcirco per-  
cussit eum Dominus, quòd rem detesta-  
bilem fecerit.

**Ies. 18.** Cum masculo non coñiscaris coitu  
42. fœmineo, quia abominatio est. Qui

Qui dormierit cum masculo coitu *Lev. 20.*  
*fœmineo, uterq; operatus nefas, morte* 17.  
*moriuntur : sit sanguis eorum super eos.*  
 Qui supra uxorem filiam, duxerit ma-  
 trem ejus, scelus operatus est : viuis ar-  
 debit cum eis, nec permanebit tantum  
 nefas in medio vestri.

Educ virum, qui ingressus est domum  
 tuam, ut abutamur eo. Egressusq; est *Judic. 19.*  
 ad eos senex, & ait : Nolite fratres, no- 22.  
 lite facere malum hoc : quia ingressus  
 est homo hospitium meum, & cessate ab  
 hac stultitia : habeo filiam virginem, &  
 hic homo habet concubinam, educam  
 eas ad vos, ut humilietis eas, & vestram  
 libidinem compleatis : tantum obsecro,  
 ne scelus hoc contra naturam operemini  
 in virum. Nolebant acquiescere ser-  
 monibus illius. Quod cernens homo,  
 eduxit ad eos concubinam suam, & eis  
 tradidit illudendam ; qua cum totâ no-  
 ñe abusi essent, dimiserunt eam manè.  
 At mulier recendentibus tenebris, venit  
 ad ostium domûs, ubi manebat Domi-  
 nus suus, & ibi corruit. Manè facto,  
 surrexit homo, & aperuit ostium, ut cæ-  
 ptam expleret viam : & ecce concubina  
 ejus jacebat ante ostium sparsis in limi-  
 ne manibus &c.

Similiter autem & masculi, relicto *Rom. 1.*  
 naturali usu fœminæ, exarserunt in de-  
 side-

desideriis suis in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quām oportuit, erroris sui infemitipsis incipientes.

*1. Cor. 6.* Neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures &c. regnum Dei possidebunt.

*Eph. 5.12.* Quæ enim in occulto fiunt, ab ipsis turpe est dicere.

*1. Tim. 1.* Fornicariis masculorum concubitoribus, plagariis &c. *Lex est posita.*

*2. Petr. 2.* Et justum Loth oppressum à nefariorum injuria, ac luxuriosa conversatione eripuit.

### INCANTATIONES & MALEFICIA.

*Exod. 7.* **V**Ocavit autem Pharao sapientes, & maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcanaque dam similiter. Projeceruntq; singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones.

*8. 18.* Feceruntq; similiter malefici incantationibus suis, ut educerent scyniphas, & non potuerunt: erantque scyniphas tam in hominibus, quām in jumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: digitus Dei est hic.

*22. 18.* Maleficos non patieris vivere.

*Lev. 20.* Anima, quæ declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & inter-

terficiam illam de medio populi sui.

Vir sive mulier, in quibus pythoni- *Lev. 20.*  
cus, vel divinationis fuerit spiritus mor- *6.*  
te moriatur.

Non est augurium in Jacob, nec di- *Num. 23.*  
vinatio in Israël. *23.*

Divina mihi in pythone, & suscita *1. Reg. 28.*  
mihi, quem dixerit tibi. Et ait mulier *9.*  
ad eum. Ecce tu nōsti, quanta fecerit  
Saul, & quomodo eraserit magos, & a-  
riolos de terra: quare ergo insidiaris  
animæ meæ, ut occidar?

Et divinationibus inserviebant, & au- *4. Reg. 17.*  
guriis: & tradiderunt se, ut facerent ma- *17.*  
lum coram Domino, ut irritarent eum.  
Iratúsq; est Dominus vehementer Israë-  
li, & abstulit eos à conspectu suo, & non  
remansit nisi tribus Juda tantummodo.

Defecisti in multitudine consiliorū *Is. 47. 47.*  
tuorum: stent & salvent te augures cœ- *13.*  
li, qui contemplantur sydera, & suppū-  
tabunt menses, ut ex eis annunciant  
ventura tibi.

Præcepit autem Rex, ut convocaren- *Dan. 2.*  
tur arioli, & magi, & malefici, & chaldæi,  
ut indicarent Regi somnia sua: qui cùm  
venissent, steterunt coram Rege. Et di-  
xit ad eos Rex: vidi somnium; & mente  
confusus ignoro, quid viderim.

Respondentes ergo Chaldæi corāRe- *19.*  
ge dixerunt: Non est homo super ter-  
ram

ram, qui sermonem tuum, Rex, possit implere: sed neq; Regum quisquam magnus, & potens verbum hujuscemodi sciscitur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo. Sermo enim, quem tu quæris, Rex, gravis est: nec reperietur quisquā, qui indicet illum in conspectu Regis: exceptis Diis, quorum non est cum hominibus conversatio. Quō auditō Rex in furore, & in ira magna præcepit, ut perirent omnes sapientes Babylonis.

**Mich. 5.** Et perdā civitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & divinationes non erunt in te.

**Act. 8. 9.** Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in civitate magus, seducens gentem Samariæ dicens se esse aliquem magnum.

**23. 6.** Et cùm perambulassent universam insulam usq; paphum, invenerunt quemdam virum magum, pseudoprophetam, judæum, cui nomen erat Bariesu.

**8.** Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu S. intuens in eum dixit: ô plene omni dolo, & omni fallaciâ, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desiris subvertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cœcus, non videns solem usque ad tempus.

Factum est autem euntibus nobis ad *Actor. 16.*  
orationē, puellam quandam habentem  
spiritum pythonem obviare nobis, quæ  
quæstum magnum præstabat Dominis  
suis divinando.

Manifesta sunt autem opera carnis: *Gal. 5. 20.*  
Idolorum servitus, beneficia, inimici-  
tiæ, contentiones &c.

Et lux lucernæ non lucebit in te am- *Apos. 18.*  
plius: & vox sponsi, & sponsæ non au-  
dietur adhuc in te: quia mercatores tui  
erant principes terræ, quia in beneficiis  
tuis erraverunt omnes gentes.

### INCESTUS GRAVE PECCATUM.

**O**Mnis homo ad proximam sanguini- *Levit. 18.*  
nis sui non accedet, ut reyelet tur-  
pitudinem ejus. Ego Dominus. Turpi-  
tudinem patris tui, & turpitudinem ma-  
tris tuæ non discooperies; mater tua  
est, non revelabis turpitudinem ejus.

Turpitudinem uxoris patris tui non  
discooperies: turpitude enim patris tui  
est. Turpitudinem sororis tuæ ex pa-  
tre, sive ex matre, quæ domi, vel foris  
genita est, non revelabis.

*Et ultra hac in substantia habetur.* Tur-  
pitudinem filiæ, & filii tui, nurus tuæ,  
uxoris fratri tui non discooperies.

Qui dormierit cum noverca sua, &  
revelaverit ignominiam patris sui mor-  
te moriantur ambo.

*20. 11.*

Si

**Levit. 20.** Si dormierit cum nuru sua , uterq;  
**12.** moriatur : quia scelus operati sunt.

**14.** Qui supra uxorem filiam, duxerit ma-  
 trem ejus, scelus operatus : vivus arde-  
 bit cum eis, nec permanebit tantum ne-  
 fas in medio vestri. (& sic de aliis.)

**Deut. 22.** Non accipiet homo uxorem patris  
**so.** sui, nec revelabit operimentum ejus.

**1. Cor. 5.** Omnino auditur inter vos fornicati-  
 o, & talis fornicatio, qualis nec inter  
 gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis  
 habeat. Et vos inflati estis : & non ma-  
 gis luctum habuistis, ut tollatur de me-  
 dio vestrum, qui hoc opus fecit.

### INCREDOULITAS.

**Num. 20.** Quia non credidistis mihi, ut sanctifi-  
 caretis me coram filiis Israël, non  
**12.** introducetis hos populos in terram,  
 quam dabo eis.

**24.** Pergat inquit, Aaron ad populos suos : non enim intrabit terram, quam de-  
 di filiis Israël, eò quod incredulus fuerit  
 ori meo, ad aquas contradictionis.

**24. 17.** Quousq; non credit mihi, in omni-  
 bus signis, quæ feci coram eis ? Feriam  
 igitur eos pestilentia, atq; consumam.

**4. Esdr.** Quoniam omnis incredulus in incre-  
 dulitate sua morietur.

**Ecclesi. 1.** Ne sis incredibilis timori Domini : &  
**26.** ne accesseris ad illum duplici corde.

**2. 15.** Væ dissolutis corde, qui non credunt  
 Deo

Deo: & ideo non protegentur ab eo.

Non sis incredibilis verbo illius. *Ecli. 16. 29.*

Si non credideritis, non permanebi-*Isiae 7. 9.*  
tis.

Qui incredulus est, infideliter agit. *21. 2.*

Eramus incredibiles ad Dominum *Bar. 1. 19.*  
Deum nostrum: & dissipati recessimus,  
ne auditemus vocem ipsius. Et adhæ-  
serunt nobis multa mala, & maledic-  
tiones, quæ constituit Dominus Moysi ser-  
vo suo.

Ecce, qui incredulus est, non erit re-*Hab. 2. 4.*  
cta anima ejus in semetipso.

Et non fecit ibi virtutes multas, pro-*Matt. 13.*  
pter incredulitatem eorum. *58.*

Quare nos non potuimus ejicere il-*17. 19.*  
lum? Dixit illis JESUS: propter incre-  
dulitatem vestram.

Qui verò non crediderit condemnata-*Mar. 16.*  
bitur. *16.*

Qui autem non credit, jam judicatus *Joann. 3.*  
est. *18.*

Qui incredulus est filio, non videbit *26.*  
vitam, sed ira Dei manet super eum.

Si enim non credideritis, quia ego *8. 24.*  
sum, moriemini in peccato vestro.

Noli esse incredulus, sed credulus. *20. 27.*

Quid enim si quidam illorum non *Rom. 3. 3.*  
crediderunt? nunquid incredulitas il-  
lorum fidem Dei evacuabit? absit.

Propter incredulitatem fracti sunt. *21. 20.*

- Rom. 11.** Conclusit enim Deus omnia in incredulitate: ut omnium misereatur.
- Hebr. 3.** Videte fratres; ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitas descendendi a Deo vivo.
- 7. 18.** Quibus autem iuravit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem.
- 8. Petr. 2.** Vobis igitur honor credentibus non credentibus autem, lapis, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli, & caput offensionis, & pertra scandali, his qui offendunt verbo nec credunt, in quo & puniti sunt.
- Apoc. 21.** Timidis autem, & incredulis, & exeratis &c. pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure: quod est mors secunda.

## INDULGENTIA.

- Prov. 20.** NE dicas: reddam malum: expecta  
**22.** Dominum, & liberabit te.
- Ecli. 28.** Relinquo proximo tuo nocenti te:  
**2.** & tunc deprecanti tibi peccata solventur.
- Siergo offeres munus tuum ad altare,  
**Matt. 5.** & ibi recordatus fueris, quia frater tuus  
**23.** habet aliquid adversum te: relinque  
 ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

**S**i enim dimiseritis hominibus peccata eorum : dimitter & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Matth. 6.  
14.

**S**i autem non dimiseritis hominibus : nec pater vester dimitteret vobis peccata vestra. 15.

**E**stote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Ephes. 4.  
32.

**N**on reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes : quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis. 1. Petr. 3.  
9.

## INDUMENTA.

**F**allax gratia, & vana est pulchritudo. Prov. 31.  
30.

**N**ónne anima plus est, quam esca : & corpus plus, quam vestimentum? Matt. 6.  
25.

**Q**ui habet duas tunicas, det non habenti : & qui habet escas similiter faciat. Lucæ. 3.  
11.

**H**abentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti sumus. 1. Tim. 6.  
8.

## INDURATIO CORDIS EX JUSTA GRATIA subtractione.

**V**ide, ut omnia ostenta, quæ posui in manu tua facias coram Pharaone : ego indurabo cor ejus, & non dimittet populum. Exod. 4.  
21.

**I**ngredere ad Pharaonem : ego enim induravi cor ejus, & servorum illius. Exod. 1.

**Exod. 14.** Et indurabo cor ejus, ac persequetur  
vos: & glorificabor in Pharaone, & in  
omni exercitu ejus.

**Rom. 9.** Igitur non est volentis, neq; curren-  
**16.** tis, sed miserentis est Dei. Dicit enim  
spiritus Pharaoni: Quia in hoc ipsum  
excitavi te, ut ostendam in te virtutem  
meam: & ut annuncietur nomen meum  
in universa terra. Ergo cuius vult mi-  
seretur, & quem vult indurat.

*Ex gratiae repulsione.*

**4. Reg. 17.** ET testificatus est Dominus in Israël,  
**13.** & in Juda per manum omnium Pro-  
phetarum, & videntium dicens: Rever-  
timini à viis vestris pessimis, & custodi-  
te præcepta mea, & cæremonias juxta  
omnem legem, quam præcepi patribus  
vestris: & sicut misi ad vos in manu ser-  
vorum meorum prophetarum. Qui non  
audierunt, sed induraverunt cervicem  
suam juxta cervicem patrum suorum,  
qui noluerunt obedire Dño Deo suo.

**Ils. 46. 12.** Audite me duro corde, qui longè estis  
à justitia. Prope feci justitiam meam,  
non elongabitur, & salus mea non mo-  
rabitur.

**Jer. 5. 3.** Percussisti eos, & non doluerunt: at-  
trivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam:  
induraverunt facies suas supra  
petram, & noluerunt reverti. Ego au-  
tem dixi: forsitan pauperes sunt, & stul-  
ti igno-

ignorantes viam Domini, judicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, judicium Dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt jugum, rupe-  
runt vincula.

Hæc dicit Dominus exercituum DE-  
US Israël: Ecce ego inducam super civi-  
tatem hanc, & super omnes urbes ejus  
universa mala, quæ locutus sum adver-  
sum eam: quoniam induraverunt cer-  
vicem suam, ut non audirent sermones  
meos.

Quapropter sicut dicit Spiritus S. Hebr. 3.  
Hodie si vocem ejus audieritis, nolite 7.  
obdurare corda vestra. &c.

### *INFERNALIS POENA HORRIBILIS, ob absentiam omnis boni.*

Sicut oves in inferno positi sunt: Ps. 48. 15.  
mors depascet eos.

Peccator videbit, & irascetur, denti-  
bus suis fremet, & tabescet: desiderium  
peccatorum peribit.

Fili autem regni ejicientur in tene- Matt. 8.  
bras exteriores: ibi erit fletus, & stridor 12.  
dentium.

Dilexidite à me omnes operarii ini- Lucæ 13.  
quitatis: ibi erit fletus, & stridor den- 21.  
tium: cum videritis Abraham, & Isaac,  
& Jacob, & omnes prophetas in regno  
Dei, vos autem expelli foras.

- Lxx. 16.* Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vident Abraham a longe, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret lingvam meam, quia cruxior in hac flamma.

*Propter præsentiam omnis mali.*

- Deut. 32.* Ignis succensus est in furore meo, &  
*22.* ardabit usq; ad inferni novissima.
- Job. 24.* Ad nimium calorē transeat ab aquis  
*19.* nivium, & usq; ad inferos peccatum illius.
- Ps. 10. 7.* Pluet super peccatores laqueos: ignis  
 & sulphur, & spiritus procellarum, pars  
 calicis eorum.
- Sap. 11.* Ut scirent, quia per quæ peccat quis,  
*17.* per hæc & torquetur.
- Ecclesi. 21.* Stuppa collecta synagoga peccantiū,  
*10.* & consumatio illorum flamma ignis.
- Isaia 30.* Præparata est enim ab heri Tophet, a  
*33.* Rege præparata, profunda, & dilatata:  
 Nutrimenta ejus ignis, & ligna multa;  
 flatus Domini sicut torrens sulphuris  
 succendens eam.
- 33. 11.* Concipientis ardorem, parietis stipulam: Spiritus vester ut ignis vorabit  
 vos.
- 13.* Audite, qui longe estis, quæ fecerim,  
 &c.

& cognoscite vicini fortitudinem meam,  
Conteriti sunt in Sion peccatores, pos-  
sedit tremor hypocritas, quis poterit  
habitare de vobis cum igne devourante?  
quis habitabit ex vobis cum ardoribus  
sempiternis?

Et convertentur torrentes ejus in pi- *Isaie 24. 9.*  
cem, & humus ejus in sulphur: & erit  
terra ejus in picem ardentem. Nocte,  
& die non extingvetur, in sempiternum  
ascendet fumus ejus.

Ecce ego cibabo populum istum ab- *Jer. 9. 15.*  
sinthio, & potum dabo eis aquam sellis.

Ecce enim dies veniet succensa quasi *Mala. 4. 1.*  
caminus: & erunt omnes superbi, & o-  
mnes facientes impietatem, stipula: &  
inflamabit eos dies veniens, dicit Do-  
minus exercituū, quæ non derelinquet  
eis radicem, & germen.

Si quis adoraverit bestiam, imaginem  
ejus, & acceperit characterem in fronte  
sua, aut in manu sua: & hic bibet de vi-  
no iræ Dei, quod mistum est mero in ca-  
lice iræ ipsius, & cruciabitur igne, &  
sulphure in conspectu Angelorum san-  
ctorum, & ante conspectum agni: & fu-  
mus tormentorum eorum ascendet in  
sæcula sæculorum: nec habent requie-  
die, ac nocte.

Quantum glorificavit se, & in deli- *18. 5.*  
ciis fuit; tantum date illi tormentorū,  
& luctum. *Ecc 4. Et*

*Apoc. 20.* Et infernus, & Mors missi sunt, in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.

*INTERMINABILIS.*

*Is. 66. 24.* **V**ermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt usq; ad satietatem visionis omni carni.

*Matt. 25.* Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus.

*46.* Et ibunt hi in supplicium æternum: justi autem in vitam æternam.

*Mar. 9. 4.* Bonum est tibi claudum intrare in vitam æternam, quām duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis: ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

*2. Thes. 1.* Qui pænas dabunt in interitu æternas à facie Dñi, & à gloria virtutis ejus.

*INFIRMITAS CONTINGIT*  
*quandōq; ob meritum.*

*Eeccl. 31.* **I**Nfirmitas gravis sobriam facit animam.

*2.* Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter enim gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

*Quandōq; in pænanz peccati.*

*Deut. 28.* Quodsi audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata ejus &c.

*27.* Percutiat te Dominus ulcere Ægypti, & par-

& partem corporis, per quam stercore  
egeruntur, scabie quoq;, & prurigine:  
itâ ut curari nequeas. Percutiat te Do-  
minus amentiâ, & cæcitate, ac furore  
mentis, & palpes in meridie sicut pal-  
pare solet cæcus in tenebris, & non di-  
rigas vias tuas.

Nunc igitur accepisti argentum, & ac- 4. Reg. 5.  
cepisti vestes, ut emas oliveta, & vineas, 27.  
& oves, & boves, & servos & ancillas.  
Sed & lepra Naman adhærebit tibi, &  
semini tuo usq; in sempiternū. Et eges-  
sus est ab eo leprosus quasi nix.

Et super hæc omnia percussit eum Do- 2. Par. 21.  
minus alvi langvore insanabili. 18.

Postea invenit eum JEsus in templo, Joann. 5.  
& dixit illi: Ecce sanus factus es: jam  
noli peccare ne deterius tibi quid con-  
tingat. 14.

*Infirmi visitandi.*

**N**unciatum est Joseph, quod ægro- Gen. 48.  
taret pater suus: qui assumptis duo- 1.  
bus filiis Manasse, & Ephraim, ire pere-  
xit.

Porro Ochozias filius Joram Rex Ju- 4. Reg. 8.  
da, descendit invisere Joram filium A- 39.  
chab in Jezrahel quia ægrotabat ibi.

Eliseus autem ægrotabat infirmitate, 13. 14.  
quâ & mortuus est: descenditq; ad eum  
Joas Rex Israël, & siebat coram eo, di-  
cebâtq;: pater mi, currus Israël, & au-  
tiga ejus. Ee 5 Igi-

*Job. 2.11.* Igitur audientes tres amici Job omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz, Thebanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites conduxerunt enim, ut pariter venientes visitarent eum, & consolarentur.

*Eccels. 7.* Melius est ire ad domū luctūs, quam ad domum convivii.

*Eccli. 7.* Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula.

*Matt. 25.* Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut quando te vidi mus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis unū ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

*Joan. 11.* Miserunt ergo sorores ejus ad eum dicentes: Domine ecce quem amas infirmatur. Audiens autem Iesus dixit eis: infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.

*2. Cor. 1.* Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus, & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, quâ exhortamur, & ipsi à Deo.

*Jacob. 5.* Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum.

q[ui]m, h[ab]entes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.

*Quandoq[ue] per DEum curatur.*

**A**Uferet Dominus à te omnem lan. *Deut.* 7.  
gyorem. *Exodus.* 15.

Dominus mortificat, & vivificat, d[icit] Reg. 21.  
ducit ad inferos, & reducit. 6.

In memoria enim sermonum tuorum *Sap.* 16.  
examinabantur, & velociter salvaban-  
tur. 11.

Fili in tua infirmitate ne despicias te *Ecli.* 38.  
ipsum, sed ora Dominum, & ipse cura-  
bit te. 9.

*Per medium.*

**A**Nte langvorem adhibe medicinam, 18. 20.  
& ante judiciū interroga te ipsum,  
& in conspectu Dei invenies propitia-  
tionem.

Melior est mors, quam vita amara; &  
requies æterna, quam langvor perseve-  
rans. 30. 17.

Honora medicum propter necessita-  
tem: etenim illum creavit Altissimus:  
à Deo enim omnis medela, & à Rege  
accipiet donationem. 38. 1.

Altissimus creavit de terra medica-  
menta, & vir prudens non abhorrebit il-  
la. Nōne à ligno indulcata est aqua a-  
mara? 4.

Et

*Ecli. 38.* Et da locum medico : etenim illum  
11. Dominus creavit, & non discedat à te,  
quia opera ejus sunt necessaria. Est e-  
nīm tempus quando in manus illorum  
incurras.

15. Qui delinquit in conspectu ejus, qui  
fecit eum, incidet in manus medici.

*INGRATITUDO, & EJUS PUNITIO.*

*Gen. 31.* **D**Ixit Jacob uxoribus suis) Et ipsæ nōstis,  
6. quod totis viribus meis servierim  
patri vestro. Sed pater vester circum-  
venit me, & mutayit mercedem meam  
decem vicibus.

40. 23. Et tamen succendentibus prosperis,  
præpositus pincernarum oblitus est in-  
terpretis sui: Josephi scilicet in car-  
cere permitti.

*Deut. 23.* Amonites, & Moabites etiam post de-  
cimam generationem non intrabunt Ec-  
clesiam Domini, in æternum: quia no-  
luerunt vobis occurrere cum pane, & a-  
qua in via quando egressi estis de Ægy-  
pto.

*Judic. 6.* Ego vos feci concēdere de Ægypto,  
& eduxi vos de domo servitutis, & li-  
beravi de manu Ægyptiorum, & omni-  
um inimicorum, qui affligebant vos: e-  
jeciq; eos ad introitum vestrum, & tra-  
didi vobis terram eorum. Et dixi: Ego  
Dominus Deus vester, ne timeatis deos  
Amorhæorum, in quorum terra habita-  
tis.

tis. Et noluistis audire vocem meam.

Aversi sunt filii Israël, & fornicatis sunt *Judic. 8.*  
cum Baalim. Percusseruntq; cum Baäl *33.*  
fœdus, ut esset eis in Deum : nec recor-  
dati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos  
de manibus inimicorum suorum omni-  
um per circuitum.

Benedic anima mea Domino : & no- *Pſ. 102.2.*  
li oblivisci omnes retributiones ejus.

Popule meus quid feci tibi, aut quid *Mich. 1.*  
molestus fui tibi? responde mihi? Quia *2.*  
eduxi te de terra Ægypti, & de domo  
servientium liberavi te : & misi ante fa-  
ciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariā?

Ingratitudo enim spes, tanquam hyberna- *Sap. 26.*  
lis glacies tabescet, & disperiet tanquā *29.*  
aqua supervacua.

Qui reddit mala pro bonis, non re- *Prov. 17.*  
cedet malum de domo ejus. *13.*

Filios enutrii, & exaltavi : ipsi au- *Isa. 1. 3.*  
tem spreverunt me.

Nunquid redditur pro bono malum, *Jer. 18.*  
quia foderunt foveam animæ meæ? *20.*

Et cùm inebriatus esset Simon, & filii *1. Mach.*  
ejus, surrexit Ptolomæus cum suis, & *16. 16.*  
sumpserunt arma sua, & intraverunt  
convivium, & occiderunt eum, & duos  
filios ejus, & quosdam pueros ejus, &  
fecit deceptionem magnam in Israël, &  
reddidit mala pro bonis.

Qui enim habet dabit urei, & abun- *Matt. 13.*  
dabit: *22.*

dabit: qui autem non habet, & quod  
habet auferetur ab eo.

**INIMICUS DILIGENTER PRO-  
bandus.**

**Prov. 26.** **L**abiis suis intelligitur inimicus, cum  
**24.** in corde tractaverit dolos. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiae sunt in corde illius.

*Diligenter vitandus.*

**Eccli. 6.** Ab inimicis tuis separare, & ab ami-  
**13.** cis tuis attende.

**12. 10.** Non credas inimico tuo in æternum: sicut enim æramentum æruginat nequicia illius: & si humiliatus vadat curvus adjice animum tuum, & custodi te ab illo. Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam.

**15.** In labiis suis inducat inimicus: & in corde suo insidiatur, ut subvertat te in foveam.

**26.** In oculis suis lachrymatur inimicus: & si invenerit tempus, non satiabitur sanguine: & si incurserint tibi mala, invenis eum illic priorē. In oculis suis lachrymatur inimicus, & quasi adjuvans suffodiet plantas tuas. Caput suum movebit, & plaudet manu, & multa susurrans commutabit vultum suum.

*Decenter reconciliandas.*

**Eccli. 6. 5.** Verbum dulce multiplicat amicos,  
& mi-

& mitigat inimicos: & lingua eucharis  
in bono homine abundat.

Si ergo offeres munus tuum ad altare, *Matt.* 5.  
& ibi recordatus fueris, quia frater tu-  
us habet aliquid adversum te: relinque  
ibi munus tuum ante altare, & vade pri-  
us reconciliari fratri tuo: & tunc veni-  
ens offeres munus tuum.

Tunc accedens Petrus ad eum dixit:  
Domine quoties peccabit in me frater  
meus, & dimittam ei? usq; septies? Di-  
cit illi JESUS: Non dico tibi usq; septi-  
es; sed usq; septuagies septies.

Diligite inimicos vestros, benefacite *Luca* 6.  
his, qui vos oderunt:

Dimitte, & dimittemini.

Supportantes invicem, & donantes *Col. 3, 13.*  
vobis metipsis, si quis aduersus aliquem  
habet querelam: sicut & Dominus do-  
navit vobis, ita & vos.

## INJUSTITIA.

**N**ON habebis in sacculo diversa pon- *Deut. 25.*  
dera majus, & minus: nec erit in 23.  
domo tua modius major & minor.

Abominatur enim Dominus DEUS 36.  
tuus cum, qui facit hæc, & aversatur o-  
mnem injustitiam.

Si iniquitatem, quæ est in manu tua, *Job. 18.*  
abstuleris à te, & non permanserit in ta-  
bernaculo tuo injustitia: tunc levare  
poteris faciem tuam absq; macula, & e-  
sis stabilis, & non timebis. Neq;

- Psal. 5. 6.** Neq; permanebunt injusti ante oculos tuos.
- 36. 38.** Injusti autem disperibunt simul : reliquiae impiorum interibunt.
- 106. 17.** Propter injusticias enim suas humiliati sunt.
- Ecli. 10.** Regnum à gente in gentem transferetur propter injusticias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos.
- 27. 23.** Revertere ad Dominum , & avertere ab injustitia tua.
- 3. Petr. 2.** In corruptione sua peribunt , percipientes mercedem injustitiae.
- 12.**
- INOBEDIENTIA EJUSQUE PUNITIO.**
- Genes. 3.** **M**ulieri quoq; dixit : multiplicabo aërumnas tuas, & conceptus tuos : in dolore paries filios.
- 16.**
- 27.** Adæ verò dixit : quia audisti vocem uxoris tuæ , & comedisti de ligno , ex quo præceperam tibi , ne comederes , maledicta terra in opere tuo &c.
- 10. 17.** Salva animam tuam : noli respicere post tergum.
- 28.** Respiciens uxor post se versa est in statuam salis.
- Zev. 26.** Quòd si non audieritis me , nec feceritis omnia mandata mea , si spreveritis leges meas, & judicia mea contempseritis , ut non faciatis ea , quæ à me constituta sunt , & ad irritum perducatis patrum meum : ego quoq; hæc faciam vobis :

Vobis: visitabo vos velociter in egestate, &c.

Et propono in conspectu vestro ho- *Deut. 11.*  
die benedictionem, & maledictionem: *26.*  
benedictionem, si obedieritis mandatis  
Domini Dei vestri, quæ ego hodie præ-  
cipio vobis: maledictionem, si non obe-  
dieritis mandatis Domini Dei vestri.

Cur, inquit, transgredimini verbum *Num. 14.*  
Domini, quod vobis non cedit in pro- *41.*  
sperum.

Qui autem superbierit nolens obedi- *Deut. 17.*  
re sacerdotis imperio, qui eo tempore *12.*  
ministrat Domino Deo tuo, & decreto  
judicis morietur homo ille.

Qui autem verba ejus, quæ loquitur *18. 12.*  
in nomine meo, audire noluerit, ego ul-  
tor existam.

Si genuerit homo filium contumacē *21. 18.*  
& protervum, qui non audiat patris aut  
matris imperium, & coercitus obediē  
contempserit, lapidibus cum obruet po- *21.*  
pulus civitatis: & morietur.

Quid autem vocatis me, Dñe Dñe: & *Luca 6.*  
non facitis quæ dico. *46.*

Diu noluerunt obediē patres nostri. *Act. 7. 39.*

Sicut enim per inobedientiam unius *Rom. 5.*  
hominis peccatores constituti sunt mul- *12.*  
ti: ita & per unius obedientiam justi  
constituentur multi.

Et in promptu habentes ulcisci o- *2. Cor. 10.*

mnem inobedientiam, cùm impleta fuc-  
rit vestra obedientia.

- 8. Thess.* Quòd si quis non obedit verbo no-  
*3. 14.* stro per epistolam, hunc notate, & ne  
comisceamini cum illo, ut confundatur.  
*Hebr. 2.* Omnis prævaricatio, & inobedientia  
*2.* accipit justam mercedis retributionem.

## INNOCENTIA.

- 1. Reg. 1.* Usquequo ebria eris? digere paulisper  
*14.* vinū, quo mades. Respondens Anna:  
nequaquam inquit, Domine mi, nam  
mulier infelix nimis ego sum, vinūmq;  
& omne, quod inebriare potest, non bi-  
bi, sed effudi animam meam in conse-  
etu Domini.

- 8. Reg. 18.* Tune es ille, qui conturbas Isräel? &  
*17.* ille ait: Non ego turbavi Isräel, sed tu,  
& domus patris tui, qui dereliquistis  
mandata Domini, & secuti estis Baalim.

- Pj. 23. 4.* Innocens manibus, & mundo corde,  
qui non accepit in vano animam suam,  
nec juravit in dolo proximo suo. Hic  
accipiet benedictionē à Domino, & mi-  
sericordiam à Deo salutari suo.

- Jer. 37.* Ad Chaldæos profugis? Et respon-  
*13.* dit Jeremias: falsum est, non fugio ad  
Chaldæos. Et non audivit eum: sed  
comprehendit Jerias Jeremiam. Cæsum  
eum miserunt in carcerem.

- Gen. 39.* Ingressus est ad me servus Hebræus,  
*17.* quē adduxisti, ut illuderet mihi; cùm-  
que

que audisset me clamare, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras. His auditis Dominus, & nimium credulus verbis conjugis, iratus est valde: tradiditq; Joseph in carcerem, ubi vinciti regis custodiebantur, & erat ibi clausus.

Vinctus ab Ierofolymis traditus sum in manus Romanorum: qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eò, quod, nulla esset causa mortis in me.

Acto. 28.

17.

## INSTABILITAS.

**V**Agus & profugus eris super terram Genes. 4.  
(maledicto Cain.) 12.

Ecce, qui serviunt ei, non sunt stabiles. Job. 4.18.

Sicut avis transmigrans de nido suo, Prov. 27.  
sic vir, qui derelinquit locum suum. 8.

Non ventiles te in omnem ventum, Eccli. 5.  
& non eas in omnem viam. 11.

Confide autem in Deo, & mane in loco tuo. 11. 22.

Nam stultus sicut luna mutatur. 27. 12.

Impii autem quasi mare fervens, quod Is. 57.20,  
quiescere non potest, & redundant flumus ejus in conculationem, & lutum.  
Non est pax impiis dicit Dominus Deus.

Qui dilexit movere pedes suos, & Jer. 14.  
non quievit, & Domino non placuit. 10.

Peccatum peccavit Jerusaleni, pro- Ther. 1.8.  
pterea instabilis facta est.

- Matt. 11.* Quid existis in desertum videre? a.  
7. rūdinem vento agitatam?
- Luc. 9.5.* Et quamecumq; dōmum intraveritis,  
ibi manete, & inde ne exeatis.
- 10. 7.* Nolite transire de domo in domum.
- x. Cor. 15.* Itaq; fratres mei dilecti, stabiles esto-  
58. te, & immobiles: abundantes in opere  
Domini semp̄r scientes, quād labor  
vester non est inanis in Domino.
- Ephes. 4.* Ut jam non simus parvuli fluctuantes  
14. & circumferamur omni vento doctrinæ  
in nequitia hominum, in astutia ad cir-  
cumventionem.
- i. Thes. 4.* Rogamus autem vos fratres, ut abun-  
10. detis magis, & operam detis, ut quieti  
sit, & vestrum negotium agatis.
- 2. Thes. 3.* Ipsi enim scitis quemadmodum opore-  
7. teat imitari nos: quoniam non inquieti  
fuimus inter vos.
- i. Tim. 5.* Simul autem & otiosæ dicunt circui-  
12. re domos: non solum otiosæ, sed &  
verbosæ, & curiosæ, loquentes, quæ non  
oportet.
- Jacob. 1.* Vir duplex animo, inconstans est in  
8. omnibus viis suis.

## INVIDIA.

- Genes. 3.* Quare hoc fecisti? quæ respondit:  
13. **Q** serpens decepit me, & comedì.
- 4. 4.* Et respexit Dominus ad Abel, & ad  
munera ejus: ad Cain verò & ad mune-  
ra illius non respexit: Iratusq; Cain ve-  
he-

hementer, & concidit vultus ejus.

Cumq; essent in agro, consurrexit Gen. 4.8.  
Cain aduersus fratrem suum Abel, & in-  
terfecit eum.

Habuit quoq; possessiones ovium, &  
armentorum, & familiæ plurimùm. Ob  
hoc invidentes ei Palæstini, omnes pu-  
teos, quos foderant servi patris illius A-  
braham, illo tempore obstruxerunt, im-  
plentes humo; in tantum, ut ipse Abi-  
melech diceret ad Isaac. Recede à no-  
bis, quoniam potentior nobis factus es  
valde.

Oderat ergo semper Esau Jacob pro  
benedictione, quâ benedixit ei Pater:  
dixítq; in corde suo: venient luctus pa-  
tris mei, & occidam Jacob fratrē meum.

Cernens autem Rachel, quòd infæ-  
cunda esset, invidit Sorori suæ, & ait  
marito suo: Da mihi liberos, alioquin  
moriar.

Videntes autem fratres ejus, qnòd à  
patre plūs cunctis filiis amaretur, odc-  
rant eum, nec poterant ei quidquam pa-  
cificè loqui.

Et prætereuntibus Madianitis nego-  
tiatoribus, extrahentes eum de cister-  
na, vendiderunt eum Israëlitis viginti  
argenteis.

Surrexit interea Rex novus super Æ. Exod. 1.8.  
gyptum, qui ignorabat Joseph: & ait

ad populum suum : Ecce populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur.

*Lev. 19.* Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue cum, ne habeas super illo peccatum.

*a.Reg.18.* Et præcinebant mulieres ludentes, atq; dicentes : Percussit Saul mille, & David decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & desplicuit in oculis ejus sermo iste : dixítq; dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt ; quid ei superest, nisi solum regnum ? Non reatis ergo oculis Saul aspiciebat David à die illa, & deinceps.

*Sap.3.24.* Invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum : imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

*6. 25.* Neq; cum invidia tabescente iter habeo : quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.

*Prov. 23.* Ne comedas cum homine inyido, & ne desideres cibos ejus, quoniam in similitudinem arioli, & conjectoris, aestimat quod ignorat. Comede, & bibe dicet tibi : & mens ejus non est tecum. Cibos, quos comederas, evomes : & perdes pulchros sermones tuos.

*28.22.* Vir, qui festinat ditari, & aliis invitare, ignorat, quod egestas superveniet ei.

Igi-

Igitur Daniel superabat omnes prin- *Dan. 6.8.*  
cipes & satrapas: quia Spiritus Dei am-  
plior erat in illo. Porro Rex cogitabat  
constituere eum super omne regnum:  
unde principes, & satrapæ quærebant  
occasione, ut invenirent Danieli ex-  
latere Regis: nullamq; causam, & suspi-  
cionem reperire potuerunt.

Frater tuus venit, (*prodigus scilicet Fi-*  
*lius*) & occidit pater tuus vitulum sagi-  
natum, quia salvum illum recepit. In-  
dignatus est autem, & nolebat introire. *Lucæ 15.*  
27.

Ecce tot annis servio tibi, & nunquam  
mandatum tuum præterivi, & nunquam  
dedisti mihi hædum, ut cum amicis meis  
epularer: sed postquam filius tuus hic,  
qui, devoravit substantiam suam cum  
meretricibus, venit, occidisti illi vitu-  
lum saginatum. *22.*

Quodsi invicem mordetis, & comedi- *Gal. 5.15.*  
tis: videte, ne ab invicem consumamini.

Non efficiamini inanis gloriæ cupidi,  
invicem provocantes, invicem inviden-  
tes. *25.*

Et parvulum occidit invidia. *Job. 5.2.*

Qui sibi invidet nihil est illo nequius, *Ecli. 24.*  
& hæc redditio est malitiæ illius. *5.*

Concupiscitis & non habetis: occi- *Jacob. 4.*  
ditis, & zelatis: & non potestis adipi- *2.*  
isci: litigatis, & belligeratis, & non ha-  
betis propter quod non postulatis.

- i. Petri 2.* Deponentes igitur omnem malitiam,  
 1. & omnē dolum, & simulationes, & invi-  
 dias, & omnes detractiones sicut modò  
 geniti infantes rationabile sine dolo  
 lac concupiscite: ut in eo crescatis in  
 salutem.
- i. Joan. 3.* Nolite mirari fratres, si odit vos  
 13. mundus.
15. Omnis, qui odit fratrem suum homi-  
 cida est.
4. 20. Si quis dixerit, quoniam diligo De-  
 um, & fratrem suum oderit, mendax est.
- IRA HOMINIS NOXIA, EAQUE  
 vitanda.*
- Gen. 4.5.* **A**D Cain verò & ad munera illius non  
 respexit: iratusq; est Cain vehe-  
 menter, & concidit vultus ejus. Dixitq;  
 Dominus ad eum: quare iratus es? &  
 cur concidit facies tua?
- 45. 24.* Dimisit ergo fratres suos, & profi-  
 ciscentibus ait: Ne irascamini in via.
- Job. 5. 2.* Verè stultum occidit iracundia.
18. 4. Quid perdis animā tuā in furore tuo.
- Prov. 12. 16.* Fatuus statim indicat iram suam.
15. 18. Vir iracundus provocat rixas.
27. 3. Grave est saxum, & onerosa arena:  
 sed ira stulti utroq; gravior. Ira non  
 habet misericordiam nec errumpens fu-  
 ror: & impetum concitati ferre quis  
 poterit?
- 29. 22.* Vir iracundus provocat rixas: & qui  
 ad

ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior.

Cum iracundo non facies rixas. *Eccles. 8.19.*

Nec sis velox ad irascendum : quia ira *Eccles. 7.10.*  
in sinu stulti requiescit.

Non est caput nequius super caput *Ecclesi. 25.22.*  
colubri: & non est ira super iram mulieris.

Memorare timorem Dei, & non irascis proximo. *28. 8.*

Zelus, & iracundia minuunt dies. *30. 26.*

Ego autem dico vobis: quia omnis, *Matth. 5.22.*  
qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

Irascimini, & nolite peccare : sed non *Ephes. 4.26.*  
occidat super iracundiam vestram.

Nunc autem deponite & vos omnia ; *Col. 3. 8.*  
iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore  
vestro.

Responsio mollis frangit iram : sermo durus suscitat furorem. *Prov. 15.1.*

Noli esse amicus homini iracundo, *22. 24.*  
neque ambules cum viro furioso.

Et qui imponit stulto silentium, iras mitigat. *26. 19.*

Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. *21.*

Non vosmetipso defendatis charissimi, sed date locum irae. *Rom. 12.19.*

Sit autem omnis homo velox ad au-

diendum, tardus autem ad loquendum,  
& tardus ad iram.

*Ira DEI incurritur ex praeceptorum transgressione.*

*2. Par. 19.* Ostendite eis, ut non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos, & super fratres vestros: sic ergo agentes non peccabitis.

*Nah. 1. 2.* Deus æmulator, & ulciscens Dominus, & habens furorem: ulciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.

6. Ante faciem indignationis ejus, quis stabit? & quis resistet in ira furoris ejus?

*Rom. 1. 18.* Revelatur enim ira Dei de cœlo, super omnem impietatem, & in justitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent.

*3. 8. & 9.* Ira & indignatio\*. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.

*Hebr. 10.* Horrendum est incidere in manus Dei viventis.

*Apoc. 19.* Et de ore ejus procedit gladius ex ultraq; parte acutus: ut in ipso percutiat Gentes: & ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ

16. Dei omnipotentis\*. Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum: Rex Regum & Dominus dominantium.

*Exod. 15.* Misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulari. Et

Et in spiritu furoris tui congregatae Exod. 15.  
sunt aquæ. 8.

Domine ne in furore tuo arguas me, Ps. 37. 1.  
neq; in ira tua corripias me.

Misericordia enim, & ira ab illo citò Eccli. 5.7.  
proximant, & in peccatores respicit ira  
illius.

Corripe me Domine, verumtamen in Jere. 10.  
Iudicio; & non in furore tuo, ne forte 24.  
ad nihilum redigas me. Effunde indi-  
gnationem tuam super Gentes, quæ non  
cognoverunt te; & super provincias,  
quæ nomen tuum non invocaverunt.

### INTENTIO RECTA EJUSQUE EXEM- pla historica.

Occidit Cain Abel. David Goliath. Moy- Gen. 4. 8.  
ses Ægyptium. Herodes Antipas Joan- Exod. 2.11.  
nem Bapt. Agippa Jacobum. Sed considera 1. Reg. 17.  
in his varias intentiones, & causas. 45.  
Mar. 6.26

Dixit Pharao: peccavi etiam nunc: Exod. 5.  
Dominus justus: ego & populus meus 27.  
impii.

Filius prodigus: Pater peccavi. Luca. C. 15.  
¶. 18. Judas: peccavi tradens sanguinem  
justum. Matt. C. 27. ¶. 4. David: 2. Reg.  
12. 13. Perpendenda tamen diversæ inten-  
tiones.

Misit David pro Uriâ, qui erat in Exerci- 2. Reg. 11.  
tu, non ut ille quiesceret, sed ut ipse peccatum,  
quod cum uxore ejus perpetrârat, ocularet.  
Vide hac de re totum c. II.

*Jud. 10.* Ornavit se Judith valde curiosè : Sed omnis illa compositio non ex libidine, sed ex virtute promicabat, ad liberandum scilicet populum Dei de inimicorum ferocia ; ut videare est in dicto cap.

*Esth. 4.* Quòd Mardochæus Aman nolebat adorare, vel coram illo genuflectere, non fecit per inobedientiam, vel ex contemptu : Sed quia honorem divinum nolebat homini mortali deferre : sicut testatur ipse C. 4. Esth.

*Matth. 2.* Dixit Herodes Magis, ut invenientes puerum renunciarent ei, ut & ipse adoraret eum. Sed aliud intendebat, & aliud prætendebat.

*7. 21.* Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine ; intrabit in regnum cœlorum.

*22.* Multi dicent mihi in illa die : Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis : Quia nunquam novi vos, discedite à me, qui operamini iniquitatem.

*Lucas 14.* Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

*26. 13.* Nemo servus potest duabus Dominis servire.

*15.* Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus : Deus autem novit corda vestra.

## ITER SALUTIS, &amp; PERDITIONIS.

**N**E delecteris in semitis impiorum, *Prov. 4.*  
nec tibi placcat malorum via. *14.*

Fuge ab ea, nec transeas per illam: *15. 16.*  
declina, & desere eam.

Justorum autē semita quasi lux splen-  
dens, procedit & crescit, usq; ad perfe-  
ctam diem. Via impiorum tenebrosa:  
nesciunt ubi corruant. *18.*

Oculi tui recta videant, & palpebræ  
tuæ præcedant gressus tuos. Dirige se-  
mitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ  
stabilitur. Ne declines ad dexteram,  
neq; ad sinistram: averte pedem tuum  
à malo, vias enim quæ à dextris sunt,  
novit Dominus: perversæ verò sunt,  
quæ à sinistris sunt. *25.*

Respicit Dominus vias hominis, & o-  
mnes gressus ejus considerat. *5. 21.*

Iter autem impiorum, decipiet eos. *12. 26.*

Iter pigrorum quasi sepes spinarum:  
via justorum absq; offendiculo. *15. 19.*

Cùm audace non eas in via, ne forte *Eccli. 8.*  
gravet mala sua in te: ipse enim secun-  
dum voluntatem suam vadit, & simul  
cùm stultitia illius peries. *18.*

In via ruinæ non eas, & non offendes  
in lapides. *12. 25.*

Intrate per angustam portam: quia *Matth. 7.*  
lata porta, & spatiofa via est, quæ dicit *12.*  
ad perditionem, & multi sunt, qui in-  
trant per eam. *Quād.*

*Matth. 7.* Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ dicit ad vitam: & pauci sunt, qui inveniunt eam.

*Hebr. 12.* Gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

## JUDICIUM TEMERARIUM.

*If. 5. 20.* Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

*Job. 13. 7.* Nunquid DEus indiget yestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos? nunquid faciem ejus accipitis, & pro Deo judicare nitimini?

*Matt. 7.* Nolite judicare, ut nō judicemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.

*12. 18.* Venit enim Joānes neq; manducans, neq; bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et justificata est sapientia à filiis suis.

*12. 7.* Si autem sciretis quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium: nunquā condemnâsetis innocentes.

*Lucæ 12.* Homo quis me constituit judicem aut divisorem super vos.

*Joann. 7.* Nolite judicare secundūm faciē, sed justum judicium judgeate.

Pro-

Propter quod inexcusabilis es ô homo Rom. 3. 2. qui judicas. In quo enim judicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ judicas. Scimus enim quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt.

Existimas autem hoc ô homo, qui judicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei?

Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

Non ergo amplius invicem judicemus: sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum vel scandalum fratri.

Mihi autem pro minimo est, ut à vobis judicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum judico.

Qui autem judicat me Dominus est. Itaq; nolite ante tempus judicare.

Quid enim mihi de iis, qui foris sunt judicare? Nonne de iis, qui intus sunt vos judicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus judicabit.

Tu autem quis es, qui judicas proximum? Jacobi 4. 13.

Quod si nos metipos dijudicaremus, 1. Cor. 16. non utiq; judicaremur.

### JUDICIS OFFICIUM.

A Itera autem dicit Moyses, ut iudicabis Exod. 18.

dicaret populum, qui assistebat Moysi à manè usq; ad vesperam. Quòd cùm vidisset cognatus ejus omnia scilicet, quæ agebat in populo. sit: Quid est hoc, quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de manè usq; ad vesperam? Cui respondit Moses: Venit populus ad me quærens sententiam Dei. Cúmq; acciderit eis aliqua disceptatio veniunt ad mē, ut judicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges ejus. At ille: non bonam, inquit, rem facis: stulto labore consumeris, & tu, & populus iste, qui tecum es: ultra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere.

*Exod. 18.* Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui judicent populu omni tempore: quidquid autem majus fuerit referant ad te, & ipsi minora tantummodo judicent.

*ib. 2.* Nec in judicio, plurimorum acquiesces sententiæ, ut à vero devies. Pauperis quoq; non misereberis in judicio.

*Lev. 19.* Non facies, quod iniquum est, nec in-justè judicabis. Non consideres perso-nam pauperis, nec honores vultum po-tentis, justè judica proximo tuo.

Quòd

Quod justum est judicate: sive civis *Deut. 1.*  
sit ille, sive peregrinus. Nulla erit di-  
stantia personarum, ita parvum audie-  
tis ut magnum: nec accipietis cujus-  
quam personam, quia Dei judicium est.

Maledictus, qui pervertit judiciū ad- *27. 10.*  
venæ, pupilli, & viduæ.

Præcipiens judicibus, videte, ait, *2. Par. 10.*  
quid faciatis: non enim hominis exer-  
cetis judicium, sed Domini: & quod-  
cumq; judicaveritis, in vos redundabit.

Usquequo judicatis iniquitatem, &  
facies peccatorum sumitis. Judicate e-  
geno, & pupillo: humilem, & pauperē  
justificate. Eripite pauperem: & ege-  
num de manu peccatoris liberate.

Cognoscere personam in judicio non *Prov. 24.*  
est bonum. *23.*

Deus Sanctus sanctificabitur in justi- *Isa. 5. 16.*  
tia *9.*

Væ, qui condunt leges iniquas: & *80. 1.*  
scribentes injustitiam scripserunt: ut  
opprimerent in judicio pauperes, & vim  
facerent causæ humiliū populi mei:  
ut essent viduæ præda eorum, & pupil-  
los diriperent.

Judex quidam erat in quadam civita- *Luca 18.*  
te, qui Deum non timebat, & hominem *2.*  
non reverebatur: Vidua autem quædā  
erat in civitate illa, & veniebat ad eum  
dicens: Vindica me de adversario meo.

Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se. Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor: tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo veniens fugillet me.

*Lucæ. 23.* Pilatus autem convocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe dixit ad illos: obtulisti mihi hunc hominem quasi avertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam invenio in homine isto, ex his, in quibus eum accusatis.

23. At illi instabant vocibus magnis, postulantes, ut crucifigeretur: & invalecebant voces eorum. Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum.

*Ioann. 7.* Nolite judicare secundūm faciem,  
24. sed justum judicium judecate.

*Judicium Divinum inevitabile.*

*Deut. 32.* Videte quod ego sim solus, & non sit aliis DEus præter me: ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

*Job. 36.* Ecce DEus excelsus in fortitudine,  
32. sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias ejus? aut quis potest ei dicere; operatus es iniquitatem.

*Pj. 75. 8.* Tuterribilis es, & quis resistet tibi?  
*Quis*

Quis enim dicet tibi : Quid fecisti? *Sap. 12.*  
 aut quis stabit contra judicium tuum? *12.*  
 aut quis in conspectu tuo veniet vindex  
 iniquorum hominum?

Non enim est alius DEus, quām tu,  
 cui cura est de omnibus, ut ostendas  
 quoniam non injustē judicas judicium.  
*13.* Neq; Rex, neq; tyrannus in conspectu  
 tuo inquirent de his, quo's perdidisti.

Justus es Domine, & omnia judicia *Tob. 3. 2.*  
 tua justa sunt, & omnes viæ tuæ, misericordia, & veritas, & judicium.

Magnus es Domine in æternum, & in  
 omnia sæcula regnum tuum: quoniam  
 tu flagellas, & salvas: deducis ad infernos, & reducis: & non est, qui effugiat  
 manum tuam.

Ne respicias vultum ejus, neq; altitudinem  
 staturæ ejus: quoniam abjeci eum, *1. Reg. 16.*  
 nec juxta intuitum hominis ego ju-  
 dico. *7.*

Absit à Deo impietas, & ab omnipotente  
 iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & juxta vias singulorum re-  
 stituet eis. *Job. 34. 10.*

Verè enim DEus non condemnabit  
 frustra, nec omnipotens subvertet judi-  
 cium. *12.*

Judicabit orbem terrarum in justitia, *Ps. 97. 9.*  
 & populos in æquitate.

Justus es Domine; & rectum judici-  
 um tuum. *118. 137.*

*Ezech. 18.* Ecce omnes animæ meæ sunt : ut anima patris, ita & anima filii mea est : anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.

4. Idcirco unumquenq; juxta vias suas judicabo domus Israël.

*Rom. 2.2.* Scimus enim quoniam judicium Dei est secundum veritatem, in eos, qui talia agunt.

6. Qui reddet unicuique secundum operam ejus.

*Jacob. 4.* Unus est Legislator, & judex, qui po-

12. test perdere, & liberare.

*Judicium Divinum omniscium.*

*Job. 34.* Oculi enim ejus super vias hominum,

21. & omnes gressus eorum considerat.

22. Non sunt tenebræ, & non est umbra mortis, ut abscondantur ibi, qui operantur iniquitatem. Neque enim ultra in hominis potestate est, ut veniat ad Deum in judicium.

*Psl. 32.13.* De cœlo respexit Dominus : vidit omnes filios hominum.

15. Qui fixit sigillatim corda eorum : qui intelligit omnia opera eorum.

*Eclcli. 17.* Et omnia opera illorum, velut sol in

16. conspectu Dei : & oculi ejus sine intermissione inspicientes in viis eorum : Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates illorum in conspectu Dei.

*39.24.* Opera omnis carnis coram illo, & non

non est quidquam absconditum ab oculis ejus.

Putásne DEus è vicino ego sum? dicit Dominus : & non DEus de longè? si occultabitur vir in absconditis: & ego non videbo eum? dicit Dominus.

Ipse revelat profunda, & abscondita, & novit in tenebris constituta: & lux cum eo est.

Dominus justus in medio ejus non faciet iniquitatem: manè manè judicium suum dabit in lucem, & non abscondetur, nescivit autem iniquus confusione.

Vixus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pètingens usq; ad visionem animæ ac spiritùs, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda, & aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo.

*Scrutatur corda specialiter.*

Redde unicuiq; secundùm vias suas, quas nōsti cum habere in corde suo (tunc enim solus nōsti corda filiorum hominum) ut timeant te, & ambulent in viis tuis cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris.

*Ps. 93. 8.* Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite: Qui plantavit aurem, non audiet: aut qui fixit oculum, non considerat?

*11.* Dominus scit cogitationes hominū, quoniam vanæ sunt.

*Prov. 24.* Qui inspector est cordis, ipse intel-

*12.* ligit, & servatorem animæ tuæ nihil fal-  
lit, redderetq; homini juxta opera sua.

*Ecclesi. 42.* Abyssum, & cor hominum investiga-

*18.* vit.

*20.* Non præterit illum omnis cogitatus,  
& non abscondit se ab eo ullus sermo.

*Apoc. 2.* Et scient omnes ecclesiæ, quia ego

*23.* sum scrutans renes, & corda: & dabo  
unicuiq; vestrūm secundūm opera sua,

*Judicium extremum, admirabile ob*

*Judicis Majestatem.*

*Ps. 95. 13.* Tunc exultabunt omnia ligna sylva-  
rum à facie Domini, quia venit;  
quoniam venit judicare terram. Judi-  
cabit orbem terræ in æquitate, & po-  
pulos in veritate sua.

*If. 3. 14.* Dominus ad judicium veniet cum se-  
nibus populi sui, & principibus ejus:  
vos enim depasti estis vineam, & rapina  
pauperis in domo vestra.

*Matt. 3.* Et accedam ad vos in judicio, & ero  
*5.* testis velox maleficis, & adulteris, &  
perjuris, & qui calumniantur mercedem  
mercenarii viduas, & pupillos, & oppri-  
munt

munt peregrinum, nec timuerunt me,  
dicit Dominus Exercituum.

Et tunc parebit signum filii hominis *Matt. 24.*  
in cœlo: & tunc plangent omnes tri-  
bus terræ: & videbunt filium hominis  
sedentem à dextris virtutis Dei, & ve-  
nientem in nubibus cœli, cum virtute  
multa, & majestate.

A modò videbitis filium hominis se-  
dentem à dextris virtutis Dei, & veni-  
entem in nubibus cœli. *26. 64.*

Neq; enim Pater judicat quemquam: *Joan. 5.*  
sed omne judiciū dedit filio, ut omnes  
honorificant filium, sicut honorificant  
patrem. *22.*

Omnes enim stabunt ante tribunal *Rome. 14.*  
Christi. *11.*

Itaq; unusquisq; nostrum pro se ra-  
tionem reddet Deo. *12.*

Omnes enim nos manifestari oportet *2. Cor. 5.*  
ante tribunal Christi, ut referat unus-  
quisq; propriā corporis, prout gessit,  
sive bonum, sive malum. *10.*

Et præcepit nobis prædicare populo, *48. 10.*  
& testificari, quia ipse est, qui constitu-  
tus est à Deo Judex vivorum, & mor-  
tuorum. *42.*

Nunc annunciat hominibus, ut o-  
mnes ubiq; pænitentiā agant, eò, quod  
statuit diem, in quo judicaturus est or-  
bem in æquitate, in viro, in quo statuit,

fidem præbens omnibus, suscitans eum  
à mortuis.

*Apoc. 1.7.* Ecce venit cum nubibus, & videbit  
cum omnis oculus, & qui eum pupige-  
runt. Et plangent se super eum omnes  
tribus terræ.

*16.* Et de ore ejus gladius utraq; parte  
acutus exibat.

*22.12.* Ecce venio citò, & merces mea mea  
cum est, reddere unicuiq; secundùm oe-  
pera sua.

*Admirabile ob societatis jucunditatem.*

*Zach. 14.* Et veniet Dñus DEus meus, omnésq;  
5. sancti cum eo.

*1. Cor. 6.* An nescitis, quoniam sancti de hoc  
3. mundo judicabunt? Et si in vobis judi-  
cabitur mundus, indigni estis, qui de mi-  
nimis judicatis? Nescitis, quoniam An-  
gelos judicabimus, quanto magis sæ-  
cularia?

Ecce venit Dominus in sanctis milli-  
bus suis, facere judicium contra omnes,  
& arguere omnes impios, de omnibus  
operibus impietatis eorum, quibus im-  
piè egerunt.

*Ob loci gravitatem.*

*Joël 3. 2.* Cùm rogabo omnes gentes, & dedu-  
cam eas in vallem Josaphat: & discen-  
tabo cum eis ibi super populo meo.

Consurgant, & ascendant Gentes in  
22. vallem Josaphat: quia ibi sedebo, ut ju-  
dicem omnes gentes in circuitu. Po-

Populi populi in valle concisionis: *Joël 3.14.*  
quia juxta est dies Domini in valle con-  
cisionis.

Et mittet Angelos suos cum tuba, & *Matt. 24. 31.*  
voce magna, & congregabunt electos  
eius à quatuor ventis, à summis cælorum,  
usq; ad terminos eorum.

*Horribile propter signa in cælis.*

Eritq; repente confestim. A Domi- *Is. 29. 6.*  
no exercituum visitabitur in tonitruo,  
& commotione terræ, & voce magna tur-  
binis, & tempestatis, & flammæ ignis de-  
vorantis.

Quia ecce Dominus in igne veniet, & *66. 15.*  
quasi turbo quadrigæ ejus reddere in  
indignatione furorem suum, & increpa-  
tionem suam in flamma ignis: quia in igne  
Dominus dijudicabit.

Ante faciem ejus ignis vorans, & post  
eum exurens flammam: quasi hortus volu-  
ptatis coram eo, & post eum solitudo  
deserti, neq; est, qui effugiat eum.

Sol & luna obtenebrati sunt, & stel- *10.*  
la retraxerunt splendorem suum.

Magnus enim dies Domini, & terri- *11.*  
bilis valde: & quis sustinebit eum?

Juxta est dies Domini magnus; juxta *Soph. 1.*  
est, & velox nimis: vox diei Domini a- *14.*  
mara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ,  
dies illa, dies tribulationis, & angustiæ,  
dies calamitatis, & miseriæ, dies tene-

brarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ & clangoris super civitates munitas, & super angulos excelsos.

**Mal. 4.1.** Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies yeniens, dicit Dominus.

**Matt. 24.** Statim autem post tribulationē die-tum illorum, Sol obscurabitur, & lumen non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur: & tunc parebit signum filii hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & majestate.

**Apoc. 6.** Et vidi cùm apparuisset sigillum sextum: & ecce terræ motus magnus factus est, & sol factus niger tanquā faceus ciliatus: luna tota facta est sicut sangvis, & stellæ de cœlo ceciderunt super terrā.

*Propter signa in terris.*

**Mal. 4.5.** Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.

**Matt. 17.** Elias quidem venturus est, & restituet omnia.

**24. 3.** Sedente autem eo super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli se-creti

creto dicentes : dic nobis, quando hæc erunt ? & quod signum adventū tui, & consummationis sæculi. Et respondens JESUS, dixit eis : Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes : Ego sum Christus : & multos seducent, Audituri enim estis prælia , & opiniones præliorum. Vide, ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Consurget enim Gens contra Gentem, & regnum in regnum , & erunt pestilentiae , & terræ motus per loca.

Erit enim tunc tribulatio magna, qua-  
lis non fuit ab initio mundi usq; modò,  
neq; fiet. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro : sed propter electos breviabuntur dies illi.

Et erunt signa in sole, & luna, & stel-  
lis , & in terris pressura Gentium præ  
confusione sonitus maris , & fluctuum :  
arescentibus hominibus præ timore, &  
expectatione, quæ supervenient univer-  
so orbi.

Vigilate itaq;, omni tempore oran-  
tes, ut digni habeamini fugere ista o-  
mnia, quæ futura sunt , & stare ante fili-  
um hominis.

Adveniet enim dies Domini ut fure-  
in quo cœli magno impetu transient,  
clementia verò calore solventur, terra  
autem

Matt. 24.

21.

Lucæ 21.

25.

26.

10.

autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurēntur. Cùm igitur hæc omnia dissolven-  
da sint, quales oportet vos esse in san-  
ctis conversationibus, & pietatibus ex-  
pectantes, & properantes in adventum  
diei Domini, per quem cœli ardentes  
solventur, & elementa ignis ardore ta-  
bescunt.

*Horribile, nam boni consolabuntur, mali &  
bonis separabuntur.*

**Dan. 12.** Et in tempore illo salvabitur popu-  
lus tuus, omnis qui inventus fuerit scri-  
ptus in libro.

**Mal. 4.2.** Et orietur vobis timentibus nomen  
meum sol justitiae, & sanitas in personis  
ejus: & egrediemini, & salietis sicut vi-  
tuli de armento. Et calcabitis impios  
cum fuerint cinis, sub planta pedum ve-  
strorum, in die, qua ego facio, dicit Do-  
minus exercituum.

**Eccles. 3.** Justum, & impium judicabit Deus, &  
tempus omnis rei tunc erit.

**Is. 30. 27.** Ecce nomen Domini veniet de lon-  
ginquo, ardens furor ejus, & gravis ad  
portandum: Labia enim repleta sunt  
indignatione, & lingua ejus quasi ignis  
devorans. Spiritus ejus velut torrens  
circumdans usque ad medium colli ad  
perdendas Gentes in nihilum.

**Matt. 3.** Cujus ventilabrum in manu sua: &  
permundabit arenam suam: & congre-  
gabit

gabit triticum suūm in horreum, paleas  
autem comburet igni inextingibili.

Cūm autem venerit filius hominis in Matt. 25.  
Majestate sua, & omnes Angeli cum eo, 81.  
tunc sedebit super sedē majestatis suæ ;  
& congregabuntur ante eum omnes  
gentes, & separabit eos ab invicem sicut  
pastor segregat oves ab hædis : & statu-  
et oves quidem à dextris suis, hædos  
autem à sinistris. Tunc dicet Rex his,  
qui à dextris ejus erunt. Venite bene-  
dicti patris mei, possidete paratum vobis  
regnum à constitutione mundi.

Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt : 41.  
Discedite à me maledicti in ignem æter-  
num, qui paratus est diabolo, & angelis  
ejus.

In reliquo reposita est mihi corona 2. Tim. 4.  
justitiæ, quam reddet mihi Dominus in 8.  
illa die justus Judex: non solùm autem  
mihi, sed & iis, qui diligunt adventum  
ejus.

Et si justus vix salvabitur, impius, & 2. Petri.  
peccator, ubi parebunt. 4. 18.

*De malitiis accusabuntur.*

Revelabunt cœli iniquitatem ejus, & Job. 20.  
terra consurget aduersus eum. 27.

Quid enim faciam, cūm surrexerit ad 21. 24.  
judicandum DEus ? & cūm quæsierit,  
quid respondebo ei ?

Cur timebo in die mala ? iniqüitas Ps. 48. 6.  
calcanei mei circumdabit me. In

- Sap. 1.9.* In cogitationibus enim impii interrogatio erit.
- Ecli. 12.* Et impiis, & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ.
- 18. 19.* Ante judicium para justitiam tibi, & antequam loquaris disce. Ante languorem adhibe medicinam, & ante judicium interrogate ipsum, & in conspectu Dei invenies propitiationem.
- Ezech. 24.* Juxta vias tuas, & juxta adinventiones tuas judicabo te, dicit Dominus.
- 14.*
- Dan. 7.11.* Judicium sedit, & libri aperti sunt.
- Marc. 4.* Non est enim aliquid absconditum,
- 22.* quod non manifestetur: nec factum est occultum, sed ut palam veniat.
- Rom. 2.5.* Thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus.
- 1.Tim. 5.* Quorundam hominum peccata manifesta sunt, precedentia ad judicium quosdam autem & subsequuntur. Similiter, & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.
- Apoc. 20.* Et vidi mortuos, magnos, & pusillos, stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & aliis liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui, ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum.
- 12.*

*Judicij extremitus tempus incertum.*

Et erit in die illa: non erit lux, sed *Zach. 14.*  
Frigus, & gelu. Et erit dies una, quæ no-  
ta est Domino. *6.*

Sicut enim fulgur exit ab oriente, & *Matt. 24.*  
paret usq; in occidentem: ità erit & ad-  
ventus filii hominis. *27.*

De die autem illa, & hora nemo scit,  
neq; Angeli cœlorum, nisi solus Pater.  
Sicut enim in diebus Noë ità erit, & ad-  
ventus filii hominis. Sicut enim erant  
in diebus ante diluvium comedentes,  
& bibentes, nubentes, & nuptui traden-  
tes usq; ad eum diem, quo intravit Noë  
in arcam, & cognoverunt donec venit  
diluvium, & tulit omnes: ità erit, & ad-  
ventus filii hominis. *36.*

Attendite vobis ne forte graventur  
corda vestra in crapula, & ebrietate, &  
curis hujus vitæ: & superveniat in vos  
repentina dies illa: tamquam laqueus  
enim superveniet in omnes, qui sedent  
super faciem omnis terræ. *Luke 21.*  
*34.*

De temporibus autem, & momentis,  
fratres non indigetis, ut scribamus vo-  
bis. Ipsi enim diligenter scitis, quia  
dies Domini, sicut fur in nocte, ità veni-  
et. Cùm enim dixerint pax, & securi-  
tas, tunc repentinus eis superveniet in-  
teritus, sicut dolor in utero habenti, &  
non effugient. Vos autem fratres non  
*1. Thes. 5.*  
*1.*  
*estis*

estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam  
fur comprehendat.

**Act. 1. 7.** Non est vestrum nosse tempora, vel  
momenta, quae Pater posuit in sua po-  
testate.

**Hebr. 10.** Adhuc enim modicum aliquantulum,  
32. qui venturus est, veniet, & non tardabit,

**Isac. 5. 9.** Ecce Judex ante januam assistit.

**2. Petr. 3.** Adveniet autem dies Domini ut fur.

10. Ecce venio sicut fur. Beatus, qui vi-

**Apoc. 16.** gilat, & custodit vestimenta sua, ne nu-

15. dus ambulet, & videant turpitudinem  
ejus.

## JUMENTA.

**Deut. 25.** Non ligabis os bovis terentis in area  
4. fruges tuas.

**Prov. 13.** Novit justus jumentorum suorum a-  
10. nimas : viscera autem impiorum crude-  
lia.

**22. 23.** Diligenter agnosce vultum pecoris,  
tuosq; greges considera : non enim ha-  
bebis jugiter potestatem.

**Exod. 22.** Si quis comendaverit proximo suo  
asinum, bovem, ovem, & omne jumen-

10. tum ad custodiam, & mortuum fuerit,  
aut debilitatum, vel captum ab hostibus,  
nullusq; hoc viderit ; jusjurandum erit  
in medio, quod non extenderit manum  
ad rem proximi sui : suscipietq; domi-  
nus juramentum, & ille reddere non  
cogetur &c.

Agni

Agni ad vestimentum tuum, & hædi *Prov. 27.*  
ad agri pretium. Sufficiat tibi lac ca- *26.*  
prarum, in cibos tuos, & in necessaria  
domus tuæ, & ad viëtum ancillis tuis.

Pecora tibi sunt? attende illis: & si *Eccli.* *7.*  
sunt utilia, perseverent apud te. *24.*

*JURARE QUATENUS LICEAT,*  
*vel non liceat.*

**A** It Jacob: *jura ergo mihi, juravit ei Gen. 25.*  
Esau, & vendidit primogenita. *33.*

Vidimus tecum esse Dominum, & id-  
circò nos diximus: sit juramentum in-  
ter nos, & in eam fædus, ut non facias  
nobis quidquam mali. *26. 28.*

Surgentēs manē juraverunt sibi mu-  
tuō: Dimisitq; eos Isaac pacificè in lo-  
cum suum. *31.*

Non assumes nomen Domini Dei tui *Exod. 20.*  
in vanum. Nec enim habebit insontem *7.*  
Dominus eum, qui assumpserit nomen  
Domini Dei frustra.

Si quis commendaverit proximo suo *22. 11.*  
asinum, bovem, ovem, & omne jumen-  
tum ad custodiam, & mortuum fuerit,  
aut debilitatum, vel captum ab hosti-  
bus, nullusq; hoc viderit: jusjurandum  
erit in medio, quod extenderit manum  
ad rem proximi sui, suscipietq; domi-  
nus juramentum, & ille reddere non co-  
getur.

Et per nomen exterorum Deorum *23. 13.*  
H h non

non jurabis, neq; audietur ex ore vestro.

**Lev. 5.4.** Anima, quæ juraverit & protulerit labiis suis, ut vel male quid faceret, vel bene, & id ipsum juramento, & sermone firmaverit, oblitæq; postea intellexerit delictum suum, agat pænitentiam pro peccato.

**xix. 12.** Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui ego Dominus.

**Deut. 6.** Dominum Deum tuum timebis, & illi

**13.** solis servies, ac per nomen illius jurabis.

**Iij. 65. 16.** Et qui jurat in terra, jurabit in Deo amen.

**Jer. 4. 2.** Et jurabis: vivit Dominus in veritate, & in judicio, & in justitia.

**Zach. 8.17** Juramentum mendax ne diligatis.

Iterum audistis, quia dictum est anti-

**Matt. 5.** quis non perjurabis: reddes autem Do-

**53.** mino juramenta tua. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus Dei est: neq; per terram, quia scabellum est pedum ejus: neq; per Jerosolymam, quia civitas est magni Regis: neq; per caput tuum juraveris, quia non potes capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, est: est: non, non: quod autem his abundantius est, à malo est.

**23.16.** Væ vobis duces cæci, qui dicitis: qui cunq; juraverit per templum nihil est: qui autem juraverit in auro templi, debet.

bet. Stulti, & cœci : quid enim majus est, aurum an templum, quod sanctificat aurum. Et quicunq; juraverit, in altari, nihil est: quicunq; autem juraverit in domo, quod est super illud, debet. Cœci, quid enim majus est, donum an altare, quod sanctificat domum. Qui ergo jurat in altari, jurat in eo, & in omnibus, quæ super illud sunt. Et quicunq; juraverit in templo, jurat in illo, & in eo, qui habitat in ipso: & qui jurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.

Et juravit illi : quia quidquid petieris dabo tibi , licet dimidium regni mei. Quæcum exisset dixit matri suæ : quid petam? at illa dixit : caput Joannis Baptiste.

Abrahæ namq; promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juret, majorem, juravit per semetipsum.

### J U S T I T I A N O S T R A , & J U S T I F I C A T I O

*prima peccatoris fit per fidem in Christum.*

C Redidit Abram Deo, & reputatum Gen. 15. est illi ad justitiam.

Huic omnes prophetæ testimonium Actor.10. perhibent remissionem peccatorum accepere, per nomen ejus omnes, qui credunt in eum.

Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorū

annunciatur, & ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi justificari, in hoc omnis, qui credit, justificatur.

*Rem. 3.* Justitia enim Dei per fidē JEsu Christi, in omnes, & super omnes, qui credunt in eum.

*34.* Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo JEsu, quem proposuit DEus propitiationem, per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiae suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in justificatione Dei, ad ostensionem justitiae ejus in hoc tempore: ut sit ipse justus, & justificans eum, qui est ex fide JEsu Christi.

*5. 1.* Justificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum JEsum Christum.

*18.* Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitae.

*10. 4.* Finis enim legis, Christus ad justitiam omni credenti.

*10.* Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

*Gal. 2.16.* Scientes autem quod non justificatus homo ex operibus legis nisi per fidem JEsu Christi: & nos in Christo JEsu credimus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.

Quo-

Quoniam autem in legē nemo justifi- Galat. 3.  
catur apud D̄Eum, manifestum est, quia 11.  
justus ex fide vivit.

Nos enim spiritu ex fide, spem justi- s. 5.  
tiae expectamus.

Invenimur in illo, non habens meām Phil. 3.9.  
justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ  
ex fide est Christi JESU.

**JUSTIFICATIO PECCATORIS NON SO-**  
*lum fidei, sed etiam charitati adscribitur.*

**E**T faciens misericordiam in millia Exod. 20.  
his, qui diligunt me, & custodiunt 6.  
præcepta mea.

Universa delicta operit charitas. Provo. 10.

Propter quod dico tibi: Remittun- 12.  
tur ei peccata multa; quoniam dilexit Luca 7.  
multum. Cui autem minus dimittitur 47.  
minus diligit.

Nam in Christo JESU, neq; circumci- Gal. 5.6.  
fio, aliquid valet, neq; præputium; sed  
fides, quæ per charitatem operatur. V.  
*Charitas in Deum.*

*Ascribitur præterea pænitentia operibus.*

Sed miseris omnium, quia omnia Sap. 12.  
potes, & dissimulas peccata hominum 24.  
Propter pænitentiam.

Si autem impius egerit pœnitentiam, Ezech. 18.  
ab omnibus peccatis suis, quæ operatus 21.  
est, & custodierit omnia præcepta mea,  
& fecerit judicium, & justitiam: vita vi-  
get, & non morietur. Omnia iniqui-

tatum ejus, quas operatus est, non recordabor: in justitiā sua, quam operatus est, vivet. *V. penitentia.*

*Justificatio secunda, quā quis ex iusto fit iustior adscribitur bonis operibus.*

- Ecli. 18.* Non impediari orare semper, & ne verearis usque ad mortem justificari: quoniam merces Dei manet in æternum.

- Rom. 2.* Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificantur.

- Jac. 2.21.* Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est?

24. Videlis quoniā ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum? Similiter, & Rahab meretrix, nonne ex operibus justificata est, suscipiens nuncios, & alia via ejiciens?

- Apoc. 22.* Qui justus est, justificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.

### JUSTITIAM SECTANTES.

- Psal. 105.* BEati, qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.

- Prov. 11.* Non proderunt divitiæ in die ultionis: justitia autem liberabit à morte.

16. 5. Initium viæ bonæ, facere justitiam: accepta est autem apud DEum magis, quā immolare hostias. *Ju-*

Justitia enim perpetua est, & immor- *Sap. 1.15.*  
talis. Injustitia autem est mortis aequisitio.

Qui enim custodierunt justè, justifi- *6.11.*  
cabuntur: & qui didicerint ista, inve-  
dient, quid respondeant,

Benedictio Dei in mercedem justi se- *Ecli. 11.*  
stinet. *24.*

Fugit impius nemine persequente: *Prov. 28.*  
Iustus autem quasi Leo confidens, absq;  
terrore erit.

Et vir si fuerit justus, & fecerit judi- *Ezech. 18.*  
cium, & justitiam, in montibus non co-  
mederit, & oculos suos non levaverit  
ad idola domûs Israël: & uxorem pro-  
ximi sui non violaverit, & ad mulie-  
rem menstruatā non acceſſerit: & ho-  
minem non contristaverit, pignus de-  
biliōi reddiderit, per vim nihil rapue-  
rit: panem suum efurienti dederit, &  
nudum operuerit vestimento: ad usu-  
rum non comodayerit, & amplius non  
acceperit: ab iniuitate averterit manū  
suam, & judicium verum fecerit inter  
virum, & virum: in præceptis meis am-  
bulaverit, & judicia mea custodierit, ut  
faciat veritatem: hic justus est, vitâ vi-  
vet, ait Dominus Deus.

Remunerantur quantum ad se.

Et retribuet mihi Dominus secun- *Ps. 17.25.*  
dum justitiam meam: & secundum pu-  
nitatem manuum mearum in conspectu  
oculorum ejus. *H h4 Ju-*

**Pſ. 91. 13.** Justus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur.

**96. 11. 12.** Lux orta est justo, & rectis corde lætitia. Lætamini justi in Dño: & confitemini memoriae sanctificationis ejus.

**Prov. 10.** Benedictio Domini super caput justi.

**12. 21.** Non contristabit justum, quidquid ei acciderit.

**Sap. 5. 1.** Tunc stabunt justi in magna constanza, adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum.

**16.** Justi autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dexterâ suâ teget eos, & brachiō sanctō suō defendet illos.

**Matt. 13.** Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

**43. 25.** Justi autem in vitam æternam ibunt.

*Quantum ad prolem.*

**Pſ. 36. 25.** Junior fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem. Tota die miseretur, & comodat, & semen illius in benedictione erit.

**Prov. 11.** Semen autem iustorum salvabitur.

**21.** Justus, qui ambulat in simplicitate,

**20. 7.** beatos post se filios derelinquet.

**Ecli. 44.** Sed illi viri misericordiae sunt, quo-

tum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta, nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum: & filii eorum propter illos usq; in æternum manent: semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur.

*Famam, substantiam temporalem.*

In memoria æterna erit justus.

*Ps. 111.7.*

Qui enim recti sunt, habitabunt in *Prov. 2.*  
terra, & simplices permanebunt in ea. *21.*  
Impii verò de terra perdentur, & qui  
iniquè agunt, auferentur ex ea.

Habitacula autem justorum benedi-

*3. 33.*

centur. *9.*

Non affliget Dominus famę animam  
justi, & insidias impiorum subvertet.

*10. 3.*

Memoria justi cum laudibus: & no-  
men impiorum putriscet.

*7.*

Domus justi plurima fortitudo.

*15. 6.*

*J U S T O S M A L I A B O M I N A N T U R.*

COnsiderat peccator justum: & quæ- *Ps. 36. 32.*  
rit mortificare eum.

Ne insidieris, & quæras impietatem *Prov. 24.*  
in domo justi, neq; vastes requiem ejus. *15.*

Abominantur justi virum impium: & *29. 27.*  
abominantur impii eos, qui in recta sunt  
via. *1.*

Sunt justi, quibus mala proveniunt, *Eccles. 8.*  
quasi opera egerint impiorum: & sunt *14.*  
impii, qui ita seculi sunt, quasi justorum  
facta habeant. *JU.*

Prov. 18.

## JUSTITIA PHARISAICA.

17. **J**ustus prior est accusator sui.Matt. 5. **D**ico enim vobis quia nisi abunda-20. **v**erit justitia vestra, plus quam scriba-  
rum, & phariseorum, non intrabitis in-  
regnum cœlorum.

**E**t ait illis. (scilicet phariseis) Vos-  
estis, qui justificatis vos coram homini-  
bus: DEus autem novit corda vestra:  
quia quod hominibus altum est, abomi-  
natio est ante Deum.

**G**al. 2. 16. **S**cientes autem, quod non justifica-  
tur homo ex operibus legis nisi per fi-  
dem IESU Christi.

**S**. 4. **E**vacuati estis à Christo, qui in lege  
justificamini: à gratia excidistis.

*Justitia perfecta in hac vita, in qua omnes  
sumus peccatores, non datur.*

**G**en. 6. 5. **V**idens autem DEus, quod multa ma-  
litia hominum esset in terra, & cuncta  
cogitatio cordis intenta esset ad malum  
omni tempore, paenituit eum, quod ho-  
minem fecisset in terra.

**S**. 21. **S**ensus enim, & cogitatio humani cor-  
dis in multum prona sunt ab adolescen-  
tia sua.

**E**xo. 34. 7. **N**ullusq; apud te per se innocens est.

**3. R**eg. 8. **N**on enim homo, qui non peccet.

**46. 2. Paral. 6. 36.**

**J**ob. 9. 20. **S**i justificare me volucro, os meum  
condemnabit me, si innocentem me o-  
sten-

stendero pravum me comprobabit.

Nunquid justificari potest homo cō- Job. 25.  
paratus Deo, aut apparere mundus, na- 4.  
tus de muliere?

Ecce enim in iniquitatibus conce- Ps. 50. 7.  
ptus sum : & in peccatis concepit me  
mater mea.

Si iniquitates observaveris Domine: 129. 3.  
Domine quis sustinebit?

Et non intres in judicium cum servo 142. 2.  
tuo: quia non justificabitur in conspe-  
ctu tuo omnis vivens.

Quis potest dicere: mundum est cor, Prov. 20.  
meum, purus sum à peccato? 9.

Non est enim homo justus in terra, Eccles. 7.  
qui faciat bonum, & non peccet. 21.

Nihil enim mihi conscient sum; sed 1. Cor. 4.  
non in hoc justificatus sum. v. peccatum. 4.

## LABORARE OMNI- bus commune.

**T**ulit ergo Dominus DEus ho- Genes. 9.  
minem, & posuit eum in para- 15.  
dyso voluptatis, ut operare-  
tur, & custodiret illum.

Quia audisti vocem uxoris tuæ, & co- 3. 87.  
medisti de ligno, ex quo præcperam  
tibi, ne comederes, maledicta terra in-  
spere tuo: in laboribus comedes ex-  
unctis diebus vitæ tuæ; spinas, & tri-  
bulos

bulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.

*Exod. 20.* Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbathum Domini Deitui est; non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, servus tuus, ancilla tua, iumentum tuum, & advena, qui est intra portas tuas.

*34. 21.* Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare, & metere.

*Job. 5. 7.* Homo nascitur ad laborem, & avis ad volatum.

*Prov. 6. 6.* Vade ad formicam & piger, & considera vias ejus, & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat, in messe, quod comedat.

*10. 5.* Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusio[n]is.

*20. 4.* Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi.

*Eccels. 5.* Dulcis est somnus operanti, sive parvum, sive multum comedat.

*2. Cor. 4.* Usq[ue] in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris.

Nolite locum dare diabolo : qui fu- Ephes. 4.  
rabatur, jam non furetur : magis autem 28.  
laboret, operando manibus suis, quod  
bonum est, ut habeat, unde tribuat ne-  
cessitatem patienti.

Memores enim estis fratres laboris 1. Thes. 2.  
nostris, & fatigationis : nocte ac die o- 8.  
perantes,

Neq; gratis panem manducavimus ab 2. Thes. 3.  
aliquo, sed in labore, & fatigatione, no- 8.  
cte, & die operantes, ne quem vestrūm  
gravaremus.

Quoniam si quis non vult operari, 20.  
nec manducet.

*LABORANTI MERCES DABITUR.* Deut. 24.

**N**On negabis mercedem indigentis, 14.  
& pauperis fratri tui sive advenæ,  
qui tecum moratur in terra, & intra por-  
tas tuas est: sed eadem die reddes ei pre-  
tium laboris sui , ante solis occasum,  
quia pauper est, & exosus tentat animā  
suam : ne clamet contra te ad Domi-  
num, & reputetur tibi in peccatum.

Non ligabis os bovis tercentis in area 25. 4.  
fruges tuas.

Quicunque tibi aliquid operatus fue- Tob. 4. 15.  
rit, statim illi mercedem restitue, & mer-  
ces mercenarii tui apud te omnino non  
remaneat.

Non lēdas servum in veritate ope- Eccli. 7.  
rantem, ncq; mercenarium dantem ani- 82.  
mam

mam suam. Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.

**Ecli. 34.** Qui aufert in sudore panem, quasi  
26. qui occidit proximum suum.

**Mat. 10.10** Dignus enim est operarius cibo suo.

**Luc. 10.7.** Dignus est enim operarius mercede sua.

### Z HICI SACRIS NON SE IMMISCEANT.

**Lev. 10.1.** A Reptisq; Nadab, & Abiu filii Aaron thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes cotam Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. Egressusq; ignis à Domino devoravit eos, & mortui sunt coram Domino.

**Num. 1.** Cūmq; proficiscendum fuerit, depo-  
51. nent Levitæ tabernaculum: cùm castra metandum erigent. Quisquis externorum accesserit, occidetur.

**3. 10.** Aaron autem, & filios ejus constitues super cultum sacerdotii. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur

**4. 25.** Cūmq; involverint Aaron, & filii ejus sanctuarium, & omnia vasa ejus, in commotione castrorum, tunc intrabunt filii Caath, ut portent involuta: & non tangent vasa sanctuarii, ne moriantur.

**20.** Alii nulla curiositate videant, quæ sunt in sanctuario, priusquam involvantur, alioquin morientur. Tu

Tu autem & filii tui custodite sacerdotium vestrum; & omnia, quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur, si quis externus accesserit, occidetur. Num. 18.  
7.

Postquam autem venerunt ad arcam Reg. 6.  
6.  
Nachon, extendit Ozam manum ad arcam  
Dei, & tenuit eam: quoniam calcitra-  
bantur boves, & declinaverunt eam.  
Iratusq; est indignatione Dominus con-  
tra Ozam, & percussit eum super teme-  
ritate: qui mortuus est ibi juxta arcam  
Dei. 9.

Ozias Rex temere volens adolere incensum  
super altare thymiamatis, Azarias Sacerdos  
audacter prohibuit eam dicens. Non est Par. 28.  
18.  
tui officii Ozia, ut adoleas incensum  
Domino, sed Sacerdotum, hoc est filio-  
rum Aaron, qui conserati sunt ad hu-  
juscemodi ministerium: egredere de  
sanctuario, ne contempseris: quia non  
reputabitur tibi in gloriam hoc à Domi-  
no Deo. Iratusq; Ozias tenens in ma-  
nu thuribulum, ut adoleret incensum,  
minabatur Sacerdotibus. Statimq; orta  
est lepra in fronte ejus coram Sacerdo-  
tibus in domo Domini super altare thy-  
miamatis.

## LAUDES HUMANÆ.

LAudantur omnes recti corde. Pf. 63. 11.  
Non

- Ecli. 11.** Non laudes virum in specie sua, neq;  
 2. spernas hominem in visu suo.  
 30. Ante mortem ne laudes hominem  
       quenquam, quoniam in filiis suis agno-  
       scitur vir.  
 27. 8. Ante sermonem non laudes virum:  
       hæc enim tentatio est hominum.  
**44. 1.** Laudemus viros gloriofos, & paren-  
       tes nostros.  
 15. Sapientiam ipsorum narrent populi,  
       & laudem eorum nunciet ecclesia.  
**Prov. 27.** Laudet te alienus, & non os tuum,  
 2. extraneus, & non labia tua.  
**1. Cor. 4.** Et tunc laus erit unicuiq; à Deo.

## LECTIO.

- Eccles. 10. 10.** Post industriam sequetur sapientia.  
**Matt. 24.** Qui legit, intelligat.  
 15. Omni autem, cui multum datum est,  
**Luca. 12.** multum quæretur ab eo: & cui comen-  
 48. daverunt.  
**1. Tim. 4.** Attende Lectioni, exhortationi, &  
 13. doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ  
       in te est.  
**2. Tim. 3.** Omnis scriptura divinitus in spiritu,  
 16. utilis est ad docendum, ad arguendum.  
**Jacob. 4.** Scienti igitur bonum facere, & non  
 17. facienti, peccatum est illi.

## LEX NATURÆ, &amp; LEX SCRIPTA.

- Pj. 2. 48.** Dulcis & rectus Dominus: propter  
       hoc legem dabit delinquentibus  
       in via.

Lex

Lex Domini īmaculata convertens *Ps. 18. 8.*  
animas; testimonium Domini fidele sa-  
pientiam præstans parvulis.

*Qui custodit legem, filius sapiens est. Prov. 28.*

Cum enim Gentes, quæ legem non  
habent, naturaliter ea, quæ legis sunt,  
faciunt, ejusmodi legem non habentes,  
ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus  
legis scriptum in cordibus suis, testimo- *Rom. 2.*  
nium reddente illi conscientia ipsorum,  
& inter se invicem cogitantibus, accu-  
santibus, aut etiam defendantibus, in  
die, cum judicabit DEus, occultâ homi-  
num, secundum evangelium meum per  
JESUM Christum. *14.*

*Lex enim iram operatur. Ubi enim  
non est lex, nec prævaricatio.* *3. 15.*

*Quid ergo dicemus? lex peccatum  
est? Absit. Sed peccatum non cognos-  
vi, nisi per legem: nam concupiscenti-  
am nesciebam nisi lex diceret: non con-  
cupisces.* *7. 7.*

*Itaq; lex quidem sancta, & manda-  
tum sanctum & justum, & bonum.* *12.*

Occasione autem acceptâ, peccatum  
per mandatum operatum est in me o-  
mnem concupiscentiam. Sinè lege e-  
nim peccatum mortuum erat. Ego au-  
tem vivebam sinè lege aliquando, sed  
cum venisset mandatum, peccatum re-  
yixit. *8.*

**Galat. 3.**

**10.** Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim. Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

**11.** Quid igitur lex? propter transgressiones posita est, donec veniet semen, cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris.

**12.** Priùs autem, quam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ revelanda erat. Itaq; lex Pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur.

**2. Tim. 1.** Scimus autem, quia bona est lex,

**8.** quis ea legitimè utatur: sciens hoc, quia lex justo non est posita, sed injustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus sceleratis, &c.

**Jac. 2.10.** Quicunq; autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit, non mæchaberis, dixit, & non occides. Quòd si non mæchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

*Lex ceremonialis antiqua abrogatur per Christum.*

**Matt. 5.** Nolite putare quoniam veni solvere

**17.** legem, aut prophetas: non enim veni solvere, sed adimplere.

**22.13.** Omnes enim prophetæ, & lex, usque ad Joannem Prophetaverunt. Et

Et intravit JESus in templum Dei, & *Matt. 21.*  
ejiciebat omnes vendentes, & ementes, *12.*  
in templo.

Et velum templi scissum est in duo, à *Mar. 15.*  
summo usq; deorsum. *38.*

Lex, & Prophetæ usq; ad Joannem. *Luc. 16. 16.*  
Quia lex per Moysen data est, gratia, *Joann. 1.*  
& veritas per JESum Christum facta est. *17.*

Notum igitur sit vobis viri fratres, *Acto. 13.*  
quia per hunc vobis remissio peccato-*38.*  
rum annuntiatur, & ab omnibus, quibus  
non potuisti in lege Moysi justificari,  
in hoc omnis, qui credit justificatur.

Nunc ergo quid tentatis Deum, im-*15. 10.*  
ponere jugum super cervices discipulo-  
rum, quod neq; patres nostri, neq; nos  
portare potuimus? sed per gratiam Do-  
mini nostri JESu Christi credimus salva-  
ri, quemadmodum & illi.

Peccatum enim vobis non domina- *Rom. 6.*  
bitur: non enim sub lege, sed sub gra-*14.*  
tia? Absit.

Itaque fratres mei, & vos mortificati  
estis legi per corpus Christi: ut sitis al-  
terius, qui qui ex mortuis resurrexit,  
ut fructificemus Deo. *7. 4.*

Nam quod impossibile erat legi, in  
quo infirmabatur per carnem: DEus fi-  
lium suum mittens in similitudine car-  
nis peccati, & de peccato damnavit pec-  
catum in carne, ut justificatio legis im-*8. 3.*  
plere. *I i 2*

pleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

**Rom. 10.** Finis enim legis, Christus ad justitiam omni credenti.

**Galat. 2.** Ego enim per legē legi mortuus sum, ut Deo vivam : Christo confixus sum cruci.

**4. 4.** At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

**5. 18.** Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.

**Ephes. 2.** Nunc autem in Christo Iesu, vos qui aliquando eratis longè facti estis propè in Sangvine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium parietem maceriae solvens, inimicicas in carne sua : Legem mandatorum decretis evacuans.

**Hebr. 7.** Translatō enim sacerdotiō, necesse est, ut & legis translatio fiat.

**19.** Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum.

**8. 13.** Dicendo autem novum veteravit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

*LIBERUM ARBITRIUM ETIAM POST  
lapsum in homine mansit.*

**N**onne si bene egeris, recipies : sin *Gen. 4.7.*  
autem male, statim in foribus pec-  
catum aderit ? sed sub te erit appetitus  
eius, & tu dominaberis illius.

Sin autem malum vobis videtur, ut *Jos. 24.*  
Domino serviatis, optio vobis datur, 15.  
eligitе hodie, quod placet, cui servire  
potissimum debeat, utrum Diis, quibus  
servierunt patres vestri in Mesopota-  
mia, an Diis Amorrhæorum, in quorum  
terra habitatis ; ego autem, & Domus  
mea Serviemus Domino.

Ante hominem vita, & mors, bonum, *Ecli. 15.*  
& malum : quod placuerit ei, dabitur 15.  
illi.

**Q**ui probatus est in illo, & perfectus  
est, erit illi gloria æterna : qui potuit  
transgredi, & non est transgressus ; fa-  
cere mala, & non fecit. 31. 10.

*Liberum arbitrium cooperatur gratia Dei.*

**S**amuel dormiens in templo Domini ter-  
nis vicibus vocatus à Domino non scivit se  
vocari à Domino. Qui consurgens abiit  
ad Heli, & ait : Ecce ego, quia vocasti  
me. Intellexit ergo Heli, quia Domi-  
nus vocaret puerum : & ait ad Samue-  
lem : Vade & dormi : & si deinceps vo-  
caverit te, dices : Loquere Domine,  
quia audit seruos tuus. 1. Reg. 3.  
9.

- Prov. 16.** Hominis est animam præparare ; &  
 1. Domini gubernare lingvam.
- Ecceli. 2.** Qui timent Dominum præparabunt  
 20. corda sua, & in conspectu illius sanctifi-  
 cabunt animas suas.
- Is. 1. 16.** Lavamini, mundi estote, auferte ma-  
 lum cogitationum vestrarum ab oculis  
 meis : quiescite agere perversè, discite  
 benefacere : querite iudicium, subve-  
 nite oppresso, judicate pupillo, defendi-  
 te viduam.
- 40. 3.** Vox clamantis in deserto. Parate  
 viam Domini, rectas facite in solitudi-  
 ne semitas Dei nostri.
- 46. 3.** Mementote istud, & confundamini :  
 redite prævaricatores ad cor.
- 35. 6.** Quærite Dominum, dum inveniri po-  
 test : invoke eum, dum prope est.  
 Derelinquat impius viam suam, & vir-  
 iniquus cogitationes suas, & revertatur  
 ad Dominum, & miserebitur ejus, & ad  
 Deum nostrum.
- 32.** Revertere aversatrix Israël, ait Do-  
 minus : & non avertam faciem meam à  
 vobis.
- 32.** Convertimini filii revertentes, & sa-  
 nabo aversiones vestras. Ecce nos ve-  
 nimus ad te : tu enim es Dominus DE-  
 us noster.
- 7. 3.** Bonas facite vias vestras, & studia ve-  
 stra : & habitabo vobiscum, in loco isto-  
 Si

Si pænitentiam egerit gens illa à ma- *Is. 18. 8.*  
lo suo, quod locutus sum adverius eam:  
agam & ego pænitentiam super malo,  
quod cogitavi, ut facerem ei.

Revertimini unusquisq; à via sua ma- *25. 5.*  
la, & à pessimis cogitationibus vestris :  
& habitabitis in terra, quam dedit Do-  
minus vobis, & patribus vestris : & ha-  
bitabitis in terra, quam dedit Dominus,  
vobis, & patribus vestris, à sæculo, &  
usq; in sæculum.

Si autem impius egerit pænitentiam *Ezech. 18.*  
ab omnibus peccatis suis, quæ operatus  
est, & custodierit omnia præcepta mea  
& fecerit iudicium, & justitiam : vita vi-  
vet, & non morietur. Omnia iniqui-  
tatum ejus, quas operatus est, non re-  
cordabor.

Et cùm averterit se impius ab impie-  
tate sua, quam operatus est, & fecerit ju-  
dicium, & justitiam : ipse animam suam  
vivificabit &c. *27.*

Convertimini, & agite pænitentiam,  
ab omnibus iniquitatibus vestris, & non  
erit vobis in ruinam iniquitas &c. *30.*

Unumquemq; juxta vias suas judica-  
bo de vobis domus Israël. *32. 30.*

Convertimini ad me, ait Dominus *Zach. 1.3.*  
Exercituum.

Revertimini ad me, & revertar ad vos *Mal. 3.7.*  
dicit Dominus Exercituum.

- Mat. 11.* Si in Sodomis factæ fuissent virtutes,  
*23.* quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem.
- Mar. 1.3.* Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.
- Joann. 7.* Stabat IESUS, & clamabat dicens: si quis sitit, veniat ad me, & bibat.
- Rom. 10.* Omnis enim quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit.  
*13.*
- Matt. 23.* Jerusalem, Jerusalem, quæ occidisti prophetas, & lapidas eos, qui ad te miseri sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum galina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?
- Ecli. 15.* Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in mandatis consilii sui. Adjecit mandata, & præcepta sua: si volueris mandata servare, conservabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam, & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam.
- 18.* Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.
- 1. Cor. 15.* Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.
- Ephes. 5.* Propter quod dicit: Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

Appropinquate Deo , & appropin- Jac. 4. 8.  
quabit vobis.

Voluntariè enim peccantibus nobis Hebr. 10.  
post acceptam notitiam veritatis , jam 26.  
non relinquitur pro peccatis hostia ,  
terribilis autē quædam expectatio gau-  
dii , & ignis æmulatio , quæ consumpta-  
ra est adversarios .

Ecce sto ad ostium , & pulso : si quis Apoc. 3.  
audierit vocem meam , & aperuerit mi- 20.  
hi januam , intrabo ad illum , & cœnabo  
cum illo , & ipse mecum .

## LIBERTAS.

**V**IR vanus in superbiam erigitur , & Job. 12.  
tanquam pullum onagri se liberum 12.  
natum putat .

Vos non audistis me , ut prædicaretis Is. 34.17.  
libertatem , unusquisq; fratri suo , & u-  
nusquisq; amico suo : ecce ego prædi-  
co vobis libertatem , ait Dominus ad  
gladium , ad pestem , ad famem : & dabo  
vos in commotionem cunctis regnis  
terræ .

Reversi sunt , ut essent absq; jugo : fa- Osee 7.16.  
Et i sunt quasi arcus dolosus : cadent in  
gladio principes eorum , à furore lingvæ  
suae . v. Hæretici .

Servus vocatus es ? non sit tibi curæ : 1. Cor. 7.  
sed etsi potes fieri liber magis utere . 21.

Precio empti estis , nolite fieri servi  
hominum . 22.

*Johann. 8.* Si ergo vos filius liberaverit, verèliberi eritis.

*Rom. 6.* Liberati autem à peccato, servi facti estis justitiæ.

*20.* Cùm enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc verò liberati à peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.

*Gal. 5.13.* Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus servite invicem.

*1. Cor. 7.* Qui enim in Domino vocatus est, servus libertus est Dñi: similiter qui liber vocatus est, servus est Christi. v. *Servitus.*

### LIBERALITAS.

*Exod. 36.* Filii Israël mente promptissimâ, atq; 4. devotissimâ obtulerunt ad faciendum opus tabernaculi, & quidquid ad cultum, & vestes sanctas erat necessarium. Et sequitur: Unde artifices venire compulsi, dixerunt Moysi: plus offerat populus, quam necessarium est.

*2. Reg. 9.* Praecepit David ut Mephiboseth comederet panem in mensa sua semper, & totam Domum Saul dedit ei.

*3. Reg. 10.* Regina Sabba multa obtulit Salamo-  
ni. 10.

ni. Et Salamon dedit omnia, quæ petiit  
exceptis his, quæ ultiro obtulit illi mu-  
nere regio.

Tobias omnia, quæ habebat cum ca- *Tob. 1.19.*  
ptivis fratribus, qui erant de genere suo,  
impertiri studebat, esurientes alebat,  
nudisq; vestimenta præbebat.

Pater eram pauperum. *Job. 29.16.*

Si comedи bucellam meam solus, & *31. 17.*  
non comedit pupillus ex ea.

Apertis thesauris suis ( Magi ab ori- *Matt. 2.*  
ente venientes ) obtulerunt ei munera, *11.*  
aurum, thus, & Myrrham. *v. Eleemosyna.*

### LINGVA MODERANDA.

**N** multiloquio non deerit peccatum : *Prov. 10.*  
qui autem moderatur labia sua, pru- *19.*  
dentissimus est.

De fructu oris sui unusquisq; reple- *12. 14.*  
bitur bonis.

Qui custodit os suum, custodit ani- *13. 3.*  
mam suam : qui autem inconsideratus  
est ad loquendum, sentiet mala.

Lætatur homo in sententia oris sui: *15. 23.*  
& sermo opportunus est optimus.

Lingua sapientium ornat scientiam, *2.*  
os fatuorum ebullit stultitiam.

Lingua placabilis lignum vitæ: quæ *4.*  
autem immoderata est conteret spiri-  
tum.

Qui moderatur sermones suos, do- *17. 27.*  
ctus, & prudens est.

- Prov. 17.* Stultus quoq; si tacuerit sapiens reputabitur : & si compresserit labia sua intelligens.
- 21. 23.* Qui custodit os suum , & lingvam suam custodit ab angustiis animam suam.
- Ecccl. 10. 14.* Stultus verba multiplicat.
- Eccli. 14.* Beatus vir , qui non est lapsus verbo ex ore suo.
- 19. 16.* Est qui labitur lingva, sed non ex animo. Quis est enim, qui deliquerit in lingva sua ?
- 20. 5.* Est tacens , qui invenitur sapiens : & est odibilis , qui procax est ad loquendum.
- 22. 33.* Quis dabit ori meo custodiam , & super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, & lingva mea perdat me ?
- 23. 17.* Indisciplinatae loquelae non asvescat os tuum : est enim in illa verbū peccati.
- Matt. 12.* Dico autem vobis , quoniam omne verbum otiosum , quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.
- Lucæ. 6.* Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum : & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.
- Jac. 3. 2.* In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit : hic perfectus est vir, potest etiam freno circumducere totum corpus. Qui

Qui enim vult vitam diligere, & dies 1. Petri 3.  
videre bonos, coérceat lingvam suam à 10.  
malo, & labia ejus, ne loquantur dolum.

*Considerando tempus quando loquendum.*

Lætetur homo in sententia oris sui: *Prov. 15.*  
& sermo opportunus est optimus. 23.

Qui priùs respondet, quām audiat, 18. 13.  
stultum se esse demonstrat, & confusio-  
ne dignum.

Tempus tacendi, & tempus loquendi. *Eccles. 3.7.*

Tempus & responsonem cor sapien- 8. 5.  
tis intelligit.

Priusquām audias, ne respondeas ver- *Eccli. 11.*  
bum: & in medio sermonum ne adjici- 8.  
as loqui.

Est tacens, non habens sensum loque- 20. 6.  
læ: & est tacens sciens tempus aptum.  
Homo sapiens tacebit usq; ad tempus:  
lascivus autem, & imprudens non ser-  
vabunt tempus.

Ex ore fatui reprobabitur parabola: 22.  
non enim dicit illam in tempore suo.

Audi tacens, & reverentia accedet ti- 32. 9.  
bi bona gratia. Adolescens loquere in  
tua causa yix. Si bis interrogatus fue-  
ris, habeat caput responsum tuum. In  
multis esto quasi inscius, & audi tacens  
simul, & quærens.

*Persona cui loquendum.*

In auribus insipientium ne loquaris: *Prov. 22.*  
quia despicient doctrinam eloquii tui. 9.

- Prov. 26.* Respondeas stulto juxta stultitiam  
5. suam, ne sibi sapiens esse videatur.
- Ecli. 7.* Noli verbosus esse in multitudine  
15. Presbyterorum.
- 22. 6.* Musica in luctu, importuna narratio.
- 8.* Qui narrat verbum non audientis,  
quasi qui excitat dormientem de gravi  
somno.
- 32. 4.* Loquere major natu: decet enim te  
primum verbum diligenti scientia, &  
non impediās musicam. Ubi auditus  
non est, non effundas sermonem, & im-  
portunè noli extolli in sapientia tua.
- 23.* In medio magnatorum non præsu-  
mas; & ubi sunt scēnes non multūm lo-  
quaris.

*Quid loquendum*

- Job. 27. 8.* Quia donec super est halitus in me,  
& Spiritus Dei in naribus meis, non lo-  
quentur labia mea iniquitatem, nec lin-  
gva mea meditabitur mendacium.
- Pſ. 34. 28.* Et lingua mea meditabitur justitiam  
tuam, totā die laudem tuam.
- 28. 1.* Dixi custodiam vias meas: ut non  
delinquam in via mea. Posui ori meo  
custodiam, cùm consisteret peccator ad-  
versus me.
- Prov. 24.* Labia deosculabitur, qui recta verba  
26. respondet.
- Eccles. 9.* Verba sapientium audientur in silen-  
tio, plusquam clamor principis inter  
stultos.  
Si est

Si est tibi intellectus, responde pro- Eccli. 5.  
ximo: si autem sit manus tua super os 14.  
Teum ne capiaris in verbo indisiplina-  
to, & confundaris. Honor, & gloria in  
sermone sensati, lingua vero impruden-  
tis subversio est ipsius.

Et antequam loquaris disce.

Non duplices sermonem auditus de- 18. 20.  
revelatione sermonis absconditi, & cris  
verè sine confusione, & invenies grati-  
am in conspectu omnium hominum.

Dedit mihi Dominus lingvam mer- 31. 30.  
cedem meam; & in ipsa laudabo eum.

Dominus dedit mihi lingvam erudi- Is. 50. 4.  
tam, ut sciam sustentare eum, qui lassus  
est verbo.

Omnis sermo malus ex ore vestro Ephes. 4.  
non procedat: sed si qui bonus ad ædi- 29.  
ficationem fidei, ut det gratiam audi-  
entibus.

Siquis loquitur, quasi sermones Dei. 1. Petri 4.  
2. Detraetio. 31.

### Quando loquendum.

Responde obsecro absq; contentio-Job. 6.23.  
ne: & loquentes id, quod justum est,  
judicate, & non invenietis in lingva  
mea iniquitatem, nec in faucibus meis  
stultitia personabit.

Et qui dulcis eloquio majora percí- Prov. 16.  
pier: fons vitæ eruditio possidentis. 21.

Fayus mellis composita verba. 24.

- Prov. 17.* Non decent stultum verba composita: nec principem labium mentiens.
- 18. 23.* Cum obsecrationibus loquetur pauper: & dives effabitur rigidè.
- Ecceli. 4.* Noli citatus esse in lingva tua, & inutilis, & remissus in operibus tuis.
- 6. 5.* Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat.
- Col. 4. 6.* Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciat quomodo oporteat vos unicuique respondere.
- Lingua indiscreta DEum provocat.*
- Levit. 19.* Non eris criminator, nec susurro in populo.
- Ps. 51. 3.* es in iniuitate? Tota die injustitiam cogitavit lingua tua: sicut novacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem, iniuitatem magis, quam loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa. Propterea Deus destruet te in finem.
- 139. 4.* Acuerunt lingvas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum.
- 140. 3.* Pone Domine custodiam ori meo: & ostium circumstantiae labiis meis, non declines cor meum in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis.
- Sap. 1. 8.* Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præterit illum corripiens judicium.

Væ duplici corde, & labiis scelestis. *Eccles. 2. 14.*  
 Narratio peccantium odiosa, & risus *Eccles. 27.*  
 illorum in deliciis peccati. *14.*

Attendi, & auscultavi: nemo quod *Jer. 8. 6.*  
 bonum est, loquitur.

Non solum otiosæ, sed & verbosæ, & *1. Tim. 5.*  
 curiosæ, loquentes, quæ non oportet. *13.*

*Se ipsum damnificat.*

Nunquid qui multa loquitur, non & *Job. 11. 2.*  
 audiet? aut vir verbosus justificabitur?

Atque utinam taceretis, & putaremi- *13. 5.*  
 ni esse sapientes.

Vir lingvosus non dirigetur in via. *Ps. 139. 12.*

Ubi autem verba sunt plurima, ibi *Prov. 14.*  
 frequenter egestas. *37.*

Os stulti contritio ejus: & labia ipsi- *18. 7.*  
 us ruina animæ ejus.

Sicut urbs patens, & absq; murorum *25. 28.*  
 ambitu, ità vir, qui nō potest in loquen-  
 do cohibere spiritum suum.

Vidisti hominem velocem ad loquen- *29. 20.*  
 dum? stultitia magis speranda est, quam  
 illius correptio.

Et labia insipientis præcipitabunt e- *Eccles. 10.*  
 um: Initium verborum ejus stultitia, & *12.*  
 novissimum oris illius error pessimus.

Honor, & gloria in sermone sensati: *Eccles. 5.*  
 lingua verò imprudentis subversio est *15.*  
 ipsius.

Qui multis utitur verbis, lædet ani- *20. 8.*  
 mam suam.

- Eccles. 20.** Homo acharis quasi fabula vana, in ore indisciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo.
- 21.** In ore fatuorum cor illorum: & in corde sapientium os illorum.
- 22. 23.** Qui sophisticè loquitur, odibilis est in omni re defraudabitur. Non est illa data à Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est.
- Jas. 1.26.** Si quis autem putat se religiosum esse non refrœnans lingvam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.
- 24. 5.** Lingva modicum quidem membrum est, & magna exaltat, ecce quantus ignis, quam magnam silvam incendit! Et lingva ignis est universitas iniquitatis. Lingva constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam nativitatis nostræ, inflammata gehenna.
- 6.** Omnis enim natura bestiarum, & voracium, & serpentium, & cæterorum demantur, & domita sunt à natura humana: Lingvam autem nullus hominū domare potest: iniquitatum malum, plena veneno mortifero.
- 7.** In ipsa benedicimus Deum, & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso verbo procedit benedictio, & maledictio.
- Non**

Non oportet fratres mei hæc ita fieri.

*Proximum molestia.*

Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profer-  
tis. *Job. 6. 26.*

Fili hominum dentes eorum arma & *Pſ. 56. 5.*  
 sagittæ: & lingua eorū gladius acutus.

Dominus libera animam meam à labiis *119. 2.*  
 inquis, & à lingua dolosa.

Remove à te os pravum, & detrahens *Prov. 4.*  
 tia labia sint procul à te. *24.*

Simulator ore decipit amicum suum: *11. 9.*  
 Iusti autem liberabuntur scientia.

Verba impiorum insidiantur sangui- *12. 6.*  
 ni: os justorum liberabit eos.

Lingua fallax non amat veritatem: & *26. 28.*  
 os lubricum operatur ruinas.

Narratio fatui quasi sarcina in via. *Eccles. 21.*

*Discordiam seminat.* *15.*

Própter peccata labiorum ruina pro- *Prov. 12.*  
 ximat nialo: effugiet autem justus de *13.*  
 angustia.

Homo perversus suscitat lites; & ver- *16. 28.*  
 bosus separat principes.

Labia stulti miscent se rixis: & os e- *18. 6.*  
 ius iurgia provocat.

Verba bilinguis, quasi simplicia: & *8.*  
 ipsa pervenient usque ad interiora ven-  
 tris.

Terribilis est in civitate sua homo *Eccles. 9.*  
 lingvosus: & temerarius in verbo suo *25.*  
 odibilis erit.

**21. 19.** Lingva tertia mulieres viratas ejecit,  
& privavit illas laboribus suis : qui re-  
spicit illam, non habebit requiem, nec  
habebit amicum, in quo requiescat.

**22.** Multi ceciderunt in ore gladii, sed  
non sic, quasi interierunt per lingvam  
suam. Beatus qui tectus est à lingva ne-  
quam, qui iracundiam illius non trans-  
vit, & qui non attraxit jugum illius, &  
in vinculis ejus non est ligatus. v. De-  
latio, Detractio, Mendacium.

## LONGANIMITAS.

**3. Reg. 14. 14.** **N**EC vult Deus perire animam, sed  
retractat cogitans, ne penitus per-  
eat, qui abjectus est.

**Sap. 11.. 24.** Sed misereris omnium, quia omnia  
potes, & dissimulas peccata hominum  
propter pœnitentiam.

**Pf. 102.8.** Miserator, & misericors Dominus:  
longanimis, & multum misericors.

**Is. 28. 13.** Et erit eis verbum Domini: Manda  
remanda, manda remanda, expecta, re-  
expecta, expecta reexpecta, modicum  
ibi, modicum ibi.

**30. 18.** Propterea expectat Dominus, ut mi-  
seretur vestri: & ideo exaltabitur pre-  
ces vobis: quia Deus judicii Dominus:  
beati omnes, qui expectant eum.

**42. 14.** Taeui semper, filui, patiens fui, sicut  
pasturiens loquar.

**Eze. 12.22.** Fili hominis, quod est proverbium i-  
stud

Sed vobis in terra Israël dicentium.

Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiā reverti.

An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignotas, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit? secundūm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in dies iræ, & revelationis justi judicij Dei, qui reddet unicuique secundūm opera ejus.

Non sicut beato Job insultabant Reges, ità isti parentes, & cognati ejus irritabant vitam ejus, dicentes: Ubi est spes tua, pro qua eleemosynas, & sepulturas faciebas. Tobias verò increpabat eos, dicens: Nolite ità loqui: quoniam filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus datus est his, qui fidem suam nunquam mutat ab eo.

### LUGENDUM SUPER PECCATO

*amarè.*

Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam ejus fusis lachrymis postulemus: non enim quasi homo sit Deus.

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breviter? dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, an-

tequam vadam, & non revertar ad terram tenebrosam.

*Pf. 6. 7.* Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

*Exodus. 136.* Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

*Jer. 3. 21.* Vox in viis audita est, ploratus, & lulatus filiorum Israël: quoniam iniqua fecerunt viam suam, obliiti sunt Domini DEI sui.

*31. 9.* In fletu venient, & in misericordia reducam eos.

*Joël. 2. 12.* Nunc ergo dicit Dominus: convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu. Et scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra, & convertimini ad Dominū Deum vestrū.

*Lugendum super proximo.*

*Eccles. 7. 38.* Non defisis plorantibus in consolacione, & cum lugentibus ambula.

*Jer. 13. 17.* Quod si hoc nō audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbiae: plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus es grex Domini.

*Job. 30. 25.* Elebam quondam super eo, qui afflitus erat, & compaticebatur anima mea pauperi.

*Rom. 12. 15.* Gaudere cum gaudientibus, flere cum flentibus.

Et lugeam multos ex iis, qui ante <sup>. Cor. 12.</sup>  
peccaverunt, & non egerunt pœnitentia-<sup>21.</sup>  
tiam super immunditia, & fornicatione,  
& impudicitia, quam gesserunt.

*Super mortuos moderatè.*

Supra mortuum plora, defecit enim *Eccles. 22.*  
lux ejus: & supra fatum plora, defecit <sup>10.</sup>  
enim sensus. Modicum plora supra  
mortuum, quoniam requievit. Nequis-  
simi enim nequissima vita super mortem  
fatui. Luctus mortui septem dies; fa-  
tui autem, & impii omnes dies vitae il-  
lorum.

Fili in mortuum produc lacrymas, & <sup>38.</sup> 16.  
quasi dira passus incipe plorare, & se-  
cundum judicium contege corpus illi-  
us, & non despicias corpus illius. Pro-  
pter delaturam autem amare fer luctum  
illius uno die, & consolare propter tri-  
stitiam, & fac luctum secundum meritum  
ejus uno die; vel duobus, propter detrac-  
tionem. A tristitia enim festinat mors,  
& cooperit virtutem, & tristitia cordis  
affectit cervicem.

### LUCTUS IN INFERNO

*mirificus.*

Fili autem regni ejiciuntur in tene- *Matt. 8.*  
bras exteriores, ibi erit fletus, & <sup>12.</sup>  
stridor dentium.

Et dividet cum, partemq; ejus ponet <sup>24.</sup> <sup>58.</sup>  
cū hypocritis: illia erit fletus, & stridor  
dentium.

- Luca 6.* Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.  
*25.*
- 13. 28.* Discedite à me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fletus, & stridor dentium.
- Jac. 5. 1.* Agite nunc divites, plorate ululantem in miseriis vestris, quæ advenient vobis.

*EXEMPLA LUGENTIUM.*

- Gen. 31.* *F*levit Agar longè ab Israël discedens, ne voluit videre puerum morientem.  
*16.*
- 23. 2.* Venit Abraham, ut plangeret Saram uxorem suam defunctam.
- 43. 30.* Commota fuerunt viscera Joseph super fratrem suo Beniamin, & eruperunt lacrymae, & introiens cubiculum flevit.
- Num. 20.* Omnis multitudo Israël videns occubuisse Aaron, flevit super eo triginta diebus.
- Deut. 34.* Item Moysen mortuum fleverunt triginta diebus.  
*8.*
- Judic. 2.* Angelus Domini venit ad locum flentium, & improporavit filiis Israël beneficia, quæ Deo receperunt, & peccata, quæ commiserunt. & levaverunt vocem suam, & fleverunt.
- 2. Reg. 1.* Planxit David super Saul, & Jonatham, & alios imperfectos, licet sibi inimicos.  
*17.*
- 12. 30.* Noluit David fovere pro filio parvulo mortuo, & tamen flevit pro infirmo.
- 18. 33.* Quamvis Absolon exhibuerit se perfidum, erga Patrem suum, tamen David flevit eum miserabiliter mortuum.
- 1. Esdr. 3.* Cùm reædificabatur templum ab iis, qui redierunt de Babylone, non poterat quis

quisque agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocē fierūs populi præ gaudio.

Moram faciente Tobia juniorc, flevit *Tob. 10. 4.*  
mater ejus irremediabilibus lachrymis,  
atq; dicebat. Heu mihi fili mi, ut quid  
missimus peregrinari lumen oculorum  
nostrorum.

Exurgens cœcus Tobias occurrit fi- *II. 10.*  
lio suo redeunti, & suscipiens osculatus  
est eum, cum uxore sua, & cœperunt  
flore præ gaudio.

Cum exposuisset Achior omnia, quæ *Judit. 6.*  
dixerat Holofernes, omnis populus cō-  
muni lamentatione, & fletu unanimes *14.*  
preces Domino effuderunt.

Factus est fletus, & ululatus magnus *7. 18.*  
in Ecclesia per multas horas, unâ nocte,  
clamaverunt ad Dominum, dicentes:  
Peccavimus cum Patribus nostris.

Sanctus Job flevit præ miseriis pro- *Job. 16.*  
priis: facies (inquit) mea intumuit à *16.*  
fletu, & palpebræ nostræ caligaverunt:  
versa est in luctum cythara mea, & orga- *30. 31.*  
num meum in vocem flentium.

Videns Isaias destructionem populi *Is. 22. 4.*  
sui, dicebat: Recedite à me, amarè fle-  
bo. Nolite incumbere, ut consolemini  
me, super vastitate filiæ populi mei.

Occisis pueris bimatis per Herodem; veri- *Matt. 2.*  
ficatum est, quod dictum est per Hyeremiam *18.*

*Prophetam: Vox in Rama audita est,  
ploratus, & ululatus multus, &c.*

**Lug. 7. 38.** *Maria Magdalena legitur ter flevisse pro peccatis suis ad pedes Domini.*

**12. 14.** *Salvator noster legitur tribus vicibus lachrymas fudisse super Lazarum, quē ad mortalem vitam revocabat. Super Jerusalem civitatem, quam propter peccata destruendam sciebat. Et in Cruce, quando se ipsum promundi vita hostiam obtulit. Post negationē*

**22. 26.** *tertiam, Petrus egressus foras flevit amare Eundem Dominum ad Crucem sequebatur*

**23. 27.** *multa turba populi, & mulierum, quē plangebant, & lachrymabantur eum.*

## LUXURIA.

**Gen. 6.** *Quod Dominus diluvio puniverit mundum, precipua videtur fuisse causa peccatum carnis; Dicitur enim: Omnis qui peccato corruperat viam suam.*

**Gen. 34.** *Notum est, quot, & quanta mala eveneant pro ardenti amore Sycem, qui violenter Dynam opprescit.*

**Judic. 20.** *Occasione uxoris Levitae a viris Belial in Gabaa Beniamin, incredibili libidinis furore vexante occisa sunt plus quam 60000. hominum.*

**2. Reg.** *David captus amore Bethsabea uxoris Uriæ, cum illa adulterium commisit, & homicidium perpetravit. Duo Senes Præbyteri ita fuerunt amore Susanna decepti, ut dum illa voluntati illorum parere resusavit, moriens illi oppetere conati sint.*

Quād

Quām longē sunt à Cœna Domini libidinosi. v. *Adulterium. Fornicatio.* *Lucæ 14.*

## LUX GRATIA

*bonis est amabilis.*

**S**Urge illuminare Jerusalem, quia ve- *Is. 60. 1.*  
nit lumen tuum, & gloria Domini  
super te orta est.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, &c. *Pſ. 43. 3.*

Lux orta est justo, & rectis corda lætitia. *96. 11.*

Ego sum lux mundi. *Joan. 3. 12.*

Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. *Joan. 9. 5.*

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Joan. 1. 9.*

Ambulate dum lucem habetis, ut nō vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit, quò vadat, dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. *35.*

Vos autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies illa, tanquam fur comprehendat: omnes enim filii lucis estis, & filii diei. *1. Thes. 5. 4.*

*Lux Gratia malis est odibilis.*

Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias. *Job. 24. 13.*

Auferetur ab impiis lux sua. *38. 15.*

Hoc est autem Judicium: quia lux ve- nit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. *Joan. 3. 19. O.*

Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.

*Lux naturalis iucunda.*

*Tob. 5. 12.* Et ait Tobias: quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen corli non video.

*Prov. 15. 30.* Lux oculorum lætificat animam.

*Eccl. 11.* Dulce lumen, & delectabile est, oculis videre solem.

## MAGISTERIUM.

*Matt. 23.*

8.

10.

**V**os autem nolite vocari Rabbi: unus est enim Magister vester. Nec vocemini Magistri: quia Magister vester unus est Christus.

*Jac. 3. 1.*

Nolite plures magistri fieri, fratres mei.

## MAGNANIMITAS,

*ejusque exempla.*

*Exod. 5.*

**M**oyses stetit coram Pharaone multoies, & magnanimititer arguebat eum.

*2. Reg. 12.*

Confidenter arguit Natan Propheta David, post adulterium, & homicidium ab illo commissum.

*2. Para.*

Ezechias confortavit bellatores suos dicens: Nolite timere Regem Assyriorum, & universam multitudinem, quæ cum illo est: plures enim nobiscum sunt;

*MAGNANIMITAS. MALEDICT.* 525  
sunt, quācum cum illo; cum illo enim est  
brachium carneum, nobiscum Dominus  
DEUS noster.

Mirae magnanimitatis fuit Judith, quæ *Judith*  
inermis ingredi ausa est tentorium Ho- 10. 13. 10.  
lofernisi, ibique eum trucidavit.

Mardochæus contra præceptū Regis *Esth.* 4.  
magnanimiter renuit adorare Aman.

Sydrach, & socii ejus andæter Regi *Dan.* 3.  
Nabuchodonosor dixerunt: non opor- 17.  
tet nos de hac re respondere tibi: Ecce  
enim Deus noster, quem colimus, potest  
nos eripere de camino ignis ardentis.

Eleazar filius Saura cœcurrit sine me- 1. *Macb.*  
tu ad bestiam in medio legionis, & sup- 6. 45.  
posuit se ei.

Dixit Thomas ad discipulos: Eamus *Joan.* 12.  
& nos, ut moriamur cum illo.

Paulus Apostolus, præsente Paulo *Actor.* 13.  
proconsule, Elymam magnum durissimè  
increpavit, & visu privavit.

#### *MALEDICTIO PROHIBETUR.*

**Q**ui maledixerit Patri suo, aut ma- *Levit.* 20.  
tri, morte moriatur: patri, ma- 9.  
trique maledixit, sanguis ejus sit super  
eum.

Homo, qui maledixerit Deo suo, por- 24. 15.  
tabit peccatum suum: & qui blasphemá-  
verit nomen Domini, morte moriatur.

Sicut avis ad alia transvolans, & pas- *Prov.* 26.  
ser quolibet vadens: sic maledictum 2.  
fru-

frustra prolatum in quæcūpiam superveniet.

**Eccles. 21.** Dum maledicit impius diabolum,  
**30.** maledicit ipse animam suam.

*Maledictio malorum patienter toleranda.*

**Ps. 108. 28.** Maledicent illi, & tu benedices.

**Eccles. 7.** Sed & cunctis sermonibus, qui dicuntur,  
**22.** ne accomodes cor tuum: ne forte  
 studias servum tuum maledicentem tibi,  
 scit enim conscientia tua, quia & tu crebro maledixisti aliis.

**Matth. 5.** Beati estis, cùm maledixerint vobis,  
**11.** & persecuti vos fuerint, & dixerint oīne malum adversum vos, mentientes  
 propter me.

**Rom. 12.** Benedicite persequentibus vos, bene-  
**14.** dicte, & nolite maledicere.

**z. Cor. 4. 12** Maledicimur, & benedicimur.

**Petr. 2.** Qui, cùm maledicetur, non maledi-  
**23.** cebatib.

**3. 9.** Non reddentes malum pro malo, nec  
 maledictum pro maledicto, sed contraria  
 benedicentes.

*Maledictio bonorum cavenda.*

**Eccles. 3.** Benedictio Patris firmat domos filiorum;  
**11.** maledictio autem matris eradicat  
 fundamenta.

Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quærentibus  
 tibi retrò maledicere: maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudi-  
 etur

erit deprecatio illius: exaudiet autem *z. s.*  
eum, qui fecit illum.

## Maledictio Dei.

Quia audisti vocem uxoris tuæ, & co- *Gen. 3.*  
medisti de ligno, ex quo præceperam ti- *17.*  
bi ne comederes, maledicta terra in o-  
pere tuo.

Maledictus, qui non permanet in *Deut. 27.*  
sermonibus legis hujus, nec eos opere *26.*  
perficit.

Fiant contra Dominum semper, & *Ps. 108.*  
dispereat de terra memoria eorum: pro *15.*  
eo, quod non est recordatus facere mi-  
sericordiam: & persecutus est hominē  
inopem, & mendicum, & compunctum  
corde mortificare, & dilexit maledicti-  
nem, & veniet ei: & noluit benedictio-  
nem, & elongabitur ab eo. Et induit *19.*  
maledictionem, sicut vestimentum.

Si nolueritis audire, & si nolueritis *Mal. 2.2.*  
ponere super cor, ut detis gloriam no-  
mini meo, ait Dominus exercituum: *2.*  
mittam in vos egestatem, & maledicam  
benedictionibus vestris, & maledicam  
illis: quoniam non posuisti super cor.

## MALUM PRO MALO

*non est reddendum.*

**N**E dicas: reddam malum: expecta *Prov. 20.*  
Dominum, & liberabit te. *22.*

Ne dicas: quomodo fecit mihi, sic fa- *24. 28.*  
ciam ei: reddam unicuique secundum o-  
pus suum.

Bene-

## 528. MALEDICTIO.

- Rom. 12.* Benedicite persequentibus vos : benedicite, & nolite maledicere.
- 14.*
- 2.Thes. 5.* Videte, ne quis malum pro malo reddat : sed semper quod bonum est, sectamini invicem, & in omnes.
- 15.*
- 1.Petri 3.* Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes.
- Malum pñæ est à Deo.*
- Deut. 32.* Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis ; consumentur fame, & devorabunt eos aves morsu amarissimo : dentes bestiarum mittam in eos, cum furore trahentium super terrâ atq; serpentium, foris vastabit illos gladius, & intus payor, &c.
- 23.*
- 3. Reg. 9.* Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit Patres eorum de terra Ægypti, & secuti sunt Deos alienos, & adoraverunt eos, & coluerunt eos : idcirco induxit Dominus super eos omnem malum hoc.
- 11. 29.* Quia igitur humiliatus est mei causâ, non inducam malum in diebus ejus. Sed in diebus filii sui inferam malum in dominum ejus.
- Jerem. 11.* Quamobrem hæc dicit Dominus ; Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt : & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.
- Bar. 2. 2.* Ut adduceret Dominus super nos ma-

la magna, quæ non sunt facta sub cœlo,  
quemadmodum facta sunt in Jerusalem,  
secundum quæ scripta sunt in lege Moy-  
si, ut manducaret homo carnes filii sui  
& carnes filiæ suæ, &c.

Ut vidit DÆus opera eorum quia con- *Jona 3.*  
versi sunt de via sua mala : & misertus *10.*  
est DÆus super malitiam, quam locutus  
fuerat, ut ficeret eis, & non fecit.

**MALUM CULPÆ SUMME ADVERSA-**

*tur DÆus ab sit esse Authorem illius.*

**M**endacium fugies, Insontem & ju- *Exod. 23.*  
stum non occides : quia ayerfor *7.*  
impium.

Et usq; dum non peccarent in con- *Judith. 5.*  
spectu Dei sui , erant cum illis bona: *21.*  
DÆus enim illorum odit iniqutatem.

Absit à Deo impietas , & ab omnipo- *Job. 34.*  
tente iniqutas. *10.*

Manè adstab o tibi , & videobo , quoni- *Psal. 5.5.*  
am non DÆus volens iniqutatem tu es.

Odisti omnes, qui operantur iniqui- *7.*  
tatem ; perdes omnes, qui loquuntur  
mendacium.

Dilexisti Justitiam , & odisti iniqui- *44. 8.*  
tatem .

Victimæ impiorū abominabiles Do- *Prov. 15.*  
mino : vita justorum placabilis. *8.*

Similiter autem odio sunt Deo , im- *Sap. 14.9.*  
pius & impietas ejus.

- Prov. 15.** Abominabilis est Domino via impii  
9. qui sequitur justitiam diligitur ab eo.  
**Eccli. 15.** Nemini mandavit impiè agere, & ne  
21. mini dedit spatium peccandi.  
**Ose. 13. 9.** Perditio tua Israël.  
**Jac. 1. 13.** Nemo cùm tentatur dicat, quoniam  
à Deo tentatur : Deus enim intenta-  
tor est malorum : ipse autem neminem  
tentat.

## MANSVETUDO.

- Ps. 36. 11.** Mansveti autem hæreditabunt ter-  
ram, & delectabuntur in multitudo-  
nne pacis.  
**149. 4.** Et exalabit Mansvetos in salutem.  
**Eccli. 3.** Fili in mansvetudine opera tua perfec-  
tio, & super hominum gloria diligenter.  
**10. 17.** Sedes Ducum superborum destruxit  
Deus, & sedere fecit mites pro eis.  
**31.** Fili in mansvetudine serva animam  
tuam, & da illi honorem secundum me-  
ritum suum.

**Matt. 5.** Beati mites, quoniam ipsi posside-  
bunt terram.  
4.

Tollite jugum meum super vos, &  
discite à me, quia mitis sum, & humilis  
corde, & invenietis requiem animabus  
vid. Humilitas, Patientia.

## MARIA VIRGO PRÆNUNCIATA.

- Genes. 3.** Inimicitias ponam inter te, & mulie-  
rem, & semen tuum, & semen illius:  
ipsa conteret caput tuum, & tu insidia-  
beris calcaneo ejus.

Orie-

Orietur stella ex Jacob & consurget, *Num. 24.*  
Virga de Israël. 17.

Astitit Regina à dextris tuis in ve- *Ps. 44. 10.*  
stitu deaurato : circumdata varietate.

Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei. 86. 3.

Mulierem fortem quis inveniet? pro- *Prov. 31.*  
cul & de ultimis finibus pretium ejus. 10.

Multæ filiæ congregaverunt Diviti-  
as, tu supergressa es universas. 29.

Date ei de fructu manuum suarum, &  
laudent eam in portis opera ejus. 31.

Si ignoras te ô pulcherrima mulie- *Cant. 1. 7.*  
rum, egredere.

Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turtu-  
ris, collum tuum, sicut monilia. 2.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu  
pulchra es, oculi tui columbarum. 14.

Surge, propera, amica mea, columba  
mea, formosa mea & veni. 10.

O quām pulchra es amica mea, quām  
pulchra es! oculi tui columbarum, abs-  
que eo, quod intrinsecus latet &c. 4. 2.

Una est columba mea, perfecta mea,  
una est Matris suæ, electa genitrici suæ.  
Viderunt illam filiæ & Beatissimā præ-  
dicaverunt. 6. 8.

Quæ est ista, quæ progreditur quasi  
aurora consurgens, pulchra ut luna, e-  
lecta ut sol, terribilis ut castrorum acies  
ordinata. 9.

Tunc præcepit & dixit mihi Creator *Ecli. 24.*

omnium, & qui creavit me, requievit in  
tabernaculo meo.

*Eccles. 24.* Ab initio & ante sæcula creata sum,  
*14.* & usq; ad futurum sæculum non des-  
nam, & in habitatione sancta coram ipso  
ministravi, & sic in Sion firmata sum, &  
in Civitate sanctificata.

*24.* Ego mater pulchræ dilectionis, & ti-  
moris, & agnitionis, & sanctæ spei, in me  
gratia omnis viæ & veritatis, in me o-  
mnis spes vitæ & virtutis.

*Isa. 11.1.* Et egredietur virga de radice Jesse, &  
flos de radice ejus ascendet.

*Jer. 31.22.* Fœmina circumdabit virum.

*Mariæ perpetua Virginitas significatur.*

*Can. 2.2.* Sicut Lilium inter spinas, sic amica  
mea inter filias.

*4. 7.* Tota pulchra es amica mea, & macu-  
la non est in te.

*6. 9.* Quæ est ista, quæ progreditur quasi  
aurora consurgens, pulchra ut Luna, e-  
lecta ut Sol, terribilis ut castrorum acr-  
es ordinata.

*Isa. 7.14.* Ecce Virgo concipiet, & pariet filium  
& vocabitur nomen ejus Emanuel.

*35. 1.* Lætabitur deserta & in via, & exulta-  
bit solitudo, & florebit quasi lilium.  
Germinans germinabit, & exultabit læ-  
tabunda, & laudans: gloria lybani da-  
ta est ei.

*66. 7.* Antequam parturiret peperit: ante-  
quam

quam venerit partus ejus peperit masculm. Quis audivit unquam tale? & quis vidi hunc simile?

Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israël ingressus per eam, eritq; clausa Principi.

Ezech.  
44. 2.

Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei dicens: Joseph Fili David, noli timere accipere Mariam Conjugē tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est, pariet autem filium: & vocabis nomen ejus JESUM, ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.

Matth. 1.  
20.

Dixit autem Maria ad Angelū: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? & respondens Angelus dixit ei: Spiritus S. superveniet in te, & virtus Altissimi. Obumbrabit tibi, ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

Luc. 1.  
34.

### MARITI OFFICIO ET AUTHORITAS *in uxorem.*

Mulleri quoq; dixit: multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.

Genes. 3.  
16.

Vir cuius uxor erraverit, maritumq; contemnens dormierit cum altero viro, & hoc Maritus deprehendere non qui-

perit,

verit, sed latet adulterium & testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro: si spiritus Zelotypiae concitaverit virum contra uxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa &c.

**Num. 5.**

**19.**

Adjurabitq; eam & dicet: si non dormivit vir alicujus tecum, & si non polluta es, deserto mariti thoro, non te nοcebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congeSSI. Sin autem declinasti à viro tuo, atq; polluta es, & concubisti cum altero viro, his maledictionibus subjacebis &c.

**20. 7.**

Si maritum habuerit & voverit ali quid, & semel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento: quo die audiverit vir & non contradixerit, voti rea erit, reddētq; quod cunque promiserat &c.

**23.**

Sin autem exemplò contradixerit non tenebitur promissionis rea; quia maritus contradixit, & Dominus ei propitiatus erit.

**Deut. 22.**

**5.**

Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœminea: abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.

**24. 1.**

Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatē:

scri

scribet libellum repudii , & dabit in manu illius , & dimittet eam de domo sua. Cúmq; egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, derítq; ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua , vel certè mortuus fuerit : non poterit prior maritus recipere eam in uxorem.

Qui invenit mulierem bonam , inve- *Prov. 11.*  
nit bonum, qui autem tenet adulteram, *22.*  
stultus est & impius.

Perfruere vita cum uxore, quam dili- *Eccles. 9.*  
gis , cunctis diebus vitæ instabilitatis *9.*  
vitæ.

Mulier si est tibi secundūm animam *7. 23.*  
tuam, non projicias illam, & odibili non  
credas te, in toto corde tuo.

Non Zeles mulierem sinus tui , ne o-  
fendat super te malitiam doctrinæ ne-  
quam. Non des mulieri potestatem a-  
nimæ tuæ , ne ingrediatur in virtutem  
tuam , & confundaris. *9. 1.*

In tribus placitum est spiritui meo , *25. 8.*  
quæ sunt probata coram Deo , & homi-  
nibus : concordia Fratrum, & amor pro-  
ximorum , & vir & mulier bene sibi con-  
sentientes.

Mulieris bonæ Beatus vir , numerus *26. 1.*  
enim annorum illius duplex.

Bonum est homini mulierem non *1. Cor. 7.*  
tangere : propter fornicationem autem *2.*

unusquisque uxorem suam habeat, & unaquæq; suum virum habeat; Uxori vir debitum reddat, similiter autem & uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

*1. Cor. 7.*  
5. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in id ipsum, ne tentet vos Sathanas propter continentiam vestram. Hoc autem dico secundum Indulgentiam, non secundum imperium. Volo autem vos sine sollicitudine esse qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. Volo enim omnes vos esse sicut me ipsum.

*32.*

*Ephes. 5.* Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ.

*Col. 3. 18.* Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in Domino, viri diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad illas.

*1. Tim. 2.*  
12. Docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim prius formatus est, deinde Heva: & Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.

Simi-

Similiter & mulieres subditæ sint vi- 1.Pet.3.1.  
tis suis.

## MATRIMONIUM à DEO INSTITUTUM.

**E**T creavit D<sup>E</sup>US hominem ad imagi- Genes. 1.  
nem suam : ad imaginem Dei crea- 27.  
vit illum : masculum, & fœminā creavit  
eos. Benedixítq; eis D<sup>E</sup>US. & ait : cre-  
scite & multiplicamini & replete terrā.

Immisit ergo Dominus D<sup>E</sup>US sopo- 2. 21.  
rem in Adam : cūmq; obdormisset, tu-  
lit unam de costis ejus, & replevit car-  
nem pro ea, & ædificavit Dominus D<sup>E</sup>U-  
S costam, quam tulerat de Adam in mu-  
lierem, & adduxit eam ad Adam. Di-  
xitq; Adam : hoc nunc os ex ossibus  
meis, & caro de carne mea, hæc vocabi-  
tur virago, quoniam de viro sumpta est.

Quamobrem relinquet homo Patrem 24.  
suum & Matrem, & adhærebit uxori  
suæ : & erunt duo in carne una.

Dixítq; Adam, mulier, quam dedisti  
mihi sociam dedit mihi de ligno & co-  
medi.

Si invenerit vir puellam virginē, quæ 28.  
non habet sponsum, & apprehendens Deut. 22.  
concubuerit cum illa, & res ad Judici-  
um venerit : dabit, qui dormivit cum ea  
Patri puellæ quinquaginta siclos argen-  
ti, & habebit eam uxorem, quia humiliavit illam : non poterit dimittere eam  
eunctis diebus vitæ suæ.

*Judit.* Descendit ergo Samson in Thamna-  
 ta, vidénsq; ibi mulierem de filiabus  
 Philistiim ascendit, & nunciavit Patri  
 suo, & matri suæ dicens: vidi mulierem  
 in Thamnatha de filiabus Philistinorū,  
 quam quæso, ut mihi accipiatis uxorem.  
 4. Parentes autem nesciebant, quòd res à  
 Domino fieret, & quæreret occasionem  
 contra Philistiim.

*Tob. 7. 15.* DEus Abraham, & DEus Isaac, & DE-  
 us Jacob, vobiscum sit, & ipse conjun-  
 get eos, impleátq; benedictionem suam  
 in vobis. Et acceptâ chartâ fecerunt  
 conscriptionem conjugii.

*Prov. 19.* Domus & divitiæ dantur à Parenti-  
 bus, à Domino autem propriè uxor pru-  
 dens.

*Matrimonium institutum est ad bonum con-*  
*stitutum prolis procreationem.*

*Gen. 4. 1.* Adam verò cognovit uxorem suam  
 Hevam, quæ concepit & peperit Cain.

*17.* Cognovit autem Cain uxorem suam,  
 quæ concepit & peperit Henoch.

*9. 1.* Benedixítq; DEus Noë, & Filiis ejus  
 & dixit ad eos, crescite & multiplicami-  
 ni, & replete terram.

*29. 21.* Dixítq; ad Laban: da mihi uxorem  
 meam: quia jam tempus impletum est,  
 ut ingrediar ad illam.

*Esther 2.* Et adamavit eam (Esther scilicet, quæ  
 17. totum populum Israëliticum ab insidia-  
 tori-

toribus liberavit.) Rex plusquam omnes mulieres, habuitq; gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, &c.

Et nunc Domine tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororē meam conjugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum. *Tob. 8. 9.*

Magister Moyses dixit: si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat Frater uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. *Mat. 22. 24.*

Si autem acceperis uxorē: non peccasti, & si nupserit virgo non peccavit, tribulationem tamen carnis habebunt hujuscemodi. *1. Cor. 7. 28.*

Et quid unus quærit nisi semen Dei? *Malac. 2.*

*Ad peccati devitationem, & mutuam consolationem.* *15.*

Hi autem qui conjigium ita suscipiunt, ut Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus haber potestatem Dæmonium super eos.

Vulgò dicitur: si dimiserit virum suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum: nunquid revertetur ad eum ultra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? *Jer. 3. 1.*

*Pro.*

- 1. Cor. 7.* Propter fornicationem autem unus  
 2. quisq; uxorem suam habeat & unaquæque suum virum habeat.
6. Hoc autem dico secundum Indulgenciam, non secundum imperium, volo autem omnes vos esse sicut me ipsum.
8. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego, quod si non se continent, nubant, melius est nubere, quam uri.
- Prov. 18.* Qui invenit mulierem bonam, inventit bonum & hauriet jucunditatem a Domino.
- 22.*
- Eccles. 7.* Trade filiam, & grande opus feceris,  
*27.* & homini sensato da illam.
- 36. 26.* Qui possidet, mulierē bonam, inchoat possessionem: adjutorium secundum illum est, & columna ut requies.
- 27.* Ubi non est mulier ingemiscit egens.
- Lucas 20.* Filii hujus sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias, illi vero, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; nubent neq; ducent uxores.
- Joan. 2. 1.* Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat Mater IESU ibi, vocatus autem, & IESUS & discipuli eius ad nuptias, & deficiente vino dicit Mater IESU ad eum: vinum non habent.
- 1. Cor. 7.* Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.
- 26.*

*Matrimonium est indissolubile.*

Dicitum est autem, quicunq; dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. Matth. 5.  
21.  
Ego autem dico vobis : quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causâ, facit eam mœcchari : & qui dimissam duxerit, adulterat.

Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes : si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa ? Qui respondens ait eis : Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos ? & dixit : propter hoc dimittet homo Patrem & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erunt duo in carne una, itaq; jam non sunt duo, sed una caro. 19. 3.

Dicunt ei, quid ergo Moyses mandavit, date libellum repudii & dimittite ? ait illis, quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras : ab initio autem non fuit sic. 7.

Dico autem vobis, quicunq; dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœcchatur : & qui dimissam duxerit mœcchatur. 9.

Omnis, qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit mœchatur, & qui dimissam à Viroducit mœchatur. Lue. 16.  
18.

Nam

*Rom. 7.2.* Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi : si autem mortuus fuerit vir ejus soluta est à lege viri : Igitur vivente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro : si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri : ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

*1. Cor. 7.* Iis autē qui matrimonio juncti sunt,  
*10.* præcipio non ego sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quæ si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & viruxorem non dimittat.  
 Nam cœteris ego dico non Dominus.  
*20.* Unusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

*27.* Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem.

*Ephes. 5.* Propter hoc relinquet homo Patrem,  
*31.* & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia.

### Matrimonium spirituale.

*Osee 2.* Et sponsabo te mihi in sempiternum:  
*12.* & sponsabo te mihi in justitia, & judicio,  
 & in misericordia, & in miserationibus.  
 Et sponsabo te mihi in fide : & scies quia ego Dominus.

*Matt. 22.* Simile factum est regnum Cœlorum homi-

homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.

Qui habet sponsam sponsus est : amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.

Leyā in circuitu oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi : vivo ego dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamēto vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa.

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo.

Tunc simile erit Regnum Cœlorum Matt. 25. decem virginibus : quæ accipientes Lampades suas, exierunt obviam sponsō & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes.

Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei : quia venerunt nuptiæ Agni, & uxor ejus præparavit se. Et datum est ei, ut cooperiat se byssino splendenti & candido, Byssinum enim justificatio-nes sunt sanctorum.

Et ego Joannes vidi sanctam Civitatem Jerusalem, novam descendentem de Cœlo à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo.

MEDIATOR REDEMPTIONIS SOLUS  
Christus.

UNUS enim DEUS, unus & mediator 1. Tim. 2. Dei 5.

Dei & hominum homo Christus JESUS : qui dedit redēptionem sēmetipsum pro omnibus.

*Hebr. 9.* Et ideo novi testamenti mediator est; ut morte intercedente in redēptionē earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiāt, qui vocati sunt æternæ hæreditatis.

*24.* Non enim in manu facta Sancta JE-  
sus introivit exemplaria verorum: sed in ipsum Cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

*Mediator Intercessionis Christus.*

*Rom. 8.* Christus JESUS, qui mortuus est, immo-  
*34.* qui resurrexit, qui est ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

*1. Joan. 2.* Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccaverit, ad-  
vocatum habemus apud Patrem JESUM Christum Justum.

*Spiritus Sanctus.*

*Rom. 8.* Similiter autem, & Spiritus adjuvat in-  
*26.* firmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spir-  
itus postulat pro nobis gemitibus ine-  
narrabilibus.

*Angelus.*

*Job 33.* Si fuerit pro eo Angelus loquens;  
*23.* unus de millibus, ut annunciet hominis  
æquitatem: miserebitur ejus & dicet:  
libe-

libera eum, ut non descendat in corruptionem: inveni in quo ei propitier.

Et respondens Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum usquequo tu non misereberis Jerusalem, & Urbium Juda, quibus iratus es? iste jam septuagesimus annus est, & respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria.

*Homo.*

Job autem servus meus ( ait Dominus Job 42.8. amicis Job ) orabit pro vobis: faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia: neq; enim locuti estis ad me recta, sicut servus meus Job.

Erat autem hujuscemodi visus: Oniam, qui fuerat sumus Sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puerō in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem orate pro omni populo Judæorum: Post hoc apparuisse, & alium virum, ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum: Respondentem verò Oniam dixisse: hic est, fratribus amator, & populi Israël: hic est qui multum orat pro populo, & universa Sancta Civitate, Jeremias Propheta Dei.

Obsecro ergo vos Fratres per Dominum nostrum JEsum Christum, & per M m Rom. 15. 30. Cha-

Charitatem Sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum.

## M E D I C U S S P I R I T U A L I S.

*Isa. 61. 1.* **S**piritus Domini super me, eò quod unxerit Dominus me: ad annunciatum mansuetis misit me, ut medererem contritis corde.

*Matt. 9.* Non est opus valentibus medicus,  
*12.* sed malè habentibus.

*Luca 4.* Utiq; dicetis mihi hanc similitudinem:  
*23.* Medice cura te ipsum.

*5. 31.* Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent.

*10. 30.* Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Jericho, & incidit in Latrones, qui etiam despoliaverunt eum: & plagis impositis abierunt semivivō relictō.

Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum misericordia motus est. Et appropianans alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum: & imponens eum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam ejus egit.

## C o r p o r a l i s.

*Ecel. 10.* Langvor prolixior gravat medicum;  
*12.* brevem langvorem præcidit medicus.  
*38. 1.* Honora medicum propter necessitatem: etenim eum creavit Altissimus.

A D e o

A Deo est enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem.

Disciplina medici exaltabit caput il- *Eccles. 28.*  
lius, & in conspectu magnatorum col- 3.  
laudabitur. Altissimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non ab-  
horrebit illa. Nonne à ligno indulca-  
ta est aqua amara? ad agnitionem ho-  
minum, virtus illorum.

In his curans mitigabit dolorem, & *7.*  
unguentarius faciet pigmenta syavita-  
tis, & unctiones conficiet sanitatis, &  
non consumabuntur opera ejus. *v. In-*  
*firmitas.*

*MENDACIUM à DEO VETATUR.* *Exod. 23.*  
Mendacium fugies. 7.

Non mentiemini, nec decipiet unus- *Lev. 19.*  
quisq; Fratrem suum. 11.

Nunquid DEus indiget vestro men- *Job. 15.*  
dacio, ut pro illo loquamini dolos? 7.

Sex sunt, quæ odit Dominus & septi- *Prov. 6.*  
mum detestatur anima ejus : Oculos 16.  
sublimes, lingvam mendacem &c.

Propter quod deponentes mendaciū *Ephes. 4.*  
loquimini veritatem unusquisq; cum 25.  
proximo : quoniam sumus invicem  
membra.

Nolite mentiri invicem. *Col. 3. 9.*

*Diabolum imitatur.*

Egrediar, & ero spiritus mendax in o- 2. *Par. 18.*  
re omnium Prophetarum ejus. 21.

*Iij. 28. 15.* Flagellum inundans cùm transferit,  
non veniet super nos : quia posuimus  
mendacium spem nostram, & mendacio  
protecti sumus.

*Joann. 8.* Vos ex Patre Diabolo estis, & desi-  
deria Patris vestri vultis facere, ille ho-  
mida erat ab initio, & in veritate non  
stetit : quia non est veritas in eo. Cùm  
loquitur mendacium, ex propriis loqui-  
tur, quia mendax est, & Pater ejus.

*Prov. 13.* Mendacium à bonis evitatur.

5. Verbum mendax justus detestabitur.  
27. 7. Non decent stultum verba composi-  
ta : nec Principem labium mentiens.  
30. 8. Vanitatem & verba mendacia longè  
fac à me.

*Eccli. 4.* Non contradicas verbo veritatis ullò  
modò, & de mendacio ineruditio-  
tuæ confundere.  
7. 13. \* Noli arare mendacium adversus fra-  
trem tuum : neq; in amicum similiter  
facias.

84. Noli velle mentiri omne mendaci-  
um : assiduitas eniū illius non est bona.

*A malis frequentatur.*

*Prov. 10.* Qui nititur mendaciis , hic pascit  
4. ventos : idem autem ipse sequitur aves  
volantes.

17. 4. Malus obedit lingvæ iniquæ, & fallax  
obtemperat labiis mendacibus.

20. 17. Suavis est homini panis mendacii : &  
postea

postea implebitur os ejus calculo.

Lingua fallax non amat veritatem. *Prov. 26.*

Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.

Opprobrium nequā in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. *Ecli. 20. 26.*

Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur. *34. 4.*

Sinè mendacio consumabitur verbum legis. *8.*

*Mendacium proximum decipit, &*

*seipsum perdit.* *Prov. 10.*

Abscondunt odium labia mendacia. *18.*

Qui quod novit loquitur, judex iustitiae est: qui autem mentitur testis est fraudulentus. *12. 17.*

Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. *Psal. 5. 7.*

Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est gutturi eorum. *10. Prov. 14.*

Profert mendacia versipellis. *25.*

Abscondunt odium labia mendacia. *10. 18.*

Et qui mendacia loquitur non effugiet. *19. 5.*

Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit. *9.*

Os autem quod mentitur, occidit animam. *Sap. 1. 11.*

*Ecli. 20.* Potior est fur, quam assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium sine honore: & confusio illorum cum ipsis sine intermissione.

*Ij. 59.18.* Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te & peccata nostra responderunt nobis, quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognovimus, peccare & mentiri contra Dominum.

*Ose. 4.1.* Audite verbum Domini filii Israël, quia judicium Domino cum habitantibus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sangvis sanguinē tetigit: Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea.

*Mendaciorum exempla historicæ.*

*Gen. 3.4.* Primum mendaciorum fuit à serpente prolatum, quando dixit mulieri: Nequaquam moriemini, scit enim Deus, quod in quacunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut Dii scientes bonum & malum.

*18.15.* Sara timore perterrita à risu se mendaciter excusavit.

*Exod. 2.* Mendacium obstetricum, quod dixerunt Pharaoni, filios Hebræorum jugula-

gulare nolentes. Habui remuneratio-  
nem temporalem, & non æternam. Li-  
cet illud mendacium fuerit valde com-  
passivum.

Multoties Pharao obstinatissimus, *Exod.* 2.  
voluit decipere per mendacia Moyſen, 2.  
sed tamen nihil ei profuit. 10.

Gabaonitæ callidè cogitantes men-  
daciter voluerunt decipere Josue, di-  
centes : De terra longinqua valde ve-  
nerunt servi tui, in Nomine Domini Dei  
tui, &c. Sed Josue bono est usus consi-  
lio, eōsq; in servitutem redigit, nec  
initum fœdus rupit.

Occiso uno de filiis David fama per-  
venit ad ipsum David dicens : percussit 2. *Reg. 13.*  
Absolon omnes filios Regis : Sic faci-  
unt homines sæpè nunciando rumores :

Spiritus mendax in ore multorum 3. *Reg. 22.*  
Prophetarum decepit Achab, ut iret ad  
pugnam. Et ibidem suit percussus ad  
mortem. 22.

Per verba, quæ dixit Judith Holo- *Judith.*  
pherni, decepit eum, licet excusetur  
propter intentionem bonam, quam ha-  
buit. 10.

Pessimum mendacium adinvenit A. *Eſter. 3.8.*  
man, ut possit confundere Mardochæ-  
um volentem se adorare.

Perniciosum, & detestabile mendaci- *Dan. 13.*  
um dixerunt duo ſenes aduersus Susan- 21.

nam, quam potius ex constantissima castitate commendare debebant.

*1. Mach.* Antiochus Rex misit Principes tributorum in Civitates Juda, & venit in Hierusalem, & locutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit super Civitatem repente, & per cussit eam plaga magna, perdiditque populum multum.

*2. Mach.* Promisit Demetrius Jonathæ se redditum ei arcem: sed cum liberatus fuisset per Judæos, quos misit Jonathas, mentitus est Jonathas omnia, quæcumque dixit, & alienavit se à Jonatha.

*Matt. 11.* & 22. Mentiti sunt contra Dominum IESUM Judæi, præcipue scribæ & Pharisei, qui magis invidebant ei, dicentes eum esse: Potatorem, mendacem, voracem & prohibentem tributa dari Cæsari, gentis subversorem, & turbarum seductorē, dæmoniacum & blasphemum, ut legere est in Evangelii.

*Matt. 28.* Nequissimum mendacium Judæi ex cogitarunt quando corruerunt custodes ad sepulchrum Domini ut dicerent: quod Discipuli de nocte sint furati corpus Domini.

Annanias, & Saphira uxor ejus mentiti sunt Petro de pretio agri venditi, quod mendacium à Petro gravissime fuit vindicatum. v. *Detraction Delatio.*

MERCENARIUS REMUNERANDUS.

&amp; non defraudandus.

**N**on morabitur opus mercenarii tui *Lev. 12.*  
apud te usq; manè. Non negabis *13.*  
mercedem indigentis, & pauperis.

Fratris tui sive advenæ, qui tecum *Deut. 24.*  
moratur in terra, & intra portas tuas: *14.*  
sed eadem die reddes ei pretium labo-  
ris sui ante solis occasum, quia pauper  
est, & ex eo sustentat animam suam: ne  
clamet contra te ad Dominum, & repu-  
tetur tibi in peccatum.

Quicunq; tibi aliquid operatus fue- *Tob. 4. 15.*  
rit, statim ei mercedem restitue, & mer-  
ces mercenarii tui, apud te omnino non  
remaneat.

Dignus est enim operarius mercede *Lucæ 10.*  
sua.

Qui aufert in sudore panem quasi qui *26.*  
occidit proximum suum.

Ei autem, qui operatur merces non *Rom. 4. 4.*  
imputetur secundum gratiam, sed se-  
cundum debitum.

Qui effundit sanguinem, & qui frau- *Ecli. 34.*  
dem facit mercenario Fratres sunt. *27.*

Ecce merces operariorum, qui messue- *Jacob. 5.*  
runt regiones vestras, quæ fraudata est à *4.*  
vobis clamat; & clamor eorum in au-  
res Domini Sabaoth introivit.

**MINISTERIUM DEI HONORIFICUM.**

**I**n omni virtute tua diligere eum, qui te *Ecli. 7.*  
fecit: *32.*

554 MINISTER & MIRACULORUM

fecit: & ministros ejus ne derelinquas.

**Dan. 7.** Millia milliū ministrabant ei: & de-

**10.** cies millies centena millia assistebant ei.

**Matt. 4.** Tunc reliquit eum Diabolus: & ecce

**11.** Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

**Joan. 12.** Si quis mihi ministrat, me sequatur:

**26.** & ubi sum ego, illic & minister meus e-  
rit. Si quis mihi ministraverit hono-  
rificabit eum Pater meus.

**1. Cor. 4.** Sic nos existimet homo, ut ministros

**1.** Christi, & dispensatores mysteriorum  
Dei.

**2. Cor. 6.** Sed in omnibus nosmetipos sicut

**4.** Dei ministros.

*MIRACULORUM DEI HISTORIAE.*

**Gen. 1.** **C**reatio rerum omnium tam admirabilis fuit, ut non nisi per revelationem ad hominem venire potuerit ejus notitia: nam in principio Deus creavit Cœlum & terram.

**7.** Tempore Diluvii salvavit Dominus Noë cum uxore, & tribus filiis suis, & uxoribus filiorum suorum, tum etiam de cunctis animalibus fecit servari ma-

sculum in Arca.

**11.** Præsumptionem hominum turrim usque ad Cœlum ædificare volentium repressit Dominus confundendo lingyas corum.

**21.** Mirabiliter natus est Isaac. Idem mi-

**22.** rabiliter liberatus quando debuit im-

mo-

molari , ariete inter vepres hærente.

Quàm multa miracula fecerit Dominus per Moysen dum eduxisset filios Israël de Ægypto pat. Exod. 7. ¶. 8.

9. & 10.

Memorandum & terribile miraculum Exod. 14.  
fuit in divisione, & exsiccatione maris  
rubri, quando transferunt filii Israël sic-  
co pede, Ægyptii verò in mediis flucti-  
bus obvoluti.

Misit Dominus murmuranti populo coturnices : & postea pluit illis Manna ad manducandum : & aqua de petra in abundantia ad bibendum : Exod. 16.

17.

Percussi filii Israël à serpentibus igni- Num. 21.  
tis, & aspicientes serpentem Æneum cu-  
tabantur.

Adduxit Dominus filios Israël per Deut. 29.  
desertum quadraginta annis, & non sunt attrita vestimenta eorum , nec calcea-  
menta vetustate consumpta.

Obedivit Dominus voci Josue di- Jof. 10.  
centi: Sol contra Gabaon non movea-  
ris.

Elias divisit pallio aquas Jordanis ; 4. Reg. 2.  
& in curru igneo receptus est in Cœlū.

Memorandum fuit miraculum de Dan. 3.  
tribus sociis Danielis , de fornace ignis  
ardentis tam magnificè liberatis. Tum etiam quòd Daniel ipse cum Leonibus Septem diebus remansit illæsus.

14.

Occa-

*Jon. 1.2.* Occasio est Jonæ, mare fuit commotum, quō projectō piscis eum glutivit, & per triduum ibi vixit, unde postea sanus exivit.

*Matt. 2.* Magi venerunt ab oriente stella ducere Hierusalem. Vocatus ad nuptias Domini

*Joan. 2.* nus JESUS, initio signorum aquam in vinum vertit.

Quantum ad miracula Salvatoris Christi conversantis inter homines, ex Evangelica historia colligitur.

Tres mortaos fuscitasse, videlicet: Filiam Archi-Synagogi, filium viduae extra portam Civitatis: Lazarum, Lepreros demum undecim sanavit, *Matt. 8. Luc. 5. v. 17.*

Sex porro Cœcos legitur illuminasse, *Matt. 9. v. 20. Marc. 8. Joan. 9.*

Dæmoniacos autem septem specialiter liberavit. *Matt. 8. v. 12. & 17. Marc. 1. Luc. 4. v. 8. Marc. 16.*

Multos præterea infirmos miraculose sanavit, ut passim legere est in Evangelio, & apud *Matt. 4.* colligitur: Circaibat JESUS, obtulerunt ei omnes male habentes &c.

*Matt. 8.* Tempestate valida in mari, ipso domine commotis imperavit ventis, statimq; venti & mare obediverunt ei.

*Lucæ 8.* Ambulavit discipulis admirantibus super mare, & Petrum ambulare fecit super

Super eodem, & eum incipientē mergi, *Matt. 14.*  
manu extensa salvavit.

Quinque Panibus & duobus piscibus *Mar. 6.*  
quinque millia hominum satiavit, & su- *Lucæ. 9.*  
bлати fuerunt duodecim cophini.

Quatuor millia hominum alia vice *Joan. 6.*  
refecti de septem panibus, & paucis pi- *Matt. 15.*  
sciculis superfuerunt septem sportæ. *Mar. 8.*

Cùm autem Salvator penderet in *Matt. 28.*  
cruce à sexta hora diei, usq; ad horam  
nonam, tenebræ factæ sunt per univer-  
sam terram, luna existente decima quin-  
ta, & in parte Cœli opposita, quod Sol  
per illam lunam nullatenus poterat ec-  
clypsari, & velum templi scissum est, &  
monumenta aperta. Multa quidem a-  
lia signa fecit JEsus, quæ si scriberentur,  
totus mundus non caperet libros.

### MISERICORDIA DEI NULLUM excludit.

ET miserebor cui voluero, & clemens *Exod. 33.*  
ero, in quem mihi placuerit. *19.*

Dominator Domine DEus, miseri-  
tors & clemens, patiens, & multæ mi-  
serationis, ac verax, qui custodis mife-  
ricordiam in millia, qui aufers iniqui-  
tatem & scelera, atq; peccata, nullusq;  
apud te per te innocens est.

Ego enim sum Dominus DEus tuus : *Deut. 5.*  
DEus æmulator reddens iniquitatem *9.*  
Patrum super filios in tertiam, & quar-  
tam

tam generationem his, qui oderunt me,  
& faciens misericordiam in multa millia  
diligentibus me, & custodientibus præ-  
cepta mea.

- Deut. 7.** Et sciens quia Dominus DEus tuus  
**19.** ipse est fortis, & fidelis, custodiens pa-  
etum & misericordiam diligentibus se,  
& his, qui custodiunt præcepta ejus in  
mille generationes.

- Psal. 85.** Et tu Domine DEus miserator & mi-  
**15.** sericors, patiens & multæ misericordiæ,  
**144. 3.** & verax, miserator & misericors Domi-  
nus: patiens, & multum misericors.

- 32. 5.** Misericordia Domini plena est terra.  
Tu autem DEus noster syavis & verus

- Sap. 15. 1.** es, patiens & misericordia disponens o-  
mnia. Etenim si peccaverimus, tui su-  
mus, scientes magnitudinem tuam: &  
si non peccaverimus, scimus quia apud  
te sumus computati.

- Ecli. 18.** Miseratio hominis contra proximum  
**12.** suum: misericordia autem Dei super  
omnem carnem.

- Ephes. 2.** DEus autem, qui Dives est in miseri-  
**14.** cordia, propter nimiam charitatem su-  
am, quia dilexit nos, & cum essemus  
mortui peccatis, convificavit nos in  
Christo.

*Marentes consolatur.*

- Psal. 32.** Fiat misericordia tua Domine super  
**22.** nos: quemadmodum speravimus in te.  
**Quo-**

Quoniam secundūm altitudinē Cœ- *Psal. 101.*  
li à terra corroboravit misericordiam      11.  
suam super timentes se.

Quomodo miseretur Pater filiorum ,      12.  
misertus est Dominus timentibus se:  
quoniam ipse cognovit figmentum suū.

Speciosa misericordia Dei in tempo- *Eccli. 35.*  
re tribulationis, quasi nubes pluvia in      26.  
tempore siccitatis.

Miserationum Domini recordabor. *Is. 63. 7.*

Et nunc Domine Pater noster es tu ,      64. 8.  
nos verò luctum: & factor noster tu , &  
opera manuum tuarum omnes nos.

Quomodo si cui mater blandiatur ,      66. 13.  
ità ego consolabor vos.

Videbitis, & gaudebit cor vestrum ,      14.  
*v. consolatio.*

Misericordia Dei peccantes expectat , & re-  
vertentes suscipit.

Sed misereris omnium, quia omnia *Sap. 11.*  
potes, & dissimulas peccata hominum      24.  
Propter pœnitentiam.

Propterea expectat Dominus, ut mi- *Is. 30. 18.*  
sereatur vestri: & ideo exaltabitur par-  
cens vobis, quia DEUS Judicij Domi-  
nus: beati omnes, qui expectant eum.

Vivo ego dicit Dominus DEUS: nolo *Ezech. 33.*  
mortem impii, sed ut convertatur impi-      11.  
us à via sua & vivat.

Filius hominis non venit animas per- *Lucæ 9.*  
dere sed salvare. *vid. longanimitas.*      56.

*Revertentes suscipiendo.*

- s. Par. 30.** Pius enim & clemens est Dominus
9. DEus vester, & non avertet faciem suam  
à vobis, si reversi fueritis ad eum.
19. Dominus bonus propitiabitur cu-  
&tis, qui in toto corde requirant Domi-  
num Deum Patrum suorum.
- Ecclesi. 2.** Si pœnitentiam non egerimus, inci-  
12. demus in manus Domini, & non in ma-  
nus hominum. Secundùm enim magni-  
tudinem ipsius, sic & misericordia illi-  
us cum ipso est.
17. 28. Quàm magna misericordia Domini, &  
propitiatio illius convertentibus ad se.
- Isa. 54. 7.** Ad punctum in modico derelique te,  
& in miserationibus magnis congrega-  
bo te, in momento indignationis ab-  
scondi faciem meam parumper à te, &  
in misericordia sempiterna misertus  
sum tui: dixit Redemptor tuus Domi-  
nus.
- Thre. 3.** Misericordia Domini, quia non sumus  
22. consumpti.
- Hebr. 2.** Unde debuit per omnia fratribus si-  
milari, ut misericors fieret, & fidelis Pon-  
tifex ad Deum, ut repropitiaret delicta  
populi, in eo enim, in quo passus est ipse  
& tentatus, potens est, & eis, qui ten-  
tantur auxiliari.
4. 15. Non enim habemus Pontificem, qui  
non possit compati infirmitatibus no-  
stris;

stris ; tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ : ut misericordiam consequamur , & gratiam inveniamus in tempore opportuno.

*Misericordia erga proximum Deo placet.*

*Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.* Job 6.14.

*Beatus, qui intelligit super egenum & Pauperem : in die mala liberabit eum Dominus.* Ps. 40. 1.

*Misericordia, & veritas te non defraudent, circumda eas gutturi tuo , & describe in tabulis cordis tui : & invenies gratiam , & disciplinam bonam coram Deo , & hominibus.* Prov. 3.3.

*Qui credit in Domino, misericordiam diligit.* 14. 21.

*Facere misericordiam , & judicium magis placet Deo , quam victimæ.* 21. 3.

*Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo.* Eccli. 29. 1.

*Indicabo tibi ô homo, quid sit bonus , & quid Dominus requirat à te: utiq; facere Judicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Mich. 6. 8.

*Misericordiam volo , & non sacrificium.* Matt. 9. 13.

*Jac. 2. 13.* Judicium sive misericordia illi, qui non facit misericordiam.

*Prov. 11.* Bonum auget spirituale, & corporale.

16. Bene facit animæ suæ vir misericors.

20. 28. Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus ejus.

21. 18. Clementia præparat vitam.

21. 21. Qui sequitur justitiam, & misericordiam, inveniet vitam, justitiam, & gloriam.

*Ecclesi. 16.* Omnis misericordia facit locum uni-

25. cuiq; secundum meritum operum suorum.

40. 17. Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in sæculum manet.

24. Fratres in adjutorium in tribulationibus: & super eos misericordia liberabit.

44. 10. Sed illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt; cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum, & filii eorum propter eos in æternum manent: Semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur.

*Math. 5.* Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

*Misericordia debet esse bene ordinata.*

*Ps. 111. 5.* Jucundus homo, qui miseretur, & comodat.

Ho-

Homo indigens misericors est. *Prov. 19.*

Erue illos, qui ducuntur ad mortem : *72.*  
 & qui trahuntur ad interitum liberare  
 ne cesses : si dixeris: vires non suppe- *24. 11.*  
 tunt: qui inspecto<sup>r</sup> est cordis ipse in-  
 telligit, & servatorem animæ tuæ nihil  
 fallit, reddetq; homini juxta opera sua.

Qui misericordiam habet, docet, & *Eceli. 18.*  
 erudit, quasi Pastor gregem suum, mise- *13.*  
 retur excipientis doctrinam miseratio-  
 nis, & qui festinat in judiciis ejus.

Miserere animæ tuæ placens DEO  
 & contine: congrega cor tuum in san-  
 ctitate ejus, & tristitiam longè repelle  
 à te. *30. 24.*

Ne avertas faciem tuam à proximo  
 tuo, & ab auferendo partem & non re- *41. 26.*  
 stituendo.

Judicium verum judicate, & miseri-  
 cordiam & miserationes facite, una-  
 quisq; cum fratre suo.

Estote ergo misericordes, sicut & Pa- *Lucæ 6.*  
 ter vester misericors est. *36.*

Quæ autem de sursum est sapientia  
 primum quidem pudica est, deinde pa- *Jacob. 3.*  
 cifica modesta, invadibilis, bonis con- *17.*  
 sentiens plena misericordia & fructibus  
 bonis, non judicans sine simulatione.

Estote autem invicem benigni, miser- *Ephes. 4.*  
 icordes, donantes invicem, sicut & *32.*  
 Deus in Christo donavit vobis. *v. Cha-  
 ritas.*

MISSÆ SACRIFICIUM PRÆDICTUM  
& præfiguratum in Veteri testamento.

- Gen. 14.** **M**elchisedech Rex Salem proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi benedixit ei & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit Cœlum, & terram.
- 22. 13.** Levavit Abram oculos suos, viditq; post tergum arietem inter vepres hærentem, quem assumens obtulit holocaustum pro filio.
- Exod. 25.** Et ponies super mensam panes propositionis in conspectu meo semper &c.
- 30.** Tolle vitulum de armento, & arietes
- 39. 1.** duos immaculatos, panésq; azymos, & crustulam absq; fermento, quæ consperfa sit oleo, lagana quoq; azyma oleo lita: de simila triticea cuncta facies.
- 15.** Unum quoq; arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron, & filii ejus manus. Quem cum mactaveris, tollès de sangvine ejus, & fundes circa altare. Ipsum autem arietem secabis in frusta &c.
- 18.** Et offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suavissimus victimæ Domini &c.
- Lev. 2.1.** Anima cum obtulerit oblationem sacrificii Domino, simila erit ejus oblatio &c.
- 13.** Quicquid obtuleris sacrificii sale con-

condies, nec auferes sal scederis Dei tui,  
de sacrificio tuo. &c.

Statimq; Aaron accedens ad Altare, *Lev. 9.8.*  
immolavit vitulum pro peccato suo:  
eius sanguinem obtulerunt ei filii sui:  
in quo tingens digitum terigit cornua  
altaris, & fudit residuum ad basim ejus.

Pro delicto autem suo offeret Domi-  
no ad ostium tabernaculi testimonii a-  
rietem: orabitq; pro eo sacerdos, &  
pro peccato ejus coram Domino, & re-  
propitiabitur ei, dimitteturq; pecca-  
tum.

19. 21.

Comedetis vetustissima veterum, &  
vetera novis supervenientibus projicie-  
tis.

26. 10.

Ponam tabernaculum meum in me-  
dio vestri, & non abjiciet vos anima mea.

11.

Ambulabo inter vos, & ero Deus ve-  
ster, yosq; eritis populus meus.

12.

Et respondens sacerdos David ait illi: *1. Reg. 21.*  
Non habeo laicos panes ad manum, sed  
tantum panem sanctum: si inundi sunt  
pueri maximè à mulieribus?

4.

Et erit in novissimis diebus præpara- *Isa. 2.2.*  
tus mons domus Dñi in vertice monti-  
um, & elevabitur super colles, & fluent  
ad eum omnes gentes &c.

Vos autem Sacerdotes Domini vo-  
cabimini Ministri Dei nostri, dicetur  
vobis: fortitudinem gentium comedetis:

61. 6.

tis, & gloria eorum superbietis.

Ab ortu enim solis usq; ad occasum,  
magnum est nomen meum in gentibus:  
& in omni loco sacrificatur, & offertur  
nomini meo oblatio munda.

*Missa sacrificium à Christo institutum, &  
ab Apostolis usitatum.*

*Lucæ 22.* Et accepto pane gratias egit, & fre-  
*git.* & dedit eis dicens: hoc est corpus  
meum, quod pro vobis datur: hoc faci-  
te in meam commemorationem.

*Actor. 13.* Ministrantibus autem iis Domino, &  
*2.* jejunantibus dixit illis Spiritus Sanctus:  
segregate mihi Saulum & Barnabam in  
opus, ad quod assumpsi eos.

*1. Cor. 10.* Calix benedictionis cui benedici-  
*16.* mus, nonne communicatio sanguinis  
Christi est? & panis, quem frangimus,  
nonne participatio Corporis Domini  
est?

*21. 23.* Ego enim accepi à Domino, quod &  
tradidi vobis, quoniam Dominus JESUS  
in qua nocte tradebatur accepit panem,  
& gratias agens, fregit, & dixit: Acci-  
pite & manducate: hoc est Corpus me-  
um, quod pro vobis tradetur: hoc faci-  
te in meam commemorationem. Simi-  
liter & calicem postquam cœnavit di-  
cens: Hic calix novum testamentum  
est in meo Sangvine. Hoc facite quo-  
tiescumq; bibetis in meam comemo-  
rationem.

Quo-

Quotiescumque enim manducabis <sup>1. Cor. 11.</sup>  
panem hunc & calicem biberis : morte <sup>26.</sup>  
Domini annuciabitis donec veniat <sup>26.</sup>  
Iraque quicunq; manducaverit panem  
hunc vel biberit calicem Domini indi-  
gnè : reus erit corporis, & sanguinis Do-  
mini.

Probet autem se ipsum homo : & sic <sup>28.</sup>  
de pane illo edat, & de calice bibat <sup>28.</sup>  
Qui enim manducat & bibit indignè,  
judicium sibi manducat, & bibit : non  
dijudicans corpus Domini.

### MORS EST POENA PECCATI.

D E ligno autem scientiæ boni & ma- <sup>Genes. 3.</sup>  
li ne comedas. In quocunq; enim <sup>17.</sup>  
die comederis ex eo, morte morieris.

Propterea sicut per unum hominem  
peccatum in hunc mundum introivit,  
& per peccatum mors, & ita in omnes  
homines mors pertransiit, in quo o-  
mnes peccaverunt. <sup>Rom. 5.</sup>  
<sup>12.</sup>

Si enim unius delicto mors regnavit <sup>17.</sup>  
per unum : multò magis abundantiam  
gratiæ, & donationis, & justitiæ accipi-  
entes in vita regnabunt per unum JE-  
sum Christum.

Stipendia enim peccati mors. <sup>6. 23.</sup>

Quoniam quidem per hominē mors, <sup>1. Cor. 15.</sup>  
& per hominē resurrectio mortuorum. <sup>21.</sup>

Et vos cùm essetis mortui peccatis, & <sup>Eph. 2.1.</sup>

delictis vestris, in quibus aliquando ambulabatis. &c.

*1. Tim. 5.* Nam quæ in deliciis est vivens mortua est.

*Jac. 2.15.* Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consumatum fuerit, generat mortem.

*Mors omnibus est certissima.*

*2. Reg. 14.* Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram: quæ non revertuntur.

*Job. 14.* Breves dies hominis sunt, numerus mensum ejus apud te est: constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.

*Ps. 88.49.* Quis est homo, qui vivit, & non videbit mortem.

*Eccles. 3.1.* Omnia tempus habent, & suis spatiis transiunt universa sub Cœlo. Tempus nascendi, & tempus moriendi.

*9. 5.* Viventes enim sciunt se esse morituros, mortui vero nihil noverunt amplius, nec habent ultrà mercedem.

*Eccli. 17.* Deus creavit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & iterum convertit illum in ipsam, & secundum se vestivit illum virtute. Numerum dierum, & tempus dedit illi.

*40. 11.* Omnia, quæ de terra sunt in terram convertentur.

*41. 1.* O mors, quam amara est memoria tua,

ho-

homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt, in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum.

Eccli. 41.

Noli metuere judicium mortis.

5.

Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi.

Job. 30.

23.

Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hæc autem judicium.

*Mortis hora incertissima.*

Nescit homo finem suum : sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis ex templo supervenerit.

Eccl. 9.

12.

Illud autem scitote, quoniam si sciret Mat. 24.  
Pater familias, quâ horâ fur venturus  
esset, vigilaret utiq;, & non sineret per-  
fodi domum suam. Ideò & vos estote  
parati, quia qua nescitis horâ filius ho-  
minis venturus est.

43.

Ipsi autem diligenter scitis, quia dies 1. Thes. 5.  
Domini, sicut fur in nocte ita veniet. 2.  
Cum enim dixerint pax & securitas,  
tunc repentinus eis superveniet interi-  
tus, sicut dolor in utero habenti, & non  
effugient.

Anima habes multa bona posita in  
annos plurimos : requiesce, comedere,  
bibe, epulare. Dixit autem illi Deus :

Luc. 12.

19.

stulte hac nocte animam tuam repetent  
à te : quæ autem parâsti cuius erunt ?

*Mors justorum felix.*

- Sap. 3. 1.* Justorum animæ in manu Dei sunt,  
& non tanget illos tormentum mortis.  
*4. 7.* Justus autem si morte præoccupatus  
fuerit, in refrigerio erit.

- Ecclesi. 30.* Melior est mors, quam vita amara, &  
*17.* requies æterna, quam langvor perseve-  
rans.

- 41. 3.* O mors, bonum est judicium tuum  
homini indigenti, & qui minoratur vi-  
ribus, defecto ætate.

- 5.* Noli metuere judicium mortis. Me-  
mento, quæ ante te fuerunt, & quæ su-  
perventura sunt tibi : hoc judicium à  
Domino omni carni.

- If. 55. 12.* Qui in lætitia egredimini, & in pace  
deducemini : montes & colles canta-  
bunt coram vobis laudem, & omnia li-  
gna regionis plaudent manu.

- 2. Cor. 5.* Scimus enim quoniam si terrestris  
dom° nostra hujus habitationis dissol-  
*1.* vatur, quòd ædificationem ex Deo ha-  
bemus, domum non manufactam æter-  
nam in Cœlis.

- Philip. 1.* Coarctos autem è duobus : deside-  
rium habens dissolvi, & esse cum Chri-  
sto multò magis melius.

- Apoc. 14.* Beati mortui, qui in Domino mori-  
*13.* untur. Amodò jam dixit Spiritus, ut  
requie-

requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

*Infelix & horribilis malis.*

Mors peccatorum pessima.

*Ps. 33. 22.*

Mortuο homine impio nulla erit ultra spes, & expectatio follicitorum peribit.

*Prov. 11.*

7.

Non est in hominī potestate prohibere Spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingrante bello, neque salvabit impietas impium.

*Eccles. 8. 8.*

Cūm enim morietur homo hæreditabit serpentes, & bestias & vermes.

*Ecclesi. 10.*

13.

O mors quam amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus & adhuc valenti accipere cibum!

*41. 1.*

Mors illius mors nequissima: & utilis potius infernus, quam illa.

*38. 25.*

*Mortuos lugere quatenus permittitur.*

Et super mortuo non incidetis carnem vestram, neq; figuræ aliquas, aut stigmata faciētis vobis, ego Dominus.

*Lev. 19.*

28.

Fleveruntq; eum filii Israël in campis Moab, triginta diebus: & completi sunt dies planctus lugentium Moysen.

*V. tit. Lugen dum super mortuos.*

*Item Exempla lugentium.*

*MU-*

Prov. 11.

## M U L I E R B O N A.

15. **M**ulier gratiosa inveniet gloriam  
12. 4. Mulier diligens corona est Viro  
suo: & putredo in ossibus ejus, quæ con-  
fusionem res dignas gerit.

18. 22. Qui invenit mulierem bonam, in-  
venit bonum: & hauriet jucunditatem à  
Domino.

31. 10. Mulierem fortem quis inveniet? pro-  
cul & de ultimis finibus pretium ejus.

30. Fallax gratia, & vana est pulchritu-  
do: mulier timens Deum ipsa lauda-  
bitur.

**Ecli. 7.** Noli discedere à muliere sensata &  
bona, quam sortitus es in timore Do-  
mini: gratia enim verecundiæ illius  
super aurum.

22. 4. Filia prudens hæreditas viro suo,  
nam, quæ confundit, in contumeliam fit  
genitoris. Patrem & virum confundit  
audax.

25. 11. Beatus, qui habitat cum muliere sen-  
sata.

26. 1. Mulieris bona beatus vir: numerus  
enim annorum illius duplex, Mulier for-  
tis oblectat virum suum, & annos vitæ  
illius in pace replebit. Pars bona mu-  
lier bona, in parte timentium Deum da-  
bitur viro profactis suis bonis.

26. 24. Gratia super gratiam mulier sancta,  
& pudorata Species mulieris exhilarat  
faci-

faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.

Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit: si quid autem volunt discere domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.

*Cor. 14.*

34.

Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago, & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est, non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos.

*11. 7.*

Mulier in silentio discat cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum; sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est deinde Heva: & Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit. Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

*Tim. 2.*

11.

## MULIER MALA.

**S**i habuerint inter se jurgium viri duo, & unus contra alterum rixari cœperit, volensq; uxor alterius eruere virum

*Deut. 25.*

11.

virum suum de manu fortioris, miseritq;  
manum, & apprehenderit verenda ejus:  
abscides manum illius, nec flecteris su-  
per eam ulla misericordia.

Ne attendas fallaciæ mulieris : favus

**Prov. 5.3.** enim distillans labia meretricis, & niti-  
dus oleo guttur ejus: novissima autem  
illus amara quasi Absinthium, & acu-  
ta quasi gladius biceps. Pedes ejus de-  
scendunt in mortem, & ad inferos gres-  
sus ejus penetrant. Per semitam vitæ  
non ambulant, vagi sunt gressus ejus, &  
investigabiles.

De fenestra enim domus meæ per  
**7. 6.** cancellos prospexi, & video parvulos,  
considero vecordē Juvenem, qui tran-  
sit per plateam, juxta angulum, & prope  
viam domus illius, graditur in obscuro  
ad vesperascente die, in noctis tenebris,  
& caligine, & ecce occurrit illi mulier  
ornatu meretricio, præparata ad capi-  
endas animas: garrula & vaga, quietis  
impatiens, nec valens in domo consiste-  
re pedibus suis, nunc foris, nunc in pla-  
teis, nunc juxta angulos insidians.

**13.** Apprehensus deosculatur Juvenem,  
& procaci vultu blanditur.

**21.** Irretivit eum multis sermonibus, &  
blanditiis labiorum protraxit illum:  
statim eam sequitur quasi bos ad victi-  
mam ductus, & quasi Agnus lasciviens,  
& igno-

& ignorans, quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta jecur ejus: velut si avis festinet ad laqueum, & nescit, quod de periculo animæ illius agitur.

Mulier stulta & clamosa, plenāq; illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus domūs suæ super sellam in excelsō urbis loco, ut vocaret transeuntes per viam, pergentes itinere suo.

Meliùs est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi.

Meliùs est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda.

Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur.

Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena, cor ejus vincula sunt manus.

Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.

Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos.

Omnis plaga, tristitia cordis est, & omnis malitia nequitia mulieris.

Non est caput nequius super caput colubri: & non est ira super iram mulieris.

Commorari Leoni & Draconi placebit, quam habitare cum muliere nequa.

Nē-

*Prov. 9.  
13.*

*21. 9.*

*19.*

*27. 15.*

*27.*

*29.*

*3.*

*25. 17.*

*22.*

*27.*

Nequitia mulieris imitat faciem ejus :  
& obcœcat vultum suum tanquam cut-  
sus : & quasi saccum ostendit in medio  
proximorum ejus, ingemuit vir ejus, &  
audiens suspiravit modicum.

*Eccli. 25.* Brevis omnis malitia super malitiam  
mulieris: sors peccatorum cadat super

*26.* illam. Sicut ascensus arenosus in pedi-  
bus veterani, sic mulier lingvata nomi-  
ni quieto.

*28.* Mulieris ira, & irreverentia, & con-  
fusio magna. Mulier si primatum habe-  
at contraria est viro suo. Cor humile,  
& facies tristis & plaga cordis mulier  
nequam.

*33.* A muliere initium factum est peccati,  
& per illam omnes morimur.

*26. 10.* Sicut jugum boum quod moyetur,  
ita & mulier nequam : qui tenet illam,  
quasi qui apprehendit Scorpionem. Mu-  
lier ebriosâ ira magna : & contumelia  
& turpitudo ejus non regetur. Forni-  
catio mulieris in extollentia oculo-  
rum, & in palpebris illius agnosceretur.

*36. 23.* Omnem masculum excipiet mulier.

*Mich. 7.* Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custo-  
di claustra oris tui.

### M U N D U S.

*Ij. 51. 6.* **L**evate in Cœlos oculos vestros, & vi-  
dete sub terra deorsum, quia Cœli  
sicut fumus liquecent, & terra sicut ve-  
stimenta.

stimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet.

Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclytum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.

Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odiò habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligenter; quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

Qui utuntur hoc mundo tanquam *1. Cor. 7.*  
non utantur: præterit enim figura hu- *31.*  
jus mundi.

Nemo militans Deo implicat se ne- *2. Tim. 2.*  
gotiis sæcularibus: ut ei placeat cui se probavit.

Adulteri nescitis quia amicitia hujus *Jac. 4. 4.*  
mundi, inimicitia est Dei? quicunque ergo voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur.

Nolite diligere mundum, neq; ea quæ *1. Joan. 2.*  
in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo: quoniam omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculo-

O o rum,

rum, & superbia vitæ : quæ non ex Pater, sed ex mundo est.

*1. Joan. 2.* Et mundus transit, & concupiscentia ejus.

*17.* Omne quod natum est ex Deo vincit mundum : & hæc est victoria, quæ vencit mundum fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam JESUS est filius Dei.

## MUNDITIA.

*Levit. 11.* NOLITE contaminare animas vestras.

*43.* Docebitis ergo filios Israël, ut carent immunditiam, & non moriantur in sordibus suis.

*Deut. 18.* Perfectus eris, & absq; macula cum Domino Deo tuo.

*Isa. 1. 16.* Lavamini, mundi estote, auferte maculum cogitationum vestrarum.

*Jerem. 4.* Lava à malitia tua cor tuum Jerusalēm, ut salva fias.

*Job. 4. 17.* Nunquid homo Dei comparatione justificabitur, aut Factore suo purior erit vir?

*29. 30.* Si lotus fuero quasi aquil nivis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intingens me, & abominabuntur me vestimenta mea.

*31. 4.* Qui potest facere mundum de imundo conceptum semine ? nonne tu qui solus es ?

*35. 14.* Quis est homo, ut immaculatus sit, & ut

& ut justus appareat natus de muliere?  
ecce inter sanctos ejus nemo immutabi-  
lis, & Cœli non sunt mundi in conspe-  
ctu ejus.

Quis ascendet in montem Domini? *Pſ. 23. 3.*  
aut quis stabit in loco sancto ejus?

Beati immaculati in via. *118. 1.*

Fiat cor meum immaculatum. *18.*

Cor mundum crea in me DEus. *50. 12.*

Beati mundo corde, quoniam ipsi De- *Matt. 5.*  
um videbunt. *8.*

Multo labore sudatum est, & non e. *Ezech.*  
xivit de ea nimia rubigo ejus, neq; per *24. 22.*  
ignem. Immunditia tua execrabilis:  
quia mundare te volui, & non es mun-  
data à fôrdibus tuis: sed nec munda-  
beris priùs, donec quiescere faciam in-  
dignationem meam in te.

Et hæc quidam fuistis: sed abluti e. *1. Cor. 6.*  
stis, sed sanctificati estis, sed justificati *14.*  
estis, in nomine Domini nostri JESU  
Christi, & in Spiritu Dei nostri.

Has ergo habentes promissiones Cha- *2. Cor. 7.*  
rissimi, mundemus nos ab omni inqui- *1.*  
namento carnis, & spiritus perficientes  
sanctificationem in timore Dei.

Si quis ergo emundaverit se ab istis, *2. Tim. 2.*  
erit vas in honorem sanctificatum, & u- *21.*  
tile Domino ad omne opus bonum pa-  
ratum.

Si enim sanguis hircorum, & tauro- *Heb. 9.*

580 *MUNERA, & MURMURAT.*  
rum & cinis vitulæ aspersus inquinatos  
sanctificat ad emundationem carnis:  
quantò magis Sangvis Christi, qui per  
Spiritum Sanctum semet ipsum obtulit  
immaculatum Deo, emundabit consci-  
entiam nostram ab operibus mortuis,  
ad serviendum Deo viventi.

*Matt. 23.* Væ vobis scribæ, & Pharisei Hypo-  
*25.* critæ: quia mundatis, quod deforis est  
calicis, & paropsidis: Intus autem ple-  
ni estis rapinâ, & immunditiâ.

*M U N E R A.*

*Ecclesi. 4.* **U**bi manus multæ sunt; claudc; &  
*7.* quotcunq; trades munera, & ap-  
pende: datum verò & acceptum omne  
describe. *V. acceptio munerum.* Item Do-  
na hominum.

*M U R M U R A T I O.*

*Exodus. 14.* **D**ixerunt ad Moysen (Filii Israël)  
*11.* forsitan non erant sepulchra in Æ-  
gypto, ideo tulisti nos ut moreremur in  
solitudine: quid hoc facere voluisti, ut  
educeres nos ex Ægypto?

*15. 24.* Et murmuravit populus contra Moy-  
sen dicens: quid bibemus? *v. Impatientia.*

*Sapientia. 1. 10.* Quoniam auris Zeli audit omnia, &  
tumultus murmurationum non abscon-  
detur.

*1. Cor. 10.* Neque murmuraveritis, sicut quidam  
*10.* eorum murmuraverunt, & periérunt,  
ab exterminatore.

Omn-

Omnia autem facite sīnē murmura-*Phi.2.14.*  
tionibus, & hæsitationibus: ut sitis sīnē  
querela, & simplices filii Dei, sīnē repre-  
hensione in medio nationis pravæ, &  
perversæ. v. *Impatientia.* v. *conjuratio.*

## M U T U A T I O.

**S**I unus de fratribus tuis, qui morantur *Deut.15.*  
intra portas civitatis tuæ, in terra *78.*  
quam Dominus DEus tuus daturus est  
tibi, ad paupertatē devenerit, non obdu-  
rabis cor tuum, nec contrahes manum  
tuam, sed aperies eam pauperi, & dabis  
mutuum, quō eum indigere perspexeris.

Et volenti mutuari à te ne averta-*Matt. 5.*  
ris. *42.*

Mutuabitur peccator, & non solvet. *Pſ.36.21.*

Et si mutuum dederitis his, à quibus  
speratis recipere, quæ gratia est vobis?  
nam & peccatores peccatoribus fœne-  
rantur, ut recipiant æqualia. Verùm  
tamen diligite inimicos vestros: bene  
facite, & mutuum date nihil inde spe-  
rantes: & erit merces vestra multa.

## NEGOCIATIO *corporalis.*

**M**Alum est, malum est, dicit o-*Prov. 20.*  
mnis emptor: & cum recess-*14.*  
serit tunc gloriabitur.

Duæ species difficiles, & periculosa*Ecli. 26.*

mihi apparuerunt, difficile exiuit negotians à negligentia, & non justificabitur capo à peccatis labiorum.

**Ecli. 27.** Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic & inter medium venditionis, & emptionis angustiabitur peccatum.

**Ezech.** In multitudine negociationis tuæ  
**28. 16.** repleta sunt interiora tua iniuitate, & peccasti: & ejeci te de monte Dei, & perdidi te.

**18.** In multitudine iniuitatum tuarum, & iniuitate negociationis tuæ polluisti sanctificationem tuam.

### NEGLIGENTIA.

**Gen. 42.** **A**udiens Jacob quod alimenta viderentur in Ægypto, dixit filii suis: Quare negligitis? audivi, quod triticum venundetur in Ægypto: descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus vivere. v. *Pigritia*.

### NOVISSIMORUM MEMORIA.

**Deut. 32.** Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit: meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cum venerint vanitatis arguunt præteritæ.

**Ecli. 7.** In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.

**21. 27.** In die bonorum ne immemoris sis, maiorum:

*NOVISSIMOR. MEM. NUNCIUS.* 583

lorum: & in die malorum ne immemor  
sis bonorum; quoniam facile est eoram  
Deo in die obitūs retribuere unicuīq;  
secundūm vias suās.

Memento ire in die consumationis; *Eechi.* 18.  
& tempus retributionis in conversatio- 24.  
ne facies.

Memento novissimorum, & define i-  
namicari, tabitudo enim, & mors im-  
minent in mandatis ejus. 28. 6.

Ne dederis in tristitia cor tuum, sed 28. 28.  
repelle eam à te: & memento novissi-  
morum, noli oblivisci.

Memor esto iudicij mei: sic enim erit 23.  
& tuum: mihi heri, & tibi hodie.

Non posuisti hæc super cor tuum, *Isa.* 47.7.  
neq; recordata es novissimi tui.

*NUNCIUS BONUS, & MALUS.*

**A**Qua frigida animæ fitienti, & nun- *Prov.* 25.  
cius bonus de terra longinqua. 25.

Claudus pedibus, & iniuriam bī-  
bens, qui mittit verba per nuncium stū-  
tum. 26. 6.

## *OBEDIENTIA IN DEUM.*

**S**i ergo obedieritis mandatis meis, *Deut.* 11.  
quæ ego hodie præcipio vobis &c. 13.

Dabit pluviam terræ yestræ tem-  
porancam, & serotinam, ut colligatis 14.

frumentum, & vinum, & oleum, scenūmque ex agris ad pascenda jumenta, & ut ipsi comedatis, & saturemini.

En propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri.

**1. Reg. 15.** Nunquid vult DEus holocausta, & victimas, & non potius, ut obediatur voci Domini? melior enim est obedientia quam victimæ: & auscultare magis, quam offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.

**Prov. 1.** Quia vocavi, & renuisti: extendi manus meam, & non fuit qui aspiceret. **24.** Despexitis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subfannoabo, cum vobis id, quod timebatis advenerit.

**33.** Qui autem me audierit, absq; terrore requiescat, & abundantiam perfretur timore malorum sublato.

**3. 21.** Custodi legem atq; consilium: & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis.

**15. 28.** Mens justi meditabitur obedientiam.

**Eccles. 4.** Custodi pedem tuum ingrediens dominum

mum Dei, & appropinqua ut audias.  
Multò enim melior est obediētia, quām  
stultorum viētūm, qui nesciunt, quid  
faciunt mali.

Nunquid non recipietis disciplinam, *Jer. 35.*  
ut obediatis verbis meis dicit Dominus? *13.*

*Obedientia in Deum exemplis commendetur.*

Hominem DEus volens sub obedien- *Gen. 23.*  
tia vivere, etiam in statu innocentiae,  
statim ut conditus est, ipsum præceptis  
adstrinxit, eumq; inobedientem severè  
punivit.

Abraham sicut præceperat ei Domi- *12.*  
nus, egressus est de terra sua, & de co-  
gnatione sua, & de domo Patris sui.

Præceptum Dei de circumcisione *17.*  
quamvis esset grave, & insolitum, non  
distulit Abraham in crastinum, sed eo-  
dem die fideliter adimplevit.

Item de iñolatione filii sui, sīcē mo- *22. 12.*  
ra exequi voluit. Quem tamen per An-  
gelum DEus prohibuit dicens: non ex-  
tendes manum tam super puerum, neq;  
facias illi quidquā: nunc cognovi, quod  
times Deum, & non pepercisti unigeni-  
to filio tuo propter me.

Magnam obedientiam promiserunt *Exod 24.*  
filii Israël dicentes: Omnia, quæ locu-  
tus est Dominus, faciemus, & erimus o-  
bedientes; sed post operibus contra-  
rium fecerunt.

**Num. 14.** Filii Israël euntes ad bellum contra mandatum Domini, & Moysi, multi vici à paucis, cùm autem ex obedientia pugnârunt, pauci multos vicerunt.

Eò, quòd Saul contra mandatum Do-

**1. Reg. 15.** rāni pepererit Agag Regi Amalech, &

**22.** gregibus ovium, & cœteris rebus pretiosis, volénsq; ex iis offerre holocaustum Domino. Reprobatus est à Samuele dicente: Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius, ut obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quam victimæ.

Prædixit Dominus Salomoni: Tu

**3. Reg. 94.** quóq; si ambulaveris corā me sicut ambulavit Pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate; & feceris omnia, quæ præcipio tibi, & legitima mea, & judicia mea servaveris, ponam thronum Regni tui super Israël in sempiternum.

**6.** Si autē aversione aversi fueritis vos & filii vestri &c. auferam Israël de superficie terræ, quam dedi eis.

**Matt. 4.** Citò, & perfectè obediérunt illi Apostoli, qui à Domino vocati, continuò relictis omnibus secuti sunt eum.

**Lucas 5.** Similiter Matthæus relictis omnibus secutus est eum.

*Obedientia in hominem superiorem.*

**Deut. 17.** Et facies quodcunq; dixerint, qui præsentent loco, quem elegerit Dominus: &

do-

docenerint te juxta legem ejus; seque-  
risq; sententiam eorum.

Omnia quæcunq; mihi præcepisti fa- *Tob. 5.1.*  
ciam Pater.

Super Cathedram Moysi federunt *Matt. 23.*  
scribæ & Pharisei, omnia ergo quæcunq;  
dixerint vobis servatæ & facite: secun-  
dum opera verò eorum nolite facere.

Omnis anima potestatibus sublimio- *Rom. 13.*  
ribus subdita sit, non enim potestas, nisi  
à Deo: quæ autem sunt à Deo, ordina-  
ta sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei  
ordinationi resistit, Qui autem resi-  
stunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Christus semet ipsum exinanivit, for- *Phil. 2.*  
mam servi accipiens, in similitudinem  
hominum factus, & habitu inventus ut  
homo. Humiliavit semet ipsum factus  
obediens usq; ad mortem, mortem au-  
tem crucis, propter quod & Deus exal-  
tavit illum.

Quod si quis non obedit verbo no-  
stro per Epistolam hunc notate, & ne  
commisceamini cum eo ut confunda-  
tur: & nolite quasi inimicum existima-  
re, sed corripite ut fratrem.

Admone illos Principibus, & potesta-  
tibus subditos esse, dicto obedire, ad o-  
mne opus bonum paratos esse. *vide*  
*Subditorum officium.*

*Occiso v. Homicidium.*

Gen. 3.6.

**V**Idit igitur quod bonum esset lignū ad vescendum, & pulchrum oculis aspechtūq; delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: Et aperti sunt oculi amborum.

6. 2.

Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant, dixitq; Dominus non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.

34. 1.

Egressa est autem Dina filia Liæ, ut videret mulieres Regionis illius, quam cum vidisset Sychem &c. adamavit eam: & rapuit & dormivit cum illa, vi oppri-  
mens Virginem.

2. Reg. 11.

Accidit, ut David surgeret de strato suo post meridiem, & deambularet in folio domus Regiæ: viditq; mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde &c.

4.

Missis itaq; David nunciis, tulit eam quæ cum regressa esset ad illum, dormi-  
vit cum ea &c.

Prov. 23.

Præbe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui vias meas custodiant.

26.

Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perversa.

Vir-

Virginem ne conspicias , ne forte Eccli. 9.  
Scandalizeris in decore illius. 5.

Noli circumspicere in vicis Civitatis, 7.  
nec oberraveris in plateis illius.

Averte faciem tuam à muliere compta , & ne circumspicias speciem alienam . Propter speciem mulieris multi periverunt ; & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.

Cúmq; intrásset Judith scilicet ante Judith  
faciem ejus, statimq; captus est in suis oculis Holofernes &c. 10. 17.

Ego autem dico vobis : omnis qui vi- Matt. 5.  
derit mulierē ad concupisendū eam, jam 28.  
Mœchatus est eam in corde suo.

Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te erueum , & projice abs te. 29.

Oculos habentes plenos adulterii, & Pet. 2.  
incessabilis delicti.

### ODIUM SALUTARE PROPTER DEUM.

Qui autem diligit iniquitatem, odit Ps. 10. 6.  
animam suam.

Qui diligitis Dominum, odite ma- 96. 10.  
lum.

Nonne qui oderunt te Domine, ode- 138. 21.  
ram : & super inimicos tuos tabescébā.

Odite malum, & diligite bonum. Amos 5.

Si quis venit ad me , & non odit Pa- 15.  
trem suum, & Matrem, & uxorem, & fi- Luca. 14.  
lios , & fratres, sorores , adhuc autem 25.  
& animam suam non potest meus esse  
discipulus.

Qui

590 OMNIPOTENT. & OPERAT.

*Joan. 12.* Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.  
*25.* v. *Odium proximi.* v. *Invidia.*

OMNIPOTENTIA DEI.

*Job. 11.* Excessior Cœlo est, & quid facies?  
*8.* profundior inferno, & unde cognosces? longior terra mensura ejus, & latior mari. Si subverterit omnia vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?

*Ps. 75. 8.* Tu terribilis es, & quis resistet tibi.

*Eccles. 8. 3.* Ne festines recedere à facie ejus, neque permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet: & sermo illus potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest: Quare ita facis.

Qui vivit in æternum, fecit omnia simul. Deus solus justificabitur, & manet invictus Rex in æternum.

Heu! heu! heu! Domine Deus, ecce tu fecisti Cœlum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extenso: non erit tibi difficile omne verbum: qui facis misericordiam in milibus & reddis iniquitatem Patrum &c. v. *Judicium Dei,* & *Deus Omnipotens.*

OPERATIONES NOSTRÆ BONÆ EX  
Dei ordinatione procedunt.

*Is. 26. 12.* Omnia enim opera nostra operatus es in nobis.

*Jer. 10.* Scio Domine, quia non est hominis

via ejus: nec viri est, ut ambulet, & di-  
rigat gressus suos.

Spiritus quidem promptus est, caro *Matt. 26.*  
autem infirma. 41.

Manete in me, & ego in vobis. Sicut *Joan. 15.*  
palmes non potest ferre fructum à se-  
metipso, nisi manserit in vite. Sic nec  
vos, nisi in me manseritis. Ego sum vi-  
tis, vos palmites: qui manet in me, &  
ego in eo, hic fert fructū multum: quia  
sine me nihil potestis facere.

Similiter autem & spiritus adjuvat *Rom. 8.*  
infirmitatem nostram. 26.

Igitur non est volentis, neq; currentis,  
sed miserentis Dei est. 9. 16.

Ego plantavi, Apollo rigavit; Sed  
DEus incrementum dedit. Itaq; neq;  
qui plantat est aliquid, neq; qui rigat:  
sed qui incrementum dat DEus.

Dei enim sumus adjutores: Dei agri-  
cultura estis, Dei ædificatio estis. 9.

DEus est enim, qui operatur in vo- *Phil. 2.13.*  
bis, & velle, & perficere, pro bona vo-  
luntate.

*Operationes bona, sunt cum nostro conatu.*

**N**Oli prohibere benefacere eum qui *Prov. 3.*  
potest: si vales, & ipse benefac. 27.

Quodcunq; facere potest manus tua *Eccles. 9.*  
instanter operare: quia nec opus, nec  
ratio, nec sapientia, nec scientia erunt  
apud inferos, quò tu properas. 10.

Ante

- Eccles. 14.* Ante mortem benefac amico tuo , & secundum vires tuas exporrigens da pauperi.
- 13.*
- 17.* Ante obitum tuum operare justitiam: quoniam non est apud inferos in venire cibum.
- If. 1. 17.* Quiescite agere perversè , discite bene facere.
- 35. 3.* Confortate manus dissolutas , & genua debilia roborate.
- Jer. 48.* Maledictus , qui facit opus Domini fraudulenter.
- 10.*
- Ivan. 9.* Venit nox , quando nemo potest operari.
- 4.*
- 1. Cor. 15.* Itaq; fratres mei dilecti stabiles esto te , & immobiles : abundantes in opere Domini semper, scientes, quòd labor vester non est inanis in Domino.
- 58.*
- 2. Cor. 6.* Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim tempore accepto exaudi vi te , & in die salutis adjuvi te.
- Gal. 6. 9.* Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergò dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.
- Phil. 4. 12.* Scio & humiliari, scio & abundare &c. Omnia possum in eo, qui me confortat.
- Operationum bonarum fructus.
- Eccles. 3.* Et cognovi, quòd non esset melius, nisi lætari , & facere bona in vita sua.
- 12.*

Bonas

Bonas facite vias vestras: & studia ve- *Jer. 7. 3.*  
stra, & habitabo vobiscum in loco isto.

Voca operarios, & redde illis merce- *Mat. 20.*  
dem. 8.

Gloria autem, & honor, & pax omni *Rom. 2.*  
operanti bonum. 10.

Unusquisq; autem propriam merce- *1. Cor. 3. 8.*  
dem accipiet secundūm suum laborem.

Qui parcē seminat: parcē & metet: *2. Cor. 9.*  
& qui seminat in benedictionibus, de 6.  
benedictionibus & metet.

Beati mortui, qui in Domino moriun- *Apoc. 14.*  
tur. Amodo jam dicit Spiritus, ut re- 13.  
quiescant à laboribus suis, opera enim  
florum sequuntur illos. *v. Bona opera.*

**ORATIO DEBET ESSE HUMILIS**  
& sincera.

**S**Citote quoniam exaudiet Domi- *Judith 4.*  
nus preces vestras, si manentes per-  
manseritis in orationibus & jejuniis in  
conspicere Domini. 12.

Et clamavit omnis populus ad Do-  
minum instantia magna, & humiliave-  
runt animas suas, & jejuniis, & oratio-  
nibus ipsi, & mulieres eorum. 8.

Humiliū & mansuetorum semper *Judith 9.*  
tibi placuit deprecatio. 16.

Respexit in orationem humiliū: & *Ps. 101. 8.*  
non sprevit precem eorum.

Qui adorat Deum in oblatione, *Eccli. 35.*  
Iuscipietur, & deprecatio illius usq; ad 20.

nubes propinquabit. Oratio humiliani-  
tis nubes penetrabit, & donec propin-  
quet non consolabitur; & non discedet  
donec altissimus aspiciet.

*Pf. 16. 1.* Auribus percipe orationem meam,  
non in labiis dolosis.

*118. 52.* Deprecatus sum faciem tuam in toto  
corde meo: miserere mei secundum e-  
loquium tuum.

*140. 2.* Dirigatur oratio mea, sicut incensum  
in conspectu tuo.

*144. 18.* Prope est Dominus omnibus invoca-  
tibus eum in veritate.

*Eccli. 7.* Et non iteres verbum in oratione  
*15.* tua.

*18. 23.* Ante orationem præpara animam tu-  
am: & noli esse quasi homo, qui tentat  
Deum.

*Matt. 6.* Et cum oratis non eritis sicut Hypo-  
*5.* critæ, qui amant in Synagogis, & in an-  
gulis platearum stantes orare, ut vide-  
antur ab hominibus; amen dico vobis  
recepérunt mercedem suam.

*6.* Tu autem cum oraveris intra in cubi-  
culum tuum, & clauso ostio ora Patrem  
tum in abscondito: & Pater tuus quæ  
videt in abscondito, reddet tibi.

*7.* Orantes autem nolite multum loqui  
sicut Ethnici: putant enim quod in  
multiloquio suo exaudiantur. Noli-  
te er-

te ergo assimilari eis; scit enim pater ve-  
ster quid opus sit vobis antequam peta-  
tis eum. Sic ergo vos orabitis: Pater  
noster &c.

Væ vobis scribæ, & Pharisei hypocri-  
tæ: quia comeditis domos viduarum:  
orationes longas orantes propter hoc  
amplius accipietis Judicium.

Orabo Spiritu, orabo & mente. *1. Cor. 14.*

Procidit in faciem suam orans, & di-  
cens: Pater mi, si possibile est transeat *Mat. 26.*  
à me calix iste, verumtamen non sicut *39.*  
ego volo, sed sicut tu.

Qui in diebus carnis suæ preces, sup- *Heb. 5.7.*  
plicationésq; ad Deum, qui possit illum  
salvum facere à morte cum clamore va-  
lido, & lacrymis offerens exauditus est  
pro sua reverentia.

*Oratio debet esse continuata.*

Melior est finis orationis, quàm prin- *Eccles. 7.*  
cipium. *9.*

Non impediaris orare semper, & ne *Eccli. 18.*  
verearis usq; ad mortē justificari: quo- *22.*  
niam merces Dei manet in æternum.

Videte, vigilate & orate: nescitis *Marc. 13.*  
enim quando tempus fit. *22.*

Vigilate itaq; omni tempore oran- *Lucæ 21.*  
tes, ut digni habeamini fugere, Ista o- *36.*  
mnia, quæ futura sunt, & stare ante fili-  
um hominis.

Orate sine intermissione, *1. Thes. 5.*

- 1. Tim. 2.** Volo ergo viros orare in omni loco  
8. levantes puras mentes sine ira & discep-  
tatione.

*Orationes debitas exaudit DEus.*

- Deut. 4.** Nec est illa natio tam grandis, quæ  
7. habeat Deos appropinquantes sibi, si-  
cūt DEus noster adest cunctis obsecra-  
tionibus nostris.

- 2. Reg. 22.** Laudabilem invocabo Dominum, &  
4. ab inimicis meis salvus ero.

- Ps. 11. 7.** In tribulatione mea invocabo Domi-  
num, & ad Deum meum clamabo: &  
exaudiens de templo suo vocem meam,  
& clamor meus veniet ad aures ejus.

- 3. Reg. 13.** Et ait Rex ad virum Dei: deprecare  
6. faciem Dñi Dei tui, & ora pro me, ut resti-  
tuatur manus mea mihi. Oravitq; vir  
Dei faciem Dñi, & reversa est manus Re-  
gis ad eum & facta est sicut prius fuerat.

- 17. 22.** Et exaudivit Dominus vocem Eliæ,  
& reversa est anima justi intra eum, & re-  
vixit.

- 18. 36.** Cūmq; jam tempus esset, ut offerretur  
holocaustum, accedens Elias Propheta  
ait: Domine DEus Abraham, & Isaac,  
& Israël ostende hodie quia tu es DEus  
Israël, & ego servus tuus, & juxta Præ-  
ceptum tuum feci omnia verba hæc,  
Exaudi me Domine exaudi me: ut di-  
scat populus iste, quia tu es Dominus  
DEus &c.

Cecidit autem ignis Domini, & vora- 3. Reg. 18.  
vit holocaustum & ligna &c. 38.

Dominus axaudiebat me, cum clamave- Ps. 4. 4.  
ro ad eum.

Et invoca me in die tribulationis : e- 49. 15.  
ruam te, & honorificabis me.

Ad Dominum cum tribularer clama- 119. 1.  
vi: & exaudiuit me.

Deprecatio pauperis ex ore usq; ad Eccl. 21.  
aures ejus perveniet. 6.

Et invocaverunt Dominum miseri- 48. 22.  
cordem, & expandentes manus suas ex-  
tulerunt ad Cœlum : & Sanctus Domi-  
nus DEus audiyit citò vocem ipsorum.

Ad vocem clamoris tui statim, ut au- Is. 30. 19.  
dierit respondebit tibi, &c.

Derelinquat impius viam suam, & vir- 55. 7.  
iniquis cogitationes suas, & revertatur  
ad Dominum, & miserebitur ejus, & ad  
Deum nostrum: quoniam multus est ad  
ignoscendum.

Et invocabitis me, & ibitis: & orabi- Jer. 29.  
tis me, & ego exaudiem vos. Quære- 12.  
tis me, & invenietis: cum quæsieritis  
me in toto corde vestro.

Clamavi de tribulacione mea ad Do- Joann. 21.  
minum, & exaudiuit me. 3.

Sciimus autem, quia peccatores DEus 9. 31.  
non audit: sed si quis Dei cultor est, &  
voluntatem ejus facit, hunc exaudit.

Orationes tuæ, & Eleemosynæ tuæ a- Actor. 10.

ascenderunt in memoriam in conspectu  
Dei.

**ORANTES NON EXAUDIUNTUR**  
*subinde propter obicem.*

**Deut. 1.** Cúmq; reversi ploraretis coram Do-  
44. mino : non audivit vos , nec vocí  
vestræ voluit acquiescere.

**I. Reg. 8.** Et non exaudiet vos Dominus in die  
18. illa , quâ petistis vobis Regem.

**Prov. 1.** Tunc invocabunt me, & non exaudi-  
28. am : manè consurgent , & non inveni-  
ent me, eò quòd exosam habuerint di-  
sciplinam, & timorem Domini non su-  
scepserint.

**15. 29.** Longè est Dominus ab impiis , & o-  
rationes justorum exaudiet.

**31. 13.** Qui obturat aurem suam ad clamore  
pauperis, & ipse clamabit , & non exau-  
diatur.

**28. 9.** Qui declinat aures suas, ne audiat le-  
gem , oratio ejus erit execrabilis.

**Eccli. 34.** Unus orans, & unus maledicens, cuius  
29. vocem exaudiet Deus?

**Isa. 1. 15.** Et cùm extenderitis manus vestras ,  
avertam oculos meos à vobis , & cùm  
multiplicaveritis orationem, non exau-  
diam, manus enim vestræ sanguine ple-  
næ sunt.

**Jer. 7. 16.** Tu ergo noli orare pro populo , quia  
non exaudiam te, nonne vides quid isti  
faciunt.

Noli

Noli orare pro populo isto in bonū. *Jer. 14.*  
 Cùm jejunaverint non exaudiam pre- 12.  
 ces eorum.

Quando invocabitis me, non exau- 4. *Esdr. 11.*  
 diam vos, maculâstis enim manus ve- 26.  
 stras sanguine, & pedes vestri impigri  
 sunt ad comittenda homicidia.

Scimus autem, quia peccatores *Joann. 9.*  
 non audit: sed si quis Dei cultor est, & 31.  
 voluntatem Dei facit, hunc exaudit.

Petitis & non accipitis eò, quòd male *Jacob. 4.*  
 petatis, ut in concupiscentiis vestris in- 3.  
 sumatis.

Orare sanctos. v. *Sanctorum invocatio.*

Orare pro Defunctis. v. *Purgatorium.*

#### ORDINIS SACRAMENTUM.

**H**Æc cùm dixisset insufflavit, & dixit *Ioan. 20.*  
 eis: accipite Spiritum Sanctum, 22.  
 quorum remiseritis peccata, remittun-  
 tur eis, & quorum retinueritis, retenta-  
 sunt.

Noli negligere gratiam, quæ in te est, 1. *Tim. 4.*  
 quæ data est tibi per Prophetiam cum 14.  
 impositione manuum Presbyterii.

Propter quam causam admoneo te, 2. *Tim. 1.*  
 ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te 6.  
 per impositionem manuum mearum.

#### OSCULUM PUDICUM PACIS, & CHA- ritatis symbolum.

**Q**ui cùm audisset venisse Jacobum *Gen. 29.*  
 filium sororis suæ, occurrit obvi- 13.

am ei: complexúsq; eum, & in oscula  
ruens, duxit in domum suam.

*Gen. 45.* Osculatúsq; est Joseph omnes fratres  
15. suos.

*Exod. 4.* Dixit autem Dominus ad Aaron:  
27. vade in occursum Moysi in desertum,  
qui perrexit obviam ei in montem Do-  
mini, & osculatus est eum.

*Aitor. 20.* Magnus autem fletus factus est omai-  
37. um, & procumbentes super collum Pau-  
li osculabantur eum.

*Rom. 16.* Salutare Philogum, & Julianam, Ne-  
25. reuni, & sororem ejus, salutate invicem  
in osculo sancto.

*1. Petr. 5.* Salutare invicem in osculo sancto.

14.

O T I U M.

*Eccli. 32.* **M**ultam enim malitiam docuit otio-  
29. sitas.

*Ezech. 16.* Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ fo-  
49. roris tuæ superbia saturitas panis, & a-  
bundantia, & otium ipsius, & filiorum  
ejus: & manum egeno, & pauperi non  
porrigebant. &c.

*Mat. 13.* Cùm autem dormirent homines, ve-  
25. nit inimicus ejus, & superseminavit Zi-  
zania in medio tritici & abiit.

*Prov. 6.6.* Vade ad formicam ô piger, & consi-  
dera vias ejus, & disce sapientiam, quæ  
cùm non habeat ducem nec Præceptorē,  
nec Principem, parat in æstate cibum  
sibi, & congregat in messe, quod come-  
dat. Usq;

Usquequo piger dormies? quando *Prov. 6.9.*  
consurges à somno tuo, paululum dor-  
mies, veniet tibi quasi viator egestas,  
& pauperies quasi vir armatus.

Egestatem operata est manus remissa, *10. 4.*  
manus autem fortium dicitas parat.

Qui operatur terram suam satiabitur *12. 11.*  
panibus, qui autem sectatur otium, stul-  
tissimus est.

Per agrum hominis pigri transivi, & *24. 39.*  
per vineam viri stulti: & ecce totam  
repleverant urticæ, & operuerunt su-  
perficiem ejus spinæ.

## PARENTES.

**S**In autem statim, ut audiērit con- *Num. 30.*  
tradixerit Pater, & vota & jura- *4.*  
menta ejus irrita erunt.

Diliges Dominum Deum tuum (& *Deut. 6.*  
narrabis ea filiis tuis. *7.*

Cāmq; interrogaverit te filius tuus  
cras dicens: quid sibi volunt testimo-  
nia hæc, & Cæremoniæ atq; judicia, quæ  
præcipit Dominus Deus noster nobis?  
dices ei: servi eramus Pharaonis in A-  
gypto, & eduxit nos Dominus de Aegy-  
pto in manu forti.

Docete filios vestros, ut illa medi- *11. 19.*  
tentur.

Si genererit homo filium contuma-  
cem, & protervum, qui non audiat Pa- *21. 18.*

tris autē mātris imperium, & coēcitus  
odēdīre contempserit, apprehēdēt il-  
lum, & ducent ad Seniores Civitatis.

*1. Reg. 2.* Nolite filii mei: non enim est bona  
fama, quāni ego audio, ut transgredi  
faciat̄ popūlūm Domini:

*3. 13.* Prædixi enim ei, quōd judicaturus es-  
sem domūm ejus in æternū propter  
iniquitatēm eō, quōd noverat indignē  
agere filios suos, & non corripuerit eos.

*Job. 1. 5.* Nē fortē peccaverint filii mei: & be-  
nedixerint Deo in cordib⁹ suis.

*Pſ. 77. 3.* Quanta audivimus, & cognovimus  
ea, & Patrēs nostri narraverunt nobis.

*Prov. 5. 7.* Nunc fili mi audi me, & ne recedas à  
verbis oris mei.

*7. 8.* Audi fili mi, disciplinam patris tui, &  
ne dīmittas legem matris tuæ.

*13. 24.* Qui parcit virgæ odit filium futūm:  
qui autem diligit illum instanter erudit.

*20. 7.* Justus: qui ambulat in simplicitate  
sua, beatos post se filios derelinquet.

*29. 17.* Erudit filium tuum, & refrigerabit te,  
& dabit delicias animæ tuæ.

*Eccli. 8.* Non te prætereat narratio Seniorum,  
*11.* ipsi enim didicerunt à Patribus suis,  
quoniam ab ipsis disces intellectum, &  
in tempore necessitatis dare responsum.

*30. 9.* Lacta filium, & payentem te faciet:  
lude cum eo, & contristabit te: non  
corrideas illi, ne doleas, & in nōyissimo  
obstuz-

obstupescent dentes tui. Non des illi potestatem in Juventute, & ne despicias cogitatus illius. Curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus dum infans est.

Quem ab infantia timere Deum do- *Tob. 1. 10.*  
cuit, & abstinere ab omni peccato.

Audi fili, mi verba oris mei, & ea in *4. 2.*  
corde tuo quasi fundamentum construe.

Audite ergo filii mei Patrem vestrum, *14. 10.*  
servite Domino in veritate, & inquirite,  
quæ placita sunt illi, & filiis vestris man-  
date, ut faciant justitias, & Eleemosynas,  
ut sint memores Dei.

Supra modum autem mater amabilis, *2. Mach.*  
& bonorum memoria digna, quæ per-  
euntes septem filios sub unius diei tem-  
pore conspiciens, bonō animō serebat  
propter spem, quam in Deum habebat:  
singulos eorum hortabatur voce Patria  
fortiter repleta sapientia.

Fili mi miserere mei, quæ te in utero  
noyem mensibus portavi, & lac trienniō  
dedi, & alui, in ætatēmq; istam perduxī.  
Peto nate ut aspicias ad Cœlum & ter-  
ram.

Qui amat Patrem, aut matrem plus- *Matt. 10.*  
quam me, non est me dignus: & qui a-  
mat filium aut filiam super me, non est  
me dignus. *37.*

Et vos Patres nolite ad iracundiam *Ephes. 6,*  
pro- *4.*

## 604 PASTORES, & PATIENTIA.

provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini.

### P A S T O R E S.

*Ephes. 34.* **E**T dispersæ sunt oves meæ, et quod non esset Pastor, & factæ sunt in de- vorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt.

*Matt. 18.* **Quid** vobis videtur si fuerint alicui centum oves, & erraverit una ex eis nonne relinquet nonaginta novem in montibus, & vadit querere eam, quæ erravit.

*Ioan. 10.* **Ego** sum Pastor bonus: bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem, qui non est Pastor, cuius non sunt oves propriæ, vidi lupum ve- nientem, & dimittit oves, & fugit, & lu- pus rapit, & dispergit oves.

*Actor. 20.* **Attendite** vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episco- pos, regere Ecclesiam Dei, quam acqui- fivit sanguine suo.

### P A T I E N T I A F I D E L I U M.

*2. Reg. 16.* **D**imitte eum, ut maledicat: Domi- nus enim præcepit ei, ut maledi- ceret David: & quis est, qui audeat di- cere quare sic fecerit?

*Job. 1. 21.* **Nudus** egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domi- no placuit ita factum est: sit nomen Do- mini benedictum.

Quaest.

Quasi una de stultis mulieribus locuta es: si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? in omnibus his non peccavit Job labiis suis.

Disciplinam Domini filii mihi ne abjicias: nec deficias cum ab eo corriperis: quem enim diligit Dominus corripit, & quasi Pater in filio complacet sibi.

Qui patiens est multâ gubernatur prudentiâ: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam!

Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.

Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnator est urbium.

Patientia lenietur Princeps: & lingua mollis confringet duritiam.

Usq; in tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis.

Omne quod tibi applicatum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.

Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percutserit in dexterâ maxillam tuam, praebē illi & alteram.

Non solum autem: sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribula-

Prov. 3.

11.

14. 29.

15. 1.

16. 32.

29.

2. 4.

39.

Rom. 5. 3.

bulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.

*Rom. 12.* Spe gaudentes in tribulatione patientes.

*12.* Quaecunq; scripta sunt, ad nostram  
*25. 4.* doctrinam scripta sunt, & per patientiam, & consolationē scripturarum spem habeamus. Deus autem patientia, & solatii det vobis id ipsum sapere.

Sed in omnibus exhibeamus nosmet-

*2. Cor. 6.* ipsos, sicut Dei ministros in multa patientia in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in vigiliis, in jejuniiis, in castitate, in scientia, in longanimitate.

*Ephes. 4.* Ut dignè anibuletis vocatione, quā  
*2.* vocati estis cum omni humilitate, & mansuetudine cum patientia supportantes invicem in Charitate.

*Thes. 1.* Ut & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesia Dei pro patientia vestra & fide & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis.

*2. Tim. 6.* Tu autem ô homo Dei hæc fuge, se-  
*11.* Etare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.

*Hebr. 10.* Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem.

Fide

Fide Moyses grandis factus negavit *Hebr. 11.*  
se esse filium filiae Pharaonis magis cli-  
gens affligi cum populo Dei, quam tem-  
poralis peccati habere jucunditatem.

Patientes igitur estote fratres usq; ad *Jac. 5. 7.*  
adventum Domini. Ecce agricola ex-  
pectat pretiosum fructum terrae pati-  
enter ferens donec accipiat temporane-  
um, & ferotinum. Patientes igitur esto-  
te & vos.

## PAUPERTAS.

**E**Tiam proximo suo pauper odiosus *14. 20.*  
erit.

Melior est pauper, qui ambulat in sim- *Prov. 19.*  
plicitate sua, quam qui prava labia ha-  
bet, & stultus est, melior est pauper ju-  
stus, quam vir mendax.

Melior est pauper, qui ambulat in sim- *28. 6.*  
plicitate sua, quam Dives in pravis iti-  
neribus.

Memento paupertatis in tempore a- *Eccli. 18.*  
bundantiae, & inopiae, & penuriae in die *25.*  
divitiarum,

Edent pauperes & saturabuntur. *Ps. 21. 27.*

Melius est modicum justo. *36.*

Pauper, qui sibi laborat praestat glo- *Prov. 12.*  
tioso, qui pane indiget. *9.*

Est qui se se Divitem simulat, cum ta-  
men omnino nihil habeat ; est rursus  
qui fingit se pauperem, cum opibus a-  
bunder.

- Prov. 67.** Parâsti in dulcedine tua pauperi Deus.
- 71.** Est homo marcidus egens recuperatione, plûs deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bono, & crexit eum ab humiliitate ipsius, & exaltavit caput ejus, & mirati sunt in illo multi, & honoraverunt Deum.
- Iz. 14.30.** Confide in Deo, & mane in loco tuo, facilè est enim in oculis Dei subitò honestare pauperem.
- Et paescunt primogeniti pauperum, pauperes fiducialiter requiescent, quia Dominus fundavit Sion, & in ipso sperabant pauperes populi ejus.
- Mat. 5.3.** Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum.
- 19. 21.** Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cœlo: & veni sequere me.
- Ps. 9. 19.** Quoniam non in finem erit oblivio pauperis. Tibi derelictus est Pauper.
- Prov. 15.** Melius est parùm cum timore Domini,
- 16.** quam thesauri magni, & insatiabiles.
- Duo rogavite, non deneges mihi. Vanitatem & verbum mendacii longè fac à me. Mendicitatem & divitias nederis mihi, tribue tantùm vietui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciat ad negandum, & dicam quis est Dominus?
- aut

aut egestate compulsus furer, & perju-  
rem nomen Dei mei.

Meliorest puer pauper, & sapiens re- *Eccles. 4.*  
ge sene, & stulto, qui nescit prævidere *13.*  
impostorum.

Initium vitæ humanæ est aqua, cibus *29. 28.*  
& vestitus, & domus protegens turpu-  
dinem.

Initium necessariæ rei , vitæ aqua,  
ignis, ferrum, sal, lac, & panis similagi-  
neus, & mel , & botrus, uvæ, oleum &  
vestimentum. *39. 31.*

Nihil enim intulimus in hunc mun- *1. Tim. 6.*  
dum , haud dubium quod nec auferre *7.*  
quid possumus.

## P A X.

**D**ixit ergo Abram ad Lot : ne quæso *Gen. 13.*  
sit jurgium inter me & te , & inter *8.*  
pastores meos, & pastores tuos ; fratres  
enim sumus.

Profectus inde sodit alium puteum, *26. 22.*  
pro quo non contenderunt.

Dimisit ergo Fratres suos , & profici- *45. 24.*  
scentibus ait : ne irascamini in via.

Quærite pacem civitatis , ad quam *Jer. 29. 7.*  
transmigrare vos feci , & orate pro ea  
ad Dominum : quia in pace illius erit  
pax vobis.

In tribus placitum est spiritui meo : *Ecclesi. 25.*  
quæ sunt probata coram Deo, & homi- *1.*  
nibus : Concordia fratrum , & amor

proximorum, & vir, & mulier bene sibi  
consentientes.

**Ecli. 28.** Susurro & bilingvis maledictus : mul-  
tos enim turbavit pacem habentes.

**Matt. 5.** Beati pacifici, quoniam Filii Dci vo-  
cabuntur.

**Luc. 14.** Alioquin adhuc illo longè agente,  
32. legationem mittens rogat ea, quæ pacis  
sunt.

**Rom. 12.** Si fieri potest, quod ex vobis est cum  
18. omnibus hominibus pacem habentes,  
non vos ipsos defendantes charissimi,  
sed date locum iræ.

**1 Cor. 14.** Non enim est dissensionis DEus : sed  
33. pacis.

**2 Cor. 13.** Pacem habete, & Deus pacis, & dile-  
11. ctionis erit vobiscum.

**Act. 4.32.** Multitudinis autem credentium erat  
cor unum & anima una.

**Eph. 4.3.** Supportantes invicem in charitate :  
solliciti servare unitatem spiritus in  
vinculo pacis.

**Heb. 12.** Pacei sequimini cum omnibus, &  
14. sanctimoniam sine qua nemo videbit  
Deum.

**Apoc. 6.** Et exivit alius equus rufus, & qui se-  
debat super illum, datū est illi, ut sume-  
ret pacem de terra, & ut invicem se in-  
terficiant, & datus est illi gladius ma-  
gnus.

## PECCATUM ORIGINALE.

**D**E ligno autem scientiæ boni, & mai- *Genes. 2.*  
li ne comedas, in quocunq; die *17.*  
comederis ex eo, morte morieris.

Vidit igitur mulier, quod bonum es-  
set lignum ad vescendum, & pulchrum  
œculis, aspectuq; delectabile, & tulit de  
fructu illius, & comedit, deditq; viro  
suo, qui comedit. *3. 6.*

Quis potest facere mundum de im- *Job. 14.*  
mundo conceptum semine, nonne tu *4.*  
qui solus es.

Ecce enim in iniuitatibus cōceptus *Pſ. 50. 7.*  
sum, & in peccatis concepit me mater  
mea. *9.*

Propterea sicut per unum hominem *Rom. 5.*  
peccatum in hunc mundum intravit, &  
per peccatum mors, & ita in omnes ho-  
mines mors pertransiit, in quo omnes  
peccaverunt. *12.*

Si enim unus delicto mors regnavit  
per unum: multò magis abundantiam  
gratiæ &c. *17.*

Stipendia peccati mors. *6. 23.*

Nunc autem jam non ego operor il-  
lud, sed quod habitat in me peccatum. *7. 17.*

In quibus, & nos omnes aliquando  
conversati sumus in desideriis carnis  
nostræ, facientes voluntatem carnis, &  
cogitationum, & eramus in terra filii  
iræ, sicut & cæteri.

*Tollitur per Christum reatus ejus.*

*ff. 58. 6.* **O**Mnes nos quasi oves erravimus, unusquisq; in viam suam declinavit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum, oblatus est, quia ipse voluit.

*Joann. 1.* Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

*29.*

*Rom. 3.* Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo JESU.

*24.*

*1. Joan.* Scribo vobis ut non peccetis. Sed si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem JESUM CHRISTUM JUSTUM: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.

*Rom. 5.* Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem illius filii, multò magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.

*10.*

*17.* Si enim unius delicto mors regnavit per unum: multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & justitiæ in vita regnabunt per unum JESUM CHRISTUM.

*6. 3.*

An ignoratis, quia quicunq; baptizati sumus in Christo JESU, in morte ipsius baptizati sumus.

*8. 1.*

Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo JESU, qui non secundum

dùm

dùm carnem ambulant. Lex enim Spiritus vitæ in Christo IESU liberavit me à lege peccati & mortis.

DEus autem, qui dives est in misericordia propter nimiam Charitatem suam, quâ dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo (cujus gratiâ estis salvati) & conresuscitavit, & confidere fecit in Cœlestibus in Christo IESU :

*Peccatum solus DEus remittere potest  
propriâ Authoritate.*

Qui custodis misericordiam in milia : qui aufers iniquitatem, & scelera atq; peccata. Nullusq; apud te per se innocens est.

Ego sum, ego sum ipse, qui deleo ini- *Is. 43.25.*  
quitates tuas, propter me, & peccato-  
rum tuorum non recordabor.

Delevi ut nubem iniquitates tuas : & *44. 22.*  
quasi nebulam peccata tua.

Et emundabo illos ab omni iniqui- *Jer. 33.8.*  
tate sua, in qua peccaverunt mihi, &  
propitius ero cunctis iniquitatibus eo-  
rum, in quibus deliquerunt mihi, & spre-  
verunt me.

Quis DEus similis tui, qui aufers ini- *Mich. 7.*  
quitatem, & transis peccatum reliquia- *13.*  
rum hæreditatis tuæ? non immittet  
ultrà furorem suum, quoniam volens  
misericordiam est. Revertetur & mise-

rebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum mari omnibus peccata nostra.

*Matt. 9.* Ut autem sciatis, quia filius hominis  
6. habet potestatem in terra dimitendi  
peccata.

*Lucæ. 7.* Dixit autem ad illam: remittuntur  
48. tibi peccata.

*Peccata Sacerdotes remittunt Authoritate  
Divina.*

*Matt. 18.* Amen dico vobis: quæcunq; alliga-  
18. veritis super terram, erunt ligata & in  
Cœlo: & quæcunq; solveritis super ter-  
ram, erunt soluta & in Cœlo.

*Joan. 20.* Accipite Spiritum Sanctum, quorum  
22. remiseritis peccata, remittuntur eis, &  
quorum retinueritis, retenta sunt.

*1. Joan. 1.* Si dixerimus quoniam non peccavimus,  
10. mendacem facimus eum, & ver-  
bum ejus non est in nobis.

*Peccata in Spiritum sanctum.*

*Matt. 12.* Omne peccatum, & blasphemia ho-  
minibus, spiritus autem blasphemie  
non remittetur.

*Marc. 3.* Amen dico vobis: quoniam omnia  
28. dimittentur filii hominum peccata, &  
blasphemiae, quibus blasphemaverint.  
Qui autem blasphemaverint in Spir-  
itum sanctum non habebit remissionem  
in æternum, sed reus erit æterni delicti.

*Luc. 12.* Omnis, qui dicit verbum in filium ho-  
10. minis

minis, remittetur ei, illi autem, qui in Spiritum Sanctum blasphemaverit, non remittetur.

Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. 1. Joan. 5.  
16. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis.

## PEREGRINIS: BENEFACIENDUM.

**C**umq; elevasset oculos Abraham, ap- Gen. 18.  
3. paruerunt ei tres viri stantes prope eum, quos cum vidisset, cucurrit in osculum eorum de ostio tabernaculi, & dixit: Domine ne transeas servum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lavate pedes vestros, & requiescite sub arbore. Ponamq; buccellam panis, & confortate cor vestrum, postea transibitis.

Advenam non contristabis, neq; af- Exod. 22.  
21. filiges eum: advenæ autem, & ipsi fuistis.

Peregrino molestus non eris, scitis enim advenarum animas, quia & ipsi peregrini fuistis.

Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum, cum venerit, & oraverit in hoc loco, tu exaudies in Cœlo in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena.

*4. Reg. 5.* Venit ergo Naam cum equis, & cūribus, & stetit ad ostium domūs Elisei: misítq; ad eum Eliseus nuncium dicens: Vade, & lavare septies in Jordane, & recipiet sanitatem caro tua, atq; munda-beris.

## PERJURIUM.

*Lev. 5. 4.* **A**NIMA, quæ juraverit, & protulerit labiis suis, ut vel malè quid faceret, vel bene, & id ipsum juramento, & sermone firmaverit, oblitāq; postea intellexerit delictum suum, agat pænitentiam pro delicto.

*Jer. 7. 8.* Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter.

*1. Mach. 7. 18.* Et incubuit timor, & tremor in omnem populum: quia dixerunt: non est veritas, & judicium in eis, transgredi sunt enim constitutum, & jusjurandum quod juraverunt.

*2. Mach. 4. 34.* Menelaus accedens ad Andronicum rogabat, ut Oniam interficeret. Qui cùm venisset ad Oniam, & datis dextris cum jure jurando (quamvis esset ei suspectus) svasisset de asylo procedere, statim eum peremit non veritus justitiam. Ob quam causam non solum Ju-dæi, sed aliæ etiam nationes indignabantur.

Andronicum purpurâ exutum per totam Civitatē (Antioch.) jubet circumduci, & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem comiserat, sacrilegum vita privari, Domino illi condignam retribuente pœnam.

Petrus iterum juravit cum juramento, *Mat. 26.*  
quia non novi hominem. *72.*

Lex justo non est posita sed injustis, *1.Tim. 1.*  
impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, parricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, mendacibus, & perjuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur. *10.*

## PIETAS.

**S**ervite Domino in timore, & exultate *Pj. 2. 10.*  
ei cum tremore.

Imola Deo sacrificium laudis, & redi de Altissimo vota tua. *49. 14.*

In sanctitate, & justitia coram ipso omnibus diebus nostris. *Lucæ 1.*

Omnia autem Dominus fecit, & piè *Ecli. 43.*  
agentibus dedit sapientiam. *37.*

Si quis mihi ministrat, me sequatur, *Joan. 12.*  
& ubi sum ego, illic & minister meus erit. *26.*

Quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. *1.Tim. 2.*

Omnes, qui piè volūt vivere, in Christo IESU persecutionem patientur. *2.Tim. 3.*

Abnegantes impietatem, & sacerularia. *Tit. 2. 12.*

Q95 desiderio

618 **PIGRITIA.**  
desideria sobriè, & justè & piè vivamus  
in hoc sæculo expectantes beatā spem.

Ineptas autem, & aniles fabulas de-  
vita, exerce autem te ipsum ad pietatem.  
Nam corporalis exercitatio ad modi-  
cum utilis est : pietas autem ad omnia  
utilis est, promissionem habens vitæ,  
quæ nunc est, & futuræ. v. *Bona opera.*

**PIGRITIA.**

*Prov. 6.6.* **V**Ade ad formicam ô piger, & disce  
sapientiam, quæ cùm non habeat  
Præceptorem, parat in æstate cibum sibi,  
& congregat in messe, quod comedat &c.

*13. 4.* Vult & non vult piger, anima autem  
operantium impinguabitur.

*15. 19.* Iter pigrorum quasi sepes spinarum.

*19. 24.* Abscondit piger manum suam sub  
ascella, nec ad os suum applicat eam.

*20. 4.* Propter frigus piger arare noluit,  
mendicabit ergo in æstate, & non dabi-  
tur illi.

*24. 30.* Per agrum hominis pigri transi vi, &  
per vineam hominis stulti, & ecce to-  
tam repleverunt urticæ, & operuerunt  
superficiem ejus spinæ.

*26. 13.* Dicit piger, Leo est in via, & Leæna  
in itineribus, sicut ostium vertitur in  
cardine, ità piger in lectulo suo.

*Ecccl. 22.* In lapide luteo lapidatus est piger, &  
omnes loquentur super aspernationem  
illius. De stercore boum lapidatus est  
piger,

piger, & omnis quietigerit eum, excusat manus.

Sollicitudine non pigri: spiritu ferventes Domino servientes. Rom. 12. 11.

Maledictus, qui opus Dei facit negligenter. Jer. 48. 10.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excindetur, & in ignem mittetur. Matth. 7. 19.

Scienti enim bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Jac. 4. 17.

## POENITENTIA.

**M**Anasses. Postquam coangustatus est, oravit Dominum Deum suum, & egit poenitentiam valde coram Deo patrum suorum. Deprecatusq; est eum, & obsecravit intente, & exaudivit orationem ejus, reduxitq; eum ad Jerusalēm in Regnum suum.

Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam. Job. 21. 2.

Ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere. 42. 6.

Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Sap. 11. 24.

Si pœnitentiam non egerimus, incideremus in manus Domini, & non in manus hominum. Eccli. 2. 22.

Nemo quod bonum est loquitur, nullus est, qui agat pœnitentiam. Jn. 3. 6.

- Jer. 18.8.* Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei.
- Ezech. 18.* Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit præcepta mea omnia, & fecerit iudicium, & justitiam vita vivet, & non morietur.
- 20.* Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.
- Mat. 3.2.* Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum Cœlorum.
- 8.* Facite frumentum dignum Pœnitentiæ.
- Matt. 11.* Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaïda,
- 21.* quia si in Tyro, & Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sūt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiā egissent.
- Lucæ 5.* Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.
- 32. 32.* Viri Ninivitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt ad Prædicationem Jonæ.
- 13. 3.* Nisi pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis.
- 15. 7.* Ità gaudium erit in Cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super Nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia.

Gentibus annunciabam, ut pœnitentiā agerent, & converterentur ad DEUM. 26.  
tiam digna pœnitentiæ opera facientes. 20.

Sinē pœnitentia enim sunt dona, & Rom. 11.  
vocatio Dei. 29.

Nunc gaudeo : non quia contristati 2. Cor. 7.  
estis, sed quia contristati estis ad pœni- 9.  
tentiam.

Esau, qui propter unam escam vendi- Heb. 12.  
dit primūtiva sua, scitote enim quoniam, 17.  
& postea cupiens hæreditare benedi-  
ctionem, reprobatus est, non enim in-  
venit pœnitentiæ locum , quanquam  
cum lacrymis inquisisset eam.

Non tardat Dominus promissionem 2. Pet. 3.  
suam, sicut quidam existimant : sed pa- 9.  
tienter agit propter vos nolens aliquos 9.  
perire, sed omnes ad pœnitentiam re-  
verti.

Si confiteamur peccata nostra, fide- 1. Joan. 1.  
lis est, & justus, ut remittat nobis pecca- 8.  
ta nostra , & emundet nos ab omni ini-  
quitate.

### PRÆDESTINATIO.

Qui prædestinatus est filius Dei in Rom. 1. 4.  
virtute secundūm spiritum sancti-  
ficationis.

Nam quos præscivit, & prædestinavit 8. 29.  
conformes fieri imaginis filii sui.

Quos autem prædestinavit, hos & 30.  
vocavit, & quos vocavit, hos & justifica-  
vit,

vit, quos autem justificavit, illos & glorificavit.

*x. Cor. 2.* Loquimur Dei sapientia in mysterio,  
7. quae abscondita est, quam predestinavit Deus ante saecula in gloriam nostram.

*Ephes. 1.* Qui predestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.

11. In quo etiam & nos forte vocati sumus predestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.

*Proditio & ejus punitio.*

*i. Reg. 23.* Ascenderunt Ziphæi ad Saul in Gaba, dicentes: ecce David latitat apud nos in locis tutissimis sylvæ. Nunc ergo descende, nostrum autem erit, ut tradamus eum in manus Regis.

*2. Mach.* Simon de tribu Benjamin nunciavit Apollonio pecuniis innumerabilibus plenum esse ærarium Jerosolymis, & communes copias immensas esse. Esse autem possibile sub potestate Regis cadere universa.

4. 1. Simon autem predictus pecuniarum, & patriæ delator male loquebatur de Onia.

12. 21. Enunciavit autem mysteria Rhodenses hostibus quidam de Judaico exercitu, qui requisitus comprehensus est & conclusus.

*Matt. 26.* Tunc abiit unus de duodecim, qui dicitur

titur Judas Iscariotes ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam.

## PROVIDENTIA.

**N**ubes latibulū ejus nec nostra considerat, & circa cardines Cœli perambulat. Job. 22.  
14.

Quis præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad DEum, vagantes, eò quòd non habeant cibum. 38. 41.

Dominus regit me, & nihil mihi dee-  
rit. Pſ. 22. 12.

Homines & jumenta salvabis Domi-  
ne. 35. 7.

Quoniam pusillum, & magnum ipse Sap. 6. 8.  
fecit, & æqualiter cura est illi de omni-  
bus.

In manu enim illius, & nos, & sermo-  
nes nostri, & omnis sapientia. 7. 16.

Attingit ergo à fine usq; ad finem for-  
titer, & disponit omnia faviter. 8. 1.

Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. 11. 25.

Tua autem Pater Providentia ab ini-  
tio cuncta gubernat. 14.

Nihil in terra sine causa fit. Job 5.

Sed omnia in mensura & numero, &  
pondere disposuisti. Sap. 11.  
21.

Non enim est aliis DEus, quam tu,  
cui cura est de omnibus ut ostendas,  
quoniam non injuste judicas judicium. 12. 13.

Noz.

- Mat. 10.* Nonne duo pafferis asse væneunt, &  
 29. unus ex illis non cadet super terram sine  
       patre vestro, vestri autem capilli ca-  
       pitis omnes numerati sunt.

- Aetor. 17.* In ipso enim vivimus, moyemur, &  
 28. sumus.

- x. Pet. 5.* Omnem sollicitudinem vestram pro-  
 7. jicientes in eum, quoniam ipsi cura est  
       de vobis.

## PURGATORIUM.

- 2. Mach.* Facta collatione duodecim millia  
*12. 43.* drachmas argenti misit Jerosolym-  
       mam offerre pro peccatis mortuorum  
       sacrificium, bene & religiosè de resur-  
       rectione cogitans ( nisi enim eos, qui  
       ceciderant resurrectos speraret super-  
       fluum videretur, & vanum orare pro  
       mortuis ) & quia considerabat, quòd hi  
       qui cum pietate dormitionem acce-  
       rant, optimam haberent repositam gra-  
       tianam.

46. Sancta ergo & salubris est cogitatio  
       pro defunctis exorare, ut à peccatis sol-  
       vantur.

- Matt. 5.* Esto consentiens adversario tuo citò  
 25. dum es in via cum eo : ne fortè tradat  
       te adversarius tuus judici, & Judex tra-  
       dat te ministro, & in carcerem mittaris.  
       Amen dico tibi non exies inde donec  
       reddas novissimum quadrantem.

Qui dixerit contra Spiritum Sanctū  
 non

non remittetur ei, neq; in hoc sæculo,  
neq; in futuro.

Uniuscujusq; opus quale sit, ignis *1. Cor. 3.*  
probabit. Si cuius opus manserit, quod *14.*  
superædificavit, mercedem accipiet. Si  
cuius opus arserit, detrimentum patie-  
tur. Ipse autem salvus erit, sic tamen  
quasi per ignem.

Ut in nomine JESU omne genu flecta- *Phil. 2.*  
tur Cœlestium, terrestrium, & inferno- *10.*  
norum.

Det illi Dominus invenire misericor- *2. Tim. 1.*  
diam à Domino in illa die. *18.*

Qui scit fratrem suum peccare pecca- *1. Joan. 5.*  
tum non ad mortem, petat, & dabitur ei *16.*  
vita peccanti non ad mortem. Est pec-  
catum ad mortem non pro illo dico ut  
roget quis.

Et nemo poterat neq; in Cœlo, neq; *Apoc. 5.*  
in terra, neq; subtus terram aperire li- *3.*  
brum, neq; respicere illum,

Et omnem creaturam, quæ in Cœlo  
est, & super terram, & sub terra, omnes  
audiui dicentes sedenti in Throno &  
agno, benedictio, & honor, & gloria,  
& potestas in sæcula sæculorum. *13.*

# RATIONEM DEO quisq; pro se reddet.

**D**ico autem vobis quoniam omne *Mat. 12.*  
Rr ver. *36.*

verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.

*Matt. 18.* Assimilatum est Regnum Cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cùm cœpisset rationē ponere, oblatus est ei unus, qui debebat decem millia talenta. *Vide Iudicium.*

Rex, Regnum terrenum.

*Ecli. 16.* Ab uno sensato inhabitabitur Patria, & à tribus impiis deseretur.

*Dan. 2.* Ipse mutat tempora, & ætates : transfert Regna, atq; constituit.

*Amos 9.* Ecce oculi Domini super Regnum peccans, & conteram illud à facie terræ.

*Ecli. 19.* Rex insipiens perdit populum suum, & civitates inhabitabuntur per sensum prudentium.

Propterea exhonoravit Dñs conventus malorum, & destruxit eos usq; ad finem. Sedes Ducum superborum destruit DEus, & sedere facit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefacit DEus, & plantat humiles ex ipsis gentibus.

*Esa. 24.1.* Ecce Dominus dissipabit terram, & mudabit eam. Dissipabitur terra, & dirruptione prædabitur : quia transgressi sunt Reges mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum.

Omne

Omne Regnum divisum contra se de- *Luc. 11.*  
folabitur, & omnis civitas vel domus *17.*  
divisa contra se non stabit.

*Regnum DEI vim patitur.*

A diebus autem Joannis Baptiste us- *Matt. 11.*  
que nunc Regnum Cœlorum vim pati- *12.*  
titur, & violenti rapiunt illud.

Amen dico vobis nisi conversi fueri- *18. 3.*  
tis, & efficiamini sicut parvuli, non in-  
trabitis in Regnum Cœlorum.

Dives difficile intrabit in Regnum *19. 23.*  
Cœlorum.

Manifesta sunt opera carnis : ferni- *Gals. 2.1.*  
catio, immunditia, impudicitia, luxu-  
ria idolorum servitus, beneficia, inimi-  
citiae, contentiones, æmulationes, iræ,  
rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, ho-  
mocidia, ebrietates, commissationes,  
& his similia, qui talia agunt, Regnum  
Dei non consequentur.

**SABBATHUM.**

**C**omplevitq; Deus die septimo *Gen. 2.2.*  
opus suum, quod fecerat, & re-  
quievit die septimo ab omni o-  
pere, quod patrârat.

Videte, quod Dominus dederit vobis *Exod. 16.*  
Sabbatum, & propter hoc die sexta *29.*  
tribuit vobis cibos duplices, maneat u-  
nusquisq; apud semetipsum, nullus e-  
grediatur de loco suo die septimo. Et

Sabbathizavit populus die legitimo.

**Exod. 20.** Memento, ut diem Sabbathi sanctifices.

**Lev. 16.** In hac die expiatio erit vestri, atq;

30. imundatio ab omnibus peccatis vestris, coram Domino mundabimini, Sabbathum enim requitionis est.

**19. 30.** Sabbathia mea custodite, & sanctuarium meum metuite.

**23. 32.** A vespera usq; ad vesperam celebabitis Sabbathia vestra.

**Num. 15.** Factum est autem, cum essent filii

32. Israël in solitudine, & invenissent hominem colligentem ligna in die Sabbathi. Dixit Dominus ad Moysen morte moriatur homo iste, obruat ipsum lapidibus omnis turba extra castra.

**Judith. 8.** Habens super lumbos suos cilicium, 6. jejunabat omnibus diebus vitæ suæ præter Sabbathia, & neomenias, & festa domini Israël.

**Deut. 16.** Celebrabis diem festum hebdoma-  
darum Domino Deo tuo.

**Mat. 26.** Non in die festo, ne forte tumultus  
5. fieret in populo.

**Luc. 12.** Et cum factus esset anno 12. ascendentibus illis per Jerosolymam secundum consuetudinem diei festi.

**Mat. 12.** Ecce discipuli tui faciunt, quod non  
2. licet facere Sabbathis.

**5.** Non legistis quia Sabbathis Sacerdo-  
tes

tes, in templo Sabbathum violant, & sine crimen sunt.

Quis erit ex vobis homo, qui habet *Mat. 12.*  
ovem unam, & si ceciderit hæc Sabba- *11.*  
this in foyeam, nonne tenebit, & levabit  
eam.

Orate autem, ut non fiat fuga vestra *24. 20.*  
in hyeme, vel Sabbatho.

Hypocritæ unusquisq; vestrūm sab- *Lucæ 13.*  
bato non solvit Bovem suum, aut Así- *15.*  
num à præsepio, & dicit ad aquare.

Non est hic homo à Deo, qui Sabba- *Joann. 9.*  
thum non custodit. *16.*

## S A C E R D O S.

Pontifex, id est Sacerdos maximus in- *Lev. 21.*  
ter fratres suos super cuius caput *10.*  
fusum est oleum, & cuius manus in Sa-  
cerdotio consecratæ sunt, vestitusq; est  
sanctis vestibus, caput suum non discoo-  
perit.

Dixit Dominus ad Aaron: Tu & filii *Num. 18.*  
tui portabitis iniuriam sanctuarii:  
& tu & filii tui simul sustinebitis pecca-  
ta sacerdotii vestri.

Tu autem & filii tui custodite Sacer-  
dotium vestrum: & omnia, quæ ad cul-  
tum altaris pertinent, & intra velum  
sunt, per sacerdotes administrabuntur.  
Si quis extraneus accesserit, occidetur.

Omnis oblatio, & sacrificium, & quic-  
quid pro peccato atq; delicto reddetur

mihi, & cedit in Sancta Sanctorum, tuum erit & filiorum tuorum.

**Deut. 21.** Accedéntque Sacerdotes filii Levi, quos elegerit Dominus Deus tuus, ut ministrerent ei, & benedicant in nomine ejus, & ad verbum eorum omne negotium, & quidquid mundum vel immunandum est judicetur.

**2. Par. 26.** Statimq; ingressus post eum Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini, octoginta viri fortissimi, restiterunt que Regi atq; dixerunt: non est tui officii Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed Sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hujusmodi ministerium.

**Heb. 5.6.** Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

**2. Par. 31.** Präcepit etiam populo habitantium Jerusalem, ut darent partes Sacerdotibus & Levitis, ut possent vacare legi Domini.

**Deut. 17.** Qui autem superbierit nolens obediere Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministraverit Domino Deo tuo & decreto judicis, morietur homo ille, & afferas malum de Israël.

**27.** Qui bene præsunt presbyteri duplice honore digni habeantur, maximè, qui laborant in verbo & doctrina.

**2. Tim. 5.** Adversus Presbyterum accusationem noli

noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.

In multitudine Presbyterorum prudenterium sita, & sapientiae illorum ex corde conjungere, ut omnem narracionem Dei possis audire. Eccli. 6.  
25.

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. 1. Cor. 4.  
1.

Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros in multa patientia. 2. Cor. 6.  
3.

Et nunc Fratres quoniam vos estis Presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda illorum erigite. Judith. 8.  
21.

Sacerdotes tui induantur justitiam. Ps. 131.9.  
Mal. 2.7.  
Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est. vide  
Concionator.

### SANCTORUM INVOCATIO LICITA.

O Biscero ergo vos fratres per Dominum nostrum IESUM Christum, & per Charitatem Sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudea. Rom. 15.  
30.

Orantes simul & pro nobis, ut DEUS Col. 4.3.

aperiat nobis ostium sermonis ad lo-  
quendum mysterium Christi.

**2. Thes. 3.** Fratres orate pro nobis.

**1.** Sancti in Cœlo cognoscunt preces nostras, quia  
sunt ut Angelii Dei.

**Mat. 22.** In resurrectione enim neq; nubent

**30.** neq; nubentur, sed erunt sicut Angelii  
Dei in Cœlo. De resurrectione autem  
mortuorum non legistis, quod dictum  
est à Deo dicente vobis: Ego sum DE-  
us Abraham, & DEus Isaac, & DEus Ja-  
cob, non est DEus mortuorum, sed vi-  
rorum.

**Luce 15.** Gaudium erit coram Angelis Dei su-  
**10.** per uno peccatore pœnitentiā agente.

**Tob. 12.** Quando orabas cum lacrymis, & sepe-

**12.** liebas mortuos, & derelinquebatur.  
prandium tuum, & mortuos absconde-  
bas per diem in domo tua, & nocte se-  
peliebas eos, ego obtuli orationem ta-  
am Domino.

**Apoc. 5.8.** Et cùm aperuisset librum, quatuor  
animalia, & viginti quatuor Seniores  
ceciderant coram agno habentes singuli  
citharas, & phialas aureas plenas odo-  
ramentorum, quæ sunt orationes san-  
ctorum.

**Jer. 15.1.** Et dixit Dominus ad me, si steterit  
Moyses & Samuel coram me, non est a-  
nima mea ad populum istum.

**2. Mach.** Hic est fratrū amator, & populi Isra-  
**15.14.** el,

et, hic est, qui orat multum pro populo, & universa sancta Civitate Jeremias Propheta Dei.

Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. Gen. 48. 16.

Voca ergo, si est, qui tibi respondeat, Job. 5. 1.  
& ad aliquem sanctorum convertere.

Miseremini mei, miseremini mei sal- 19. 21.  
tem vos amici mei.

Si fuerit pro eo Angelus loquens, unus de milibus miserebitur ejus, & dicet: libera eum.

*SCANDALUM PROXIMO NON  
præbendum.*

**P**onite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium, & derelinq. quite eum, ut percussus intereat.

*Qui decipit justos in via mala , in ini- Prov. 28.  
teritu suo corruet : & simplices possi- 10.  
debunt bona ejus.*

Non enim ætati nostræ dignum est *a. Mach.*  
fingere, & multi adolescentium arbit- *6. 24.*  
rantes Eleazarum nonaginta annorum  
transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi  
propter meam simulationem, & propter  
modicum corruptibilis vitæ tempus  
decipientur; & per hoc maculam atq;  
execrationem meæ senectuti conqui-  
ram *o.*

Ut autem non scandalizemus eos, Mat. 17.  
vade ad mare, & mitte hamum, & eum 26.

piscem, qui primus ascenderit tolle, & aperto ore ejus, invenies stateram, illum sumens, da eis pro me & te.

*Matt. 18.* Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.

7. Væ mundo à scandalis, necesse est enim, ut veniant scandalà, verumtamen vae homini illi, per quem scandalum venit.

8. Si enim manus tua, vel pes tuus scandalizat ee, abscide illum, & projice abs te.

*Rom. 14.* Is, qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non judicet.

15. Si enim propter cibum Frater tuus contristatur, jam non secundùm Charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

*2. Cor. 6.* Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrū.

Quodsi oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te, expedit enim tibi, ut pereat unum membrū tuum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.

### SCRIPTURA SACRA.

*Exod. 34.* D Ixit Dominus ad Moysen: scribe tibi verba hæc, quibus & tecum, & cum Israël pepigi fœdus. Non

Non addetis ad verbum, quod vobis Deut. 4.  
loquor, nec auferetis ex eo: custodite 2.  
mandata Domini Dei vestri.

Postquam autem federit in folio Re- 17. 18.  
gni sui, describet sibi Deuteronomium  
legis hujus in volumine, accipiens ex-  
pla à Sacerdotibus Leviticæ tribūs, &  
habebit secum, legētq; illud omnibus  
diebus vitæ suæ, ut discat timere Domi-  
num Deum suum, & custodire verba,  
& cæteronias ejus, quæ in lege præce-  
pta sunt.

Scripsit itaq; Moyses legem hanc, 31. 97.  
& tradidit illam Sacerdotibus filiis Levi,  
qui portabant arcam fœderis Domini,  
& cunctis senioribus Israël.

Non recedat volumen legis hujus Jof. 1. 8.  
ab ore tuo: sed meditaberis in eo die-  
bus ac noctibus, ut custodias, & facias  
omnia, quæ scripta sunt in eo.

Hic liber mandatorum Dei, & lex, Bar. 4. 1.  
quæ est in æternum, omnes, qui timent  
eam, pervenient ad vitam, qui autem  
dereliquerunt eam, in mortem.

Habent Moysen, & Prophetas, audi- Luc. 16.  
ant illos. Si Moysen & Prophetas non 29. 31.  
audiunt, neq;, si quis ex mortuis resur-  
rexit, credent.

Scrutamini scripturas, quia vos pu- Joan. 5.  
tatis in ipsis vitam æternam habere: & 39.  
illæ sunt, quæ testimonium perhibent  
de me. Multo

- Joan. 20.* Multa quidem & alia signa fecit IESUS in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.
- Actor. 17.* Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thesaloniciæ, qui suscepérunt verbum cum omni aviditate quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent.
- Rom. 4.* Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad justitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum.
- 15. 4.* Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus.
- 2. Tim. 3.* Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in politia, ut perfectus sit homo Dei ad omnne opus bonum instructus.
- 2. Pet. 1.* Hoc primùm intelligentes, quod omnis Prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.
- 3. 16.* Sicut in omnibus Epistolis loquens in eis de his : in quibus sunt quædam difficultia intellectu, quæ indocti & in-

stabiles depravans, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.

## SEDITION EJUSQUE EXEMPLA.

**C**ore, Dathan, & Abiron, qui seditione sua Num. 16. coacererâssent omnem multitudinem Israël, contra Moysen, & Aaron. Unde

Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis, & universa substantia eorum. Descenderuntq; vivi in Infernum, operti humo, & perierunt de medio multitudinis.

Sequenti die conspirati residui murmuraverunt iterum, quare Dominus percussit illos plaga horribili.

Fuerunt, qui percussi sunt 14. millia hominum, & septingenti absq; his, qui perierant in seditione Core.

Absalom contra Patrem volens eripere ipsi Regnum, misit Exploratores in universas tribus Israël dicens: statim ut audieritis clangorem buccinæ dicere: regnavit Absalon in Hebron. Unde & meritas luit pœnas.

Suspensus per capillos in quercu, transfossus est.

Seba Filius Bochri, moverat seditionem in Israël contra David.

Cui abcessum est caput, & missum per murum ad Joab.

Ante hos enim dies extitit Theodas Act. 5.36. di-

dicens se esse aliquem cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est: & omnes qui credebant ei dissipati sunt, & redacti ad nihilum.

*Luce 23.* Tolle hunc, & dimitte nobis Barab-

*19.* bam. Qui erat propter seditionem quandam factam in civitate, & homicidium, missus in carcerem.

*SENECTUS, SENIUM.*

*Levit. 19.* **C**oram cano capite consurge, & ho-

*32.* nora personam senis, & time Dominum Deum tuum.

*Job. 12.* In antiquis est sapientia, & in multo

*12.* tempore prudentia.

*Prov. 16.* Corona dignitatis senectus, quæ in

*31.* viis justitiae reperitur.

*20. 29.* Dignitas senum canities.

*Sap. 4. 9.* Senectus venerabilis est non diuturna, neq; annorum numero computata: cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.

*Ecli. 8.* Ne spernas hominem in sua senectute, et enim ex nobis fenescent.

*25. 6.* Quam speciosum canitiei judicium: quam speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus, & consilium, corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei.

*Tit. 2. 2.* Tu loquere, quæ decent sanam doctrinam senes ut sobrii sint, pudici, prudens-

dentes, fani in fide, in dilectione, in patientia.

Prov. 17.

Corona senum filii filiorum.

6.

Tres species odivit anima mea, pauperem superbum : & divitem mendacem : senem fatuum, & insensatum.

Eccli. 25.  
4.

Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

Esa. 65.  
20.

Egressa est iniqüitas de Babylone à Dan. 13. senioribus judicibus, qui videbantur regere populum.

5.

## SEPULTURA.

*Exempla honorificæ sepulturæ.*

A Abraham in terra Chanaan emit a grumi pro sepultura uxoris suæ Saræ 400. sicles argenti.

Gen. 23.  
15.

Atq; ità sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre.

39.

Præcepit filiis suis Jacob dicens: Ego congregor ad populum meum, sepelite me cum Patribus meis, in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hetæi.

49. 29.

Ibi sepelierunt eum & Saram uxorem ejus, ibi sepultus est Isaac cum Rebecca conjuge sua, ibi & Lia condita jacet.

31.

Joseph præcepit filiis suis: asportate ossa mea vobiscum de loco isto.

50. 25.

Joannis baptistæ corpus discipuli Ius tulerunt, & sepelierunt illud.

22.

Sepul-

*Sepultura honorifica carere, signum iræ Dei.*

2. Reg. 21. Sed & de Jesabel locutus est Dominus  
23. dicens: Canes comedent Jesabel in agro  
Jesraël.

24. Si mortuus fuerit Achab in Civitate  
comedent eum canes: Si autem fuerit  
mortuus in agro, comedent eum volu-  
cres Cœli.

2. Par. 21. Impius Joram occidit Fratres suos,  
19. & quosdam Principes Juda, quare pessi-  
mam ægritudinem, mortem, ac Regni  
direptionem promeruit. Mortuusque  
est in infirmitate pessima, & non fecit ei  
populus secundum morem combustio-  
nis exequias, sicut fecerat majoribus e-  
jus.

In illo tempore ait Dominus: Ejici-  
Jerem. 8. ent ossa Regum Juda, & ossa Principum  
1. 2. ejus, & ossa Sacerdotum, & ossa Prophe-  
tarum, & ossa eorum, qui habitaverunt  
Ierusalem de sepulchris suis. Et ex-  
pandent ea ad solem & lunam, & omne  
militiam Cœli, quæ dilexerunt, & qui-  
bus servierunt, & post quæ ambulave-  
runt, & quæ quæsierunt, & quæ adora-  
verunt: non colligentur & non sepeli-  
entur, in sterquilinum super faciem ter-  
ræ erunt.

### SERVITUS.

Eccli. 7. Non lædas servum in veritate ope-  
22. rantem, nec mercenarium dantem  
animam suam.

Ser-

Servus sensatus sit tibi dilectus quasi *Eccli.* 7.  
anima tua : non defraudes illum in li- 23.  
bertate, neq; inopem derelinquas eum.

Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi *33. 31.*  
anima tua : si læseris eum injustè, in fu-  
gam convertetur.

Cibaria, & virga, & onus asino, panis, *33. 25.*  
& disciplina, & opus servo. Operatur  
in disciplina, & quærit requiescere. La-  
xat manum illius, & quærit libertatem.

Servus verbis non potest crudiri; *Prov. 29.*  
quia quod dicis intelligit : & respon- 19.  
dere contemnit.

Jugum, & lorum curvant collum du-  
rum, & servum inclinant operationes *Eccl. 33.*  
assiduae. Servo malevolo tortura, & 27.  
compedes ; mitte illum in operationē,  
ne vacet. Multam enim malitiam do-  
cuit otiositas. In opera constitue eum :  
sic enim condecet illum. Quòd si autē  
non obaudierit, curva illū compedibus.

Manus fortium dominabitur : quæ *Prov. 12.*  
autem remissa est, tributis serviet. 24.

Filio doloso nihil erit boni : servo 14. 15.  
autem sapienti prosperi erunt actus, &  
dirrigetur via ejus.

Servus sapiens dominabitur filiis stu- 17. 3.  
tis.

Admone illos Principibus, & pote- *Tit. 3. 1.*  
statibus subjectos esse, dicto obedire, ad  
omne opus bonum paratos esse.

*Ephes. 6.* Et vos Domini eadem facite illis remittentes eis minas, scientes, quia illorum, & vester est Dominus in Cœlis, & personarum acceptio non est apud eum.

*Col. 4. 1.* Domini, quod justum est, æquumq; servis præstate, scientes quoniam & vos Dominum habetis in Cœlo.

*Ephes. 6.* Servi obedite Dominis carnalibus s. cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo : non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes ; sed ut servi Christi.

*Coh. 3. 22.* Servi obedite per omnia Dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Deum, quodcumq; facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus, scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis.

*1. Tim. 6.* Quicunq; sub jugo servi Dominos suos honore dignos arbitrentur ; ne nomen Domini, & doctrinā blasphemetur ; qui autem fideles habent Dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis serviant, quia fideles sunt, & dilecti.

*Tit. 2. 9.* Servos Dominis suis subditos esse in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes : sed in omnibus fidem bonam ostendentes.

**SILERE. SIMPLEX. SIMULAT.** 643

Servi subditi estote in omni timore *i. Pet. 2.*  
Dominis, non tantum bonis, & mode- *18.*  
ris, sed etiam dyscolis.

**SILERE EST UTILE.**

**T**'empus tacendi, & tempus loquen- *Eccles. 3.*  
di\_ \_o. *7.*

Est tacens, non habens sensum loque- *Eccli. 20.*  
læ, & est tacens sciens tempus aptum, *6.*  
homo sapiens racebit usq; ad tempus :  
lascivus autem, & imprudens non servabunt tempus.

Adolescens loquere in tua causa vix, *32. 12.*  
si bis interrogatus fueris, habeat caput  
responsum tuum, in nullis esto quasi in-  
sciis, & audi tacens, simil & quærens.  
In medio magnatorum non præsumas,  
& ubi sunt senes, non multum loquaris.

**SIMPLEX, & RECTUS.**

**D**ixit ad Abimelech Dominus Deus : *Gen. 20.*  
& ego scio, quia simplici corde fe- *6.*  
ceris : & ideo custodivi te, ne peccares  
in me, & non dimisi, ut tangeres eam.

Numquid considerâsti servum meum *Job. 1. 8.*  
Job, quod non sit ei similis in terra ho-  
mo simplex, & rectus.

Estote ergo prudentes sicut serpen- *Mat. 10.*  
tes, & simplices sicut columbæ. *16.*

**SIMULATIO, & HIPOCRYSIS.**

**N**e sis incredibilis timori Domini, & *Eccli. 1.*  
ne accesseris ad eum duplici cor- *36.*  
de, ne fueris hypocryta in conspectu ho-

*Jer. o. 8.*   Sagitta vulnerans lingva eorum do-  
 lum locuta est : in ore suo pacem cum  
 amico suo loquitur, & occulte ponit ei  
 insidias.

*2. Mach.*   Non enim ætati nostræ dignum est  
*6. 24.*   fingere , ut multi Adolescentum arbit-  
 rantes, Eleazarum nonaginta annorum  
 transisse ad vitam Alienigenarum , &  
 ipsi propter meam similitudinem , & pro-  
 pter meam simulationem , & propter  
 modicum corruptibilis vitæ tempus  
 decipientur.

*Matt. 23.*   Omnia ergo quæcunq; dixerint vo-  
 bis, servate, & facite ; secundum opera  
*3.*   verò eorum nolite facere ; dicunt enim,  
 & non faciunt. Alligant enim opera  
 gravia, & importabilia, & imponunt in  
 humeros hominum , digitò autem suò  
 nolunt ea movere. Omnia verò ope-  
 ra sua faciunt, ut videantur ab homini-  
 bus.

SOCIETAS BONORUM QUÆRENDA,  
 malorum vitanda.

*Num. 16.*   **D**ixit Moyses ad turbam : recedite à  
*25.*   tabernaculis hominum impiorum ,  
 & nolite tangere , quæ ad illos perti-  
 nent, ne involvamini in peccatis eorū.

*Pf. 35. 4.*   Non sedi cum Concilio vanitatis, &  
 cum iniqua gerentibus non introibo.  
 Odi-

Odivi Ecclesiam malignantium, & cum  
impiis non sedebo.

Fili mi, si te lactaverint peccatores, *Prov.* 1.  
ne acquiescas eis: si dixerint, veni no- 10.  
bisicum, &c. Fili mi ne ambules cum  
eis, prohibe pedem tuum à semitis eo-  
rum; pedes enim eorum ad malum cur-  
runt.

Qui cum sapientibus graditur sapi- 13. 20.  
ens erit; amicus stultorum similis effi-  
cietur.

Ei, qui revelat mysteria, & ambulat 20. 19.  
fraudulenter, & dilatat labia sua, ne  
commiscearis.

Noli esse amicus homini jucundo, 22. 24.  
neque ambules cum viro furioso, ne for-  
tè discas semitas ejus: & ne sumas scan-  
dalum animæ tuæ.

Ne comedas cum homine invido, & 23. 6.  
nec desideres cibos ejus, quoniam in si-  
militudinem marioli, & conjecturas æsti-  
mat, quod non habet. Comede, & bi-  
be, dicet tibi, & mens ejus non est te-  
cum. Cibos, quos comederas, evomes,  
& perdes pulchros sermones tuos.

Secundum virtutem tuam cave te à *Eccli.* 9.  
proximo tuo, & cum sapientibus, & 21.  
prudentibus tracta. Viri justi sint tibi  
convivæ.

Non credas inimico tuo in æternum, 12. 10.  
sicut enim ærumentum æruginat nequi-

tia illius: Et si humiliatus vadat curvus,  
aduc animum tuum, & custodi te ab illo.  
Non statuas illum penes te, nec fedeat  
ad dextram tuam, ne forte conversus  
in locum tuum inquirat Cathedram tuā.

*Ecli. 13.*

1. Qui tetigerit picem inquinabitur ab  
ea: & qui communicaverit superbo, in-  
duet superbiam.

*Matt. 7.*

15. Attendite à falsis Prophetis, qui ve-  
niunt ad vos in vestimentis ovium, in-  
trinsecus autem sunt lupi rapaces, à  
fructibus eorum cognoscetis eos.

*Societas honorum, exempta.*

*Gen. 18.*

32. Si inter Sodomitas, vicinásq; Civitates  
inventi fuissent decem justi, pepercisset Deus  
universis propter illos.

30. 30. Laban benedixit Deus propter Jacob.

39. 5. Benedixit Dominus domui Ægyptii  
propter Joseph, & multiplicavit tam in  
ædibus, quam in agris cunctam ejus  
substantiam.

*4 Reg. 3.*

17. Exercitui Josaphat copiosam aquam im-  
petravit Eliseus à Deo, & victoriam contra  
hostem.

*Actor. 27.*

24. Navigantes cum Paulo omnes sunt  
illuminati ad conversionem.

*Societas cum malis periculosa.*

*Gen. 4.8.*

Dixítq; Cain ad Abel fratrem suum:  
Egrediamur foras, cùmq; essent in agro,  
consurrexit Cain adversus fratrem su-  
um Abel, & interfecit eum.

*Lot in quantis periculis fuit inter Sodō. Gen. 19.  
mitas.*

Prophetavit autem Eliezer filius Do- 2. Par. 20.  
dān de Māre ad Josaphat dicens : Quia 37.  
hubuisti fœdus cum Ochozia , percussit.  
Dominus opera tua , contritæq; sunt  
naves, nec potuerunt ire in Tharsis.

Frater sui Draconum , & socius Stru- Job. 30.  
thionum, vñ mihi, quia tacui , quia vir 22.  
pollutus labiis ego sum , & in medio  
populi polluta labia habentis ego habi-  
to.

Tu ergo fili hominis , ne timeas eos , Ezech. 2.  
neq; sermones eorum metuas, quoniam 6.  
increduli , & subversores sunt tecum , &  
cum scorpionibus habitas.

Salvamini à generatione ista prava. Act. 2. 40.

Ut sitis sine querela , & simplices filii Philip. 2.  
Dei sine reprehensione in medio natio- 15.  
nis pravæ , & perversæ , inter quos luce-  
tis sicut luminaria in mundo.

Quod vidimus , & audivimus , annun-  
ciavimus vobis , ut & vos societatem ha-  
beatis nobiscum , & societas nostra sit  
cum Patre , & cum filio ejus IEsu Christo.

### SOLLICITUDO NIMIA.

**Q**uod si dixeritis , quid comedemus Lev. 25.  
Annô 7mō si non severimus , ne- 20.  
que collegerimus fruges nostras , dabo  
benedictionem meam vobis annô sextō ,  
& faciet fructum trium annorum : se-  
retis.

retisq; anno 8vō, & comedetis veteres fruges usq; ad nonum annum.

**Deut. 8.** Afflixit te penuriā, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & Patres tui: ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei.

**Ps.54.23.** Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, non dabit in æternum fluctuationem justo.

**I&#7784;. 15.** Oculi omnium int̄e sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tū manum tuam, & imples omne animal benedictione.

**Prov. 10.** Non affliget Dominus fame animam  
3. justi.

Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid

**Matth.6.** manducetis, neq; corpori vestro, quid  
25. induamini. Nōne anima plūs est, quām  
esta, & corpus plus, quām vestimentū? Respicite volatilia Cœli, quoniam non ferunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea: & Pater vester Cœlestis paſcite ea. Nōnne vos magis pluris estis illis?

Et de vestimento quid solliciti sitis?

**38.** considerate Lilia agri quomodò creſcunt, non laborant, neq; nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis, si autē fœnum agri, quod hodie

hodie est, & cras in clibanum mittitur,  
DEus sic vestit, quanto magis vos mo-  
dicæ fidei.

Nolite possidere aurum, neq; argen- *Mat. 10.*  
tum, neq; pecuniam in Zonis vestris, *9.*  
non peram in via, neq; duas tunicas,  
atq; calceamenta, neq; virgam; dignus  
enim est operarius cibo suo.

Qui autem seminatus est in spinis, *13. 22.*  
hic est, qui verbum audit, & sollicitudo  
sæculistius, & fallacia dicitiarum suffo-  
cat verbum, & sine fructu efficitur.

At illi cogitabant intra se dicentes: *16. 7.*  
quia panes non accepimus, sciens autem  
JESUS dixit: quid cogitatis intra vos  
modicæ fidei, quia panes non habetis,  
nondum intelligitis, neq; recordamini  
quinquaginta panum, in quinq; millia homi-  
num &c.

Sint mores sine avaritia, contenti *Heb. 13.*  
præsentibus, ipse enim dixit: Non te  
deseram, neq; derelinquam, ita ut con-  
fidenter dicamus: Dominus mihi ad-  
jutor, non timebo, quid faciat mihi ho-  
mo.

### SOMNIA, & VISIONES.

**V**Enit autem DEUS ad Abimelech *Gen. 20.*  
per somnium nocte & ait: En mo- *3.*  
rieris propter mulierem, quam tulisti.

Viditque Jacob in somnis scalam stan- *28. 12.*  
tem super terram, & cacumen illius tan-  
gens Cœlum. *Di-*

*Gen. 37.* **Dixitq;** Joseph ad Fratres : audite somnium meum, quod vidi : putabam me ligare manipulos in agro, & quasi confusgere manipulum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.

*40. 8.* Somnium vidimus, & non est, qui interpretetur nobis: **Dixitq;** ad eos Joseph: nunquid non Dei est interpretatio, referte mihi, quid videritis?

*41. 1.* Post duos annos vidit Pharaon somnum.

*Num. 12.* Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.

*1. Reg. 3.* Et vocavit Dominus Samuel: qui respondens ait: Ecce ego: & cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego, vocasti enim me, qui dixit, non vocavi, revertere, & dormi, & abiit, & dormivit, & ad iecit Dominus rursum vocare Samuelem &c.

*28. 6.* Consuluitq; Saul Dominum, & non respondit ei, neq; per somnia, neq; per Sacerdotes, neq; per Prophetas.

*Dan. 2. 1.* Vedit Nabuchodonozor somnium, & conterritus est spiritus ejus, & somnium ejus fugit ab eo; Praecepit autem Rex, ut convocarentur Arioli, & magi, & malefici, & Chaldaei, ut indicarent somnia sua.

*7. 1.* Daniel somnium vidit.

Ange-

Angelus Domini apparuit in somnis *Matt. 2.*  
 Joseph in Ægypto dicens : surge, & ac-  
 cipe puerum, & matrem ejus, & vade in  
 terram Israël. Defuncti sunt enim, qui  
 quærebant animam pueri.

*Somnia, & visiones contra salutem ani-  
 mæ contemnenda.*

Si surrexerit in medio tui Propheta, *Deut. 13.*  
 aut qui somnium vidisse se dicat, & præ-  
 dixerit signum, atq; portentum, & eve-  
 nerit, quod locutus est, & dixerit tibi:  
 Eamus, & sequamur Deos alienos, quos.  
 ignoras, & serviamus eis, non audias  
 verba Prophetæ illius, aut somniatoris,  
 quia tentat vos Dominus Deus yester,  
 ut palam fiat utrum diligatis eum an  
 non.

Multas curas sequuntur somnia, & *Eccles. 5.*  
 in multis sermonibus invenietur stulti-  
 tia.

Non augurabimini, neq; observabi-  
 tis somnia.

Somnia extollunt imprudentes. *Eecli. 34.*

Ab immundo quid mundabitur? & à  
 mendace quid verum dicetur? Divina-  
 tio erroris, & auguria mendacia, somnia  
 malè facientium, vanitas est,

Non vos seducant Prophetæ vestri, *Jer. 29.8.*  
 qui sunt in medio yestrūm, ne attenda-  
 tis ad somnia vestra, quæ vos somniatis;  
 quia falsò ipsi prophetant vobis in no-  
 mine meo.

*SOR-*

*Lev. 16. 8.* **D**uos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimoni, mittentq; super utrumq; sortem unam Domino, & alteram capro emissario, cuius exierit fors, Domino offeret eum pro peccato.

*Num. 26. 55.* Ità duntaxat, ut fors terram tribus divitat, & familiis. Quidquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores.

*Jos. 7. 14.* Accedetisq; manè singuli per tribus vestras, & quamcunq; tribum fors invenierit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusq; per viros. Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua.

*25. 1.* Igitur fors filiorum Judæ per cognationes suas ista fuit, à termino Edom desertum sin, &c.

*16. 1.* Cecidit quoq; fors filiorum Joseph ab Jordane contra Jericho, & sic per consequens inter omnes tribus sorte divissa est terra.

*Jon. 1. 7.* Nautæ sortem miserunt, & cecidit super Jonam.

*Mat. 27. 35.* Judæi Christi tunicam in sortem miserunt.

*Act. 1. 26.* In locum Judæ in eligendo alio super Matthiam fors cecidit.

*SPES JUSTORUM IN DEO FUNDATUR.*

**D**Ixit David ad Philistæum: tu ye-  
nis ad me cum gladio, & hasta, &  
clypeo: ego autem venio ad te in no-  
mine Domini exercituum, Dei agmi-  
num Israël, quibus exprobrâsti hodie,  
& dabit te Dominus in manu mea.

Venit autem homo Domini ad Ama-  
riam, & ait: ne egrediatur tecum Exer-  
citus Israël, non est enim Dominus cum  
Israël, & cunctis filiis Ephraim, quòd si  
putas robore exercitus bella consistere,  
superari te faciet Deus ab hostibus.  
Dei quippe est adjuvare, & fugam con-  
vertere.

Viriliter agite, & confortamini nolite  
timere, nec paveatis Regem assyriorum,  
& universam multitudinē, quæ est cum  
eo; multò enim plures nobiscum sunt  
quàm cùm eo, cum illo enim est brachium  
carneum: nobiscum Dominus Deus  
noster, qui auxiliator est noster pu-  
gnátq; pro nobis.

Venit Hananias Propheta ad Asa Re-  
gem Juda, & dixit ei: quia habuisti fi-  
duciam in Rege Syriæ, & non in Domi-  
no Deo tuo, idcirco evasit Syriæ Regis  
exercitus de manu tua.

In te speraverunt Patres nostri: spe-  
raverunt Patres nostri: speraverunt &  
liberâsti eos.

*Ecclesiastes 2.* Scitote, quia nullus speravit in Domino, & confusus est, quis enim permaneat in mandatis ejus, & derelictus est? aut quis in vocavit eum, & despexit eum?

*Ier. 40.31.* Qui autem sperant in Domino mutantur fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.

*Threnos 3.* Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti eum.

*Machabeus 2.* Non est differentia in conspectu Dei *ibidem*. Cœli liberare in multis, & in paucis, *ibidem*. quoniam non in multitudine exercitus victoria belli sed de Cœlo fortitudo est.

Spe enim salvi facti sumus, spes augem, quæ videtur, non est spes, nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. *Vide Victoria à Deo expetanda.*

*SPIRITUS SANCTUS PROMITTITUR.*  
*Ezechiel 39.* Non derelinquam quenquam ex eis *ibidem*, & non abscondam ultra faciem meam ab eis, eò quod effuderim spiritum meum super omnem domum Israël, ait Dominus Deus.

*Joel 2.28.* Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ &c. Sed & super servos meos, & ancillas meas in diebus illis effundam spiritum meum. *Ego*

Ego quidem baptizo vos in aqua ad Matt. 3.  
pœnitentiam, qui autem post me ventu-  
rus est, fortior me est, cuius non sum di-  
gnus calceamenta portare, ipse vos ba-  
ptizabit in Spiritu Sancto, & igne.

Hoc autem dixit de spiritu, quem ac- Joan. 5.  
cepturi erant credentes in eum : non 39.  
dum enim erat Datus spiritus, quia JE-  
sus nondum erat glorificatus.

Et ego rogabo Patrem, & alium pa- 14. 16.  
raclytum dabit vobis, ut maneat vobi-  
scum in æternum spiritum veritatis.

Paraclytus autem Spiritus Sanctus, 26.  
quem mittet Pater in nomine meo, ille  
vos docebit omnia, & suggeret vobis  
omnia; quæcunq; dixerò vobis.

Sed ego veritatem dico vobis, expe- 26. 7.  
dit vobis, ut ego vadam ; si enim non  
abiero, Paraclytus non veniet ad vos,  
si autem abiero, mittam eum ad vos. Et  
cum venerit ille, arguet mundū de pec-  
cato, & de justitia, & de judicio.

*Spiritus Sanctus docet mentes.*

Non enim vos estis, qui loquimini, Matt. 10,  
sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur 20.  
in vobis.

### SUPERBIA.

**Q**uia audisti vocem uxoris tuæ, & Genes. 3.  
comedisti de ligno, ex quo præce- 17.  
pcram tibi, ne comederes, maledicta ter-  
ra inopere tuo.

Dixit

- Genes. 3.* Dixit serpens ad mulierē: nequaquā  
*5.* morte moriemini, scit autem D̄Eus in  
 quacunq; die comederitis ex eo, aperi-  
 entur oculi vestri, & eritis sicut Dii sci-  
 entes bonum, & malum.
- 11. 4.* Dixerunt: venite faciamus nobis Ci-  
 vitatem, & turrim, cuius culmen per tin-  
 gat Cœlum, & celebremus nomen no-  
 strum, antequam dividamur in univer-  
 sas terras.
- Tob. 4. 14.* Superbiā nunquā in tuo sensu, aut in  
 tuo verbo dominari permittas: in ipsa  
 enim initium sanguinis, & omnis perdi-  
 tio.
- Prov. 13.* Inter superbos semper jurgia sunt.
- 10.* Abominatio Domini est omnis arro-  
*16. 5.* gans etiamsi manus ad manum fuerit,  
 non est innocens.
- Eccli. 10. 9.* Quid superbit terra, & cinis.
- 25. 3.* Tres species odivit anima mea: pau-  
 perem superbū, divitem mendacem,  
 senem fatuum, & insensatum.
- Ezech. 16.* Ecce hæc fuit iniqitas Sodomæ su-  
*49.* perbia, saturitas panis, & abundantia,  
 & otium ipsius, & filiorum ejus.
- Isa. 14.* Quomodo cecidisti de Cœlo Lucifer,  
*qui manè oriebaris?* corruisti in terrā,  
*12.* qui vulnerabas gentes, qui dicebas in  
 corde tuo: Conscendam super astra  
 Dei, exaltabo solium meum, sedebo in  
 monte testamenti, in lateribus Aqui-  
 lonis

Ionis ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.

Tu es Rex, qui magnificatus es, & in *Dan. 4.*  
valuisti, & magnitudo tua crevit, & per-  
venit usq; ad Cœlum, & usq; ad termi-  
nos terræ potestas tua. *19.*

Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex : *22.*  
Regnum tuum transibit à te, & ab ho-  
minibus ejicient te, & cum bestiis, & feris  
erit habitatio tua : fœnum quasi bos  
comedes, & septem tempora mutabun-  
tur super te, donec scias, quòd Domine-  
tur excelsus in Regno hominum, & cui-  
cunq; voluerit dat illud.

Tu quoq; filius ejus Balthasar non  
humiliasti cor tuum, cùm scires hæc o-  
mnia: sed aduersum Dominatorem Cœ-  
li elevatus es. *5. 23.*

Idcirco ab eo missus est articulus ma-  
nūs, quæ scripsit hoc, quod exaratū est:  
Mane, Thecel, Phares. *25.*

Superbia cordis tui extulit te habi- *Ab. 1. 3.*  
tantem in scisfūris petrarum, exaltan-  
tem solum tuum, qui dicis in corde  
tuo : quis detrahet me in terram ? si  
exaltatus fueris ut aquila &c.

Isq; qui sibi (Antiochus) videbatur *2. Mach.*  
etiam fluctibus maris imperare supra  
humanū modum superbia repletus est,  
& montium altitudines in statera ap-  
pendere, nunc humiliatus est ad terram, *9. 8.*

Tt in

in gestatorio portabatur, manifestam  
Dei virtutē in semetipso contestans &c.

**Lue. 10.** Et tu Capharnaum usq; ad Coelum

15. exaltata, usq; ad Infernum demergeris.

14. 11. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, &  
qui se humiliat, exaltabitur.

**2. Tim. 3.** Erunt homines se ipsos amantes, cu-

2. pidi, elati, superbi, blasphemī, parenti-  
bus non obedientes, &c.

**x. Pet. 5. 5.** DEus superbis resistit, humilibus au-  
tem dat gratiam.

SUPERIORUM POTESTAS IN  
subtidos.

**Exod. 1. 8.** Surrexit in terra Rex novus super Æ-  
gyptum, qui ignorabat Joseph : &  
ait ad populum suum : Ecce populus fi-  
liorum Israël multus, & fortior nobis  
est. Venite sapienter opprimamus eum,  
ne forte multipliceretur.

Dixit Dominus ad Moysen : Congre-

**Num. 11.** ga mihi septuaginta viros de senibus

16. Israël : quos tu nosti, quod senes popu-  
li sint, ac Magistri.

27. 15. Providet, & Dominus DEus spirituum  
omnis carnis hominem, qui sit super  
multitudinem hanc, & possit exire, & in-  
trare ante eos &c.

**Deut. 1.** Præcepit eis dicens : audite illos, &

17. quod justum est judicare, sive civis sit  
ille, sive peregrinus. Nulla erit distan-  
tia personarum, ita parvum audietis ut  
ma-

magnum, nec accipietis cuiusquam per-  
sonam, quia Dei judicium est.

Per me Reges regnant, & Legum Con- Prov. 8.  
15.  
ditores justa decernunt.

Ubi non est gubernator, populus cor-  
ruet: salus autem ubi multa consilia. 11. 14.

Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat 20. 8.  
omne malum intuitu suo.

Leo rugiens, & ursus esuriens, prin-  
ceps impius super populum pauperem. 28. 15.

Rex, qui judicat in veritate paupe-  
res, thronus ejus in æternū firmabitur. 29. 14.

Væ qui condunt leges iniquas, & scri- Is. 10. 1.  
bentes injustitiam scripserunt, ut op-  
primerent in judicio pauperes &c.

Dicit Dominus Deus: sufficiat vobis Ezech.  
45. 9.  
Principes Israël iniquitatem, & rapinas  
intermitte, & judicium, & justitiam faci-  
te, &c.

Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & Matt. 22.  
21.  
quæ sunt Dei Deo.

Omnis anima potestatis sublimio- Rom. 13.  
1.  
ribus subdita sit; non est enim potestas  
nisi à Deo: quæ autem sunt à Deo or-  
dinatæ sunt; Itaq; qui resistit potestati,  
Dei ordinationi resistit, qui autem re-  
sistunt, ipsi sibi damnationē acquirunt.

Admone illos Principibus, & po- Tit. 3. 1.  
statibus subditos esse, dicto obedire, ad  
omne opus bonum paratos esse.

Obedite Præpositis vestris, & subja- Heb. 13.  
cte. 17.  
T t 2

cete eis; ipsi enim per vigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

- 1. Pet. 2.* Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi quasi præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum.

## TEMERITAS.

- Num. 14.* **I**Sraëlitæ temerariè contra monitionem Moysis contenebrati, ascenderunt monte, ubi inimici contra eos descendentes percusserunt eos turpiter.

- Deut. 1.* Dic ad eos: nolite ascendere, neque pugnetis; non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris. Locutus sum, & non auditis, sed adversantes imperio Domini, & tumentes superbiâ ascendistis in montem. Itaq; egressus Amorhæus, qui habitabit in montibus, & obviā veniens persecutus est vos, sicut solent apes persequi.

- Matt. 26.* Et ecce unus ex his, qui erant cum Iesu extendens manum eximit gladium suum, & percutiens servum Principis Sacerdotum amputavit auriculam ejus.

- Joan. 11.* Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didimus ad condiscipulos: eamus & nos, & moriamur cum eo.

- 1. Mach.* Josephus Zachariæ filius, & Asarias dixerunt: Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare adversus gentes, quæ in circuitu nostro sunt.

TEM-

## TEMPLUM SPIRITUALE.

**R**Espondit JESUS, & dixit eis: solvite *Joann. 2.*  
templum hoc, & in tribus diebus. *19.*  
excitabo illud.

Ille autem dicebat de templo corpo-  
ris sui, cùm ergò resurrexisset à mortuis,  
recordati sunt Discipuli ejus, quia hoc  
dicebat, & crediderunt sermoni, quem  
dixit JESUS. *11.*

Quis autem consensus templo Dei *2. Cor. 6.*  
cum Idolis? vos enim estis templum. *16.*  
Dei vivi, sicut dicit DEUS.

Christus verò tanquam filius in do- *Hebr. 3.*  
mo sua: quæ domus sumus nos, si fidu- *6.*  
ciam, & gloriam spei usq; ad finem fir-  
mam retinuerimus.

*Templum materiale.*

Et sanctuarium meum ineteuite, ego *Lev. 19.*  
Dominus. *30.*

Nunquid spelunca latronum facta est *Jer. 7. 11.*  
domus ista, in qua invocatum est no-  
men meum in oculis vestris.

Propter malitiam ad inventionum *Ose. 9. 15.*  
eos de domo mea ejiciam eos.

*TIMOR DEI UTILEIS.*

**N**on extendas manum tuam super *Gen. 22.*  
puerum, neq; facias ei quidquam: *12.*  
nunc cognovi, quòd times Deum, & non  
pepercisti unigenito filio tuo propter  
me.

Quid Dominus DEUS petit à te, nisi *Deut. 10.*  
T t 3 ut *12.*

ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum: ac servias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiásque mandata Domini, & Cæremonias ejus.

*Job. 1. 8.* Nunquid considerâsti servum meum, Job, quod non sit illi similis in terra homo simplex, & rectus, ac timens DEum, & recedens à malo.

*28. 28.* Timor Domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia.

*Ps. 33. 10.* Timete Dominum omnes sancti ejus: quoniam non est inopia timentibus eum.

*III. 1.* Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis ejus volet nimis.

*227. 4.* Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

*Prov. 9. 10.* Principium sapientiae timor Domini.

*10. 27.* Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breviabuntur.

*39. 23.* Timor Domini ad vitam, & plenitudine commorabitur absq; visitatione pessima.

*Ecli. 15. 1.* Qui timet Deum, faciet bona.

*33. 4.* Timenti Dominum non occurrerent mala; sed in tentatione DEus illū conservabit, & liberabit à malis.

*34. 16.* Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pavebit: quoniam ipse est spes ejus.

*Timor non repugnat fidèi, aut spēi.*

Sunt justi, & sapientes, & opera eorum *Eccles. 2.*  
in manu Dei, & tamen nescit homo, u-  
trum amore, aut odio dignus sit, sed o-  
mnia in futurum servanteur incerta.

De propitiatio peccato noli esse sine *Eccl. 5.5.*  
metu, & ne dicas: miseratio Domini ma-  
gna est, multitudinis peccatorum meo-  
rum miserebitur.

Tu autem fide stas: noli autem fa- *Rom. 11.*  
pere, sed time, si enim DEus naturalibus  
ramis non pepert, ne forte nec tibi  
parcat.

Castigo corpus meum, & in servitutē *1. Cor. 9.*  
redigo, ne forte cum aliis predicaverim,  
ipse reprobus efficiar.

Qui se existimat stare, videat ne ca-  
dat. Cum metu, & tremore operemini  
vestram salutem.

## TRADITIONES:

**E**go enim accepi à Domino, quod & *1. Cor. 11.*  
tradidi vobis.

Cœtera autem cùm venero disponā.

Itaq; fratres state, & tenete traditio- *2. Thes. 2.*  
nes, quas didicistis, sive per sermonem,  
sive per Epistolam nostram.

Plura habens vobis scribere, nolui *Joann. 21.*  
per chartam, & atramentum: spero e-  
nim me futurum apud vos, & os ad os  
loqui: ut gaudium vestrum plenum sit.

Multa habui tibi scribere, sed nolui

per atramentum, & calatum scribere tibi: spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur.

*Joan. 16.* Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò, cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

*12.* *25.* Sunt autem & alia multa, quæ fecit JESUS, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros.

*Act. 1. 3.* Per dies quadraginta apparet eis, & loquens de Regno Dei.

## TRIBULATIO.

*Ecli. 2.1.* Fili accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, & timore, & præpara animam tuam ad temptationem.

*Ps. 33.19.* Juxta est Dominus illis, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit. Multæ tribulationes justorum, de omnibus his tribulationibus liberabit eos Dominus.

*Matt. 5.* Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.

*10.* *16.* Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, tradent enim vos in conciliis, & synagogis suis flagellabunt vos.

*Luc. 14.* Si quis venit ad me, & non odit Patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

Omnies

Omnis qui piè volunt vivere in Christo JESU persecutionem patientur. 2. Tim. 3.

Beatus homo, qui corripitur à Deo, Job. 5.17.  
in crepationem ergo Domini ne reprobes.

Ego quos amo arguo, & castigo, & mulare ergo, & age pœnitentiam. Apoc. 3.

Homo natus de muliere, brevi vivens Job. 14.1.  
tempore repletur multis miseriis.

Id enim, quod in Præsenti est momen- 2. Cor. 4.  
tancum, & leve tribulationis nostræ su- 17.  
pra modum in sublimitate æternum  
gloriæ pondus operatur in nobis.

Si bona suscepimus de manu Dei, ma- Job. 2.10.  
la cur non sustineamus.

Diligentibus Deum, omnia coope- Rom. 8.  
rantur in bonum. 28.

Per multas tribulationes oportet nos  
intrare in Regnum Dei.

Omnis, qui colit te, si in tribulatione Tob. 3.21.  
fuerit liberabitur.

### TRINITAS FIGURATA, & DECLARATA.

**V**Idit DEUS, quòd esset bonum & ait: Genes. 1.  
Faciamus hominem ad imaginem,  
& similitudinem nostram.

Apparuit autem ei DEUS in convalle  
Mambre, cùmq; elevasset oculos, appa-  
ruerunt ei tres viri stantes prope eum:  
quos cùm vidisset, cucurrit in occursum  
eorum, & adoravit in terram, & dixit:

T t 5 Do-

666 TRINITAS.  
Domine si inveni gratiam in oculis tuis,  
ne transeas servum tuum.

*Exod. 3.* Ego sum DEUS Pateris tui, DEUS A-  
braham, DEUS Isaac, & DEUS Jacob.

Clamabant alter ad alterum, & dice-

*Isa. 6. 3.* bant Sanctus, Sanctus, Sanctus DEUS.  
exercitum.

Non à Principio in abscondito locu-  
*48. 16.* tus sum: ex tempore antequam fieret  
ibi eram, & nunc Dominus DEUS misit  
me, & spiritus ejus.

Hoc dicit Dominus Redemptor tuus  
*61. 1.* Israël Spiritus Domini super me: eò  
quod unxerit Dominus me, ad annun-  
ciandum mafvetis misit me, ut mederer  
contritis corde.

*Matt. 3.* Baptizatus autem JESUS confessim  
ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei  
oculi, & vidit Spiritum Dei descenden-  
*16.* tem sicut columbam, & venientem su-  
per se, & ecce vox de cœlis dicens: Hic  
est filius meus dilectus, in quo mihi be-  
ne complacui.

*Joan. 14.* Et ego rogabo Patrem, & aliam pa-  
raclytum dabit vobis, ut maneat vobi-  
*16.* scum in æternum.

Paraclytus autem Spiritus Sanctus,  
*16.* quem mittet Pater in nomine meo, ille  
vos docebit omnia, quæcunq; dixerim  
vobis.

Quo-

Quoniam tres sunt, qui testimonium *i. Joann.*  
dant in Cœlo Pater, Verbum, & Spiritus. *s. 7.*  
Sanctus, & hi tres unum sunt.

Euntes ergo docete omnes gentes, *Matt. 28.*  
baptizantes eos in nomine Patris, & fi-  
lii, & spiritus sancti.

## VERBUM DEI.

**Q**uod si audire nolueris vocem *Deut. 28.*  
Domini Dei tui, ut custodias, *15.*  
& facias omnia mandata ejus,

& Cæremonias, quas ego Præcipio tibi  
hodie, venient super te omnes maledi-  
ctiones istæ, & apprehendent te: male-  
dictus eris in Civitate, maledictus in a-  
gro, maledictum horreum tuum, & ma-  
ledictæ reliquæ tuæ: maledictus fru-  
ctus ventris tui, & fructus terræ, armen-  
ta boum tuorum, & greges ovium tua-  
rum, maledictus eris ingrediens, & ma-  
ledictus egrediens.

Omnis ergo qui audit verba mea hæc, *Matt. 7.*  
& facit ea, assimilabitur viro sapienti, *14.*  
qui ædificavit domum suam super Pe-  
tram, & descendit pluvia, & venerunt  
flumina, & flaverunt venti, & irruerunt  
in domum illam, & non cecidit; funda-  
ta enim erat super Petram.

Et omnis, qui audit verba mea hæc, &  
non facit ea, similis erit viro stulto, qui  
ædificavit domum suam super arenam,  
& de-

& descendit pluvia, & venerunt flumina,  
& flaverunt venti, & irruerunt in do-  
mum illā, & cecidit, & fuit ruina magna.

*Matt. 28.* Docentes eos servare omnia, quæ-  
*19.* cunq; mandavi vobis.

*13. 19.* Vos ergo audite Parabolam semi-  
nantis. Omnis, qui audit verbum Re-  
gni, & non intelligit, venit malus, & ra-  
pit, quod seminatum est, in corde ejus.  
Hic est qui secus viam seminatus est.  
Qui autem super petrofa seminatus est,  
hic est, qui verbum Dei audit, & conti-  
nuo gaudiō accipit illum, non habens  
autem in se radicem, sed est temporalis:  
facta autem tribulatione, & persecutio-  
ne propter verbum, continuo scanda-  
lizatur. Qui autem feminatus est in  
spinis, hic est qui verbum audit, & solli-  
citudo sœculi suffocat verbum, & sine  
fructu efficitur. Qui autem in terram  
bonam seminatus est, hic est, qui audit  
verbum, & intelligit, & fructum afferit,  
& facit aliud quidem centesimum, ali-  
ud sexagesimum, aliud verò trigesi-  
mum.

*Luc. 11.* Beati qui audiunt verbum Dei, & cu-  
*28.* stodiunt illud.

*Matt. 4.* Non in solo Pane vivit homo; sed in  
*4.* omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Vide *Scriptura Sacra*.

## VERITAS.

**E**T facta est veritas in oblivionem, & *Ils. 59. 15.*  
qui recessit à malo prædæ patuit.

Unus scripsit forte est vinum, aliud *3. Esdr. 3.*  
fortior est Rex, tertius scripsit fortiores *10.*  
sunt mulieres, super omnia vincet veri-  
tas.

Tunc inchoavit loqui de veritate *3. Esdr. 4.*  
O viri nónne fortes sunt mulieres? Ma-  
gna est terra, & excelsum est Cœlum, &  
velox cursus solis convertit in Gyro  
Cœlum in locum suum in una die nón-  
ne magnificus est qui hæc fecit, & veri-  
tas magna, & fortior præ omnibus.

Loquimini veritatem unusquisque *Zach. 8.*  
cum proximo suo: veritatem, & judici- *16.*  
um pacis judicate in portis vestris.

Propter quod deponentes mendaci- *Ephes. 4.*  
um, loquimini veritatem unusquisq; *25.*  
cum proximo suo, quoniam sumus in-  
vicem membra.

## VICTORIA à DEO EXPECTANDA.

**D**ixit autem Jonathas ad Adolescen-  
tem Armigerum suum: veni tran-  
seamus ad stationem incircumcisorum  
horum; si fortè faciat Dominus pro  
nobis: quia non est Domino difficile  
salvare vel in multis, vel in paucis.

Asa invocavit Dominum Deum & ait: *2. Par. 14.*  
Domine non est apud te ulla instantia,  
utrum

utrūm in paucis auxiliis, an in plurimis, adjuva nos Domine Deus noster.

**3. Par. 16.** Nónne Æthiopes, & Lybies multò

plures erant, quadrigis, & equitibus, & multitudine nimia, quos cum Dominino credidisse, tradidit in manu tua.

**9.** Oculi enim Domini contemplantur universam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum.

**Jud. 7.8.** Dixit Dominus ad Gedeon: multis tecum est populus, nec tradetur Madian in manus ejus, ne glorietur contra me Israël, & dicat: meis viribus liberatus sum.

**4.** Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixerim tibi, ut tecum vadat, ipse perget, quem ire prohibuerem, revertatur.

**7.** In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum. Vide Spes justorum.

### VIDUIS BENEFACIENDUM.

**Exod. 22.** **V**Iduæ, & pupillo non nocebitis, si læ-

**22.** seritis eos, vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt uxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli.

Quando messueris segetes in agro *Deut. 24.*  
 tuo, & oblitus manipulum reliqueris, *19.*  
 non reverteris, ut tollas illū; sed adve-  
 niam, & pupillum, & viduam auferre pa-  
 tieris, ut benedicat tibi Dominus D<sup>E</sup>us  
 tuus, in omni opere manuum tuarum.

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt  
*1. Tim. 5.*  
 si quæ autem vidua filios, & nepotes ha-  
 beat, discat primùm domum suam rege-  
 re, & mutuā vicem reddere parentibus. *2.*

Quæ autem verè vidua est, & desola-  
 ta speret in Deum, & instet obsecratio-  
 nibus, & orationibus nocte ac Die. *3.*  
 Nam, quæ in deliciis est, vivens mortua  
 est, & hoc præcipe, ut irreprehensibiles  
 sint. *4.*

Vidua eligatur non minùs sexaginta  
 annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in  
 operibus bonis testimonium habens,  
 si filios educavit, si hospitiō recepit, si  
 sanctorum pedes lavit, si tribulationem  
 patientibus subministravit, si omne o-  
 pus bonum subsecuta est. *5.*

Si quis fidelis habet viduas, submini-  
 stret eis, & nō gravetur Ecclesiæ, ut iis,  
 quæ verè viduæ sunt, sufficiat. *6.*

Erat autem Judith relicta ejus vidua *Judit. 8.*  
 jam annis tribus, & mensibus sex. Et in  
 superioribus domus suæ fecit sibi secre-  
 tum cubiculum, in quo cum puellis suis  
 clausa morabatur, & habens super lum-  
 bos

bos suos cilicum, jejunabat omnibus diebus vitæ suæ præter Sabbathum, & Neomenias, & festa domini Israël.

Et hæc vidua (Anna Prophetissa) usque ad annos 80. 4tuor, quæ non discedebat de templo jejuniis, & oblationibus serviens nocte ac die.

*VINDICTA SOLI DÉO, & MINISTRIS  
justitiae competit.*

*Pſ. 93. 1.* **D**eus ultiōnū Dominus: Deus ultiōnū liberè egit. Exaltare, qui judicas terram, redde retributionē superbis.  
*Prov. 24.* Nedicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei: reddam unicuiq;, secundūm opus suum.

*Ecli. 28.* Qui vindicari vult à Domino, inveni et vindictam, & peccata illius servans servabit.

*Nab. 1.2.* Deus æmulator, & ulciscens Dominus: ulciscens Dominus, & habens furorem, ulciscens Dominus in hostos suos, & irascens ipse inimicis suis.

*Matt. 5.* Ego autē dico vobis: nō resistite malo; sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

*Rom. 12.* Non vos metipos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Mihi vindicta, ego retribuā, dicit Dominus.

*Gal. 5. 5.* Videte, ne quis malum pro malo aliqui reddat; sed semper quod bonū est, sectemini invicem.

Animæ interfectorum clamabant voce magna, dicentes: usquequo Domine (Sanctus & verus) non judicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra.

Apoc. 6.

10.

## VIRGINITAS COMMENDATUR.

**S**unt enim Eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter Regnum Cœlorum: qui potest capere capiat.

Matt. 19.

12.

De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum propter instantē necessitatem; quoniam bonum est homini sic esse.

1. Cor. 7.

25.

Volo autem vos sine sollicitudine esse, qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est, & mulier innupta, & virgo quæ Domini sunt cogitat, ut sit sancta corpore, & spiritu.

32.

Igitur qui matrimonio jungit virginem suam bene facit, & qui non jungit melius facit.

38.

Beatus autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium.

49.

Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt  
Uu coin-

coinquinati; virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; iérunt.

## VISITARE ÆGROTON.

**Eccles.** 7. **M**eliūs est ire ad domū luctūs, quām  
5. ad domum convivii; in illa enim  
finis cunctorum admonetur hominum,  
& vivens cogitat, quid futurum sit.

Quando autem te vidimus hospitem,

**Matt.** 25. & collegimus te, aut nudū, & cooperu-  
87. imus te, aut quando te vidimus infir-  
mum, aut in carcere, & venimus ad t e? &  
respondens Rex dicet illis: Amendico  
vobis, quamdiu fecistis uni ex his sta-  
tribus meis minimis, mihi fecistis.

## V I S U S.

**Pj.** 118. 37. **A** Verte oculos meos, ne videant va-  
nitatem.

**Pro.** 4. 25. Oculi tui recta videant, & palpebræ  
tuæ præcedant gressus tuos.

**Eccles.** 2. Sapientis oculi in capite ejus: stultus  
14. in tenebris ambulat.

Dulce lumen, & delectabile est ocu-  
lis videre lumen solis.

Meliūs est videre, quod cupias, quām  
desiderare, quod nescias.

**Ecli.** 40. Gratiā & speciem desiderabit oculus  
22. tuus, & super hoc verides fationes.

**Pro.** 10. 10. Qui annuit oculō, dabit dolorem.

17. 24. Oculi stultorum in finibus terræ.

21. 4. Exaltatio oculorū est dilatatio cor-  
dis, lucerna impiorum peccatum.

Memento, quoniam malus est oculus *Eccles. 31.*  
nequā, nequius oculo quid creatum est? *14.*

## VITA HUMANA.

**I**N sudore vultus tui yesceris pane, do- *Genes. 3.*  
nec revertaris in terram, de qua sum- *19.*  
ptus es: quia pulvis es, & in pulverem  
reverteris.

Omnis morimur, & quasi aquæ dila- *2. Reg. 14.*  
himur in terram, quæ non revertentur: *14.*  
nec vult DEus perire animam, sed retra-  
ctat cogitans ne penitus pereat, qui ab-  
iectus est.

Peregrini enim sumus coram te, & ad- *1. Par. 19.*  
venæ, sicut omnes Patres nostri. *15.*

Quare misero data est lux, & vita his, *Job. 30.*  
qui in amaritudine sunt animæ? qui *20.*  
expectant mortem, & non venit, quasi  
effodientes thesaurum.

Dies mei velocius transierunt, quam *6. 9.*  
texente tela succiditur, & contempti  
sunt absq; ulla spe.

Hesterni sumus, & ignoramus; quo- *8. 9.*  
niam sicut umbra sunt dies nostri super  
terram.

Dies mei velociores fuerunt cursore: *9. 25.*  
fugerunt, & non viderunt bonum.

Homo natus de muliere, brevi vivens *14. 1.*  
tempore repletur multis miseriis.

Dies mei sicut umbra declinaverunt, *Psal. 101.*  
& ego sicut fœnum arui. *12.*

Recordatus est, quoniam pulvis su- *102. 15.*  
mus:  
**L u 2.**

mus: homo sunt fœnum dies ejus, tanquam flos agri, sic efflorebit.

*Eccles. 7.1.* Quid necesse est homini majora se quærere, cùm ignoret, quid conduceat sibi in vita numero dierum peregrinationis suæ, & tempore, quod velut umbra præterit.

*Ecclesiastes. 18.* Numerus dierum hominum, ut multum centum anni, quasi gutta aquæ maris deputati sunt, & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die ævi.

*41. 1.* Omnes quæ amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis; viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum!

*Isa. 40.6.* Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus, quasi flos agri.

*Luc. 17.* Dixit Dives: hoc faciam: Destruam horrea mea, & majora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea: & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comedere, bibere, epulare. Dixit autem illi Deus: stulte hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem congregasti, cuius erunt?

*Heb. 13.* Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.

*Jacob. 4.* Qui ignoratis, quid erit in crastino.  
*15.* Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modum

modicum parens, & postea exterminabitur.

**UNCTIONIS EXTREMÆ SACRAMEN-**  
*tum.*

**I**Nfirmatur quis in vobis, inducat Pres- *Jacob. 5.*  
byteros Ecclesiæ, & orent super eum 14.  
ungentes eum oleo in nomine Domini,  
& oratio fidei salvabit infirmum, & alle-  
viabit eum Dominus : & si in peccatis  
sit, remittentur ei.

**VOLUNTAS NOSTRA DEI VOLUNTA-**  
*tis conformanda.*

**I**NDicavit itaq; Samuel universos ser- *1. Reg. 3.*  
mones, & non abscondit ab eo. Et 18.  
ille ( id est Heli ) respondit : Dominus  
est : quod bonū est in oculis suis, faciat.

Adveniat regnum tuum, fiat volun- *Matt. 6.*  
tas tua sicut in Cœlo, & in terra. 10.

Pater mi si possibile, transeat à me ca- *26. 33.*  
lix iste ; verū tamen non sicut ego  
volo, sed sicut tu.

Veniam ad vos citò, si Dominus vq- *1. Cor. 4.*  
uerit. 19.

Pro eo, ut dicatis : si Dñus voluerit, *Jac. 4. 15.*  
& si vixerimus, faciemus hoc, aut illud.

Non omnis, qui dicit mihi : Dñe Dñe, *Matt. 7.*  
intrabit in Regnum Cœlorum ; sed qui 27.  
facit voluntatem Patris mei, qui in Cœ-  
lis est, ipse intrabit in Regnum Cœlorū.

Quicunq; enim fecerit voluntatem *12. 50.*  
Patris mei, ipse meus Frater, & Mater,  
& Soror est. Noli-

- Rom. 12.* Nolite conformari huic sæculo, sed  
 2. reformamini in novitate sensûs vestri,  
 ut probetis, quæ sit voluntas Dei bona,  
 & beneplacens, & perfecta.  
*1. Joan. 2.* Qui autem facit voluntatem Dei,  
 17. manet in æternum.

## V O T U M D E O.

- Lev. 27.* **H**omo, qui votum fecit, & spopon-  
 2. derit Deo animam suam, sub æ-  
 stimatione dabit pretium.

- Num. 30.* Si quis virorum votum Domino vo-  
 3. yerit, aut se constrinxerit Juramentô, non faciet irritum verbum suum, sed omne, quod promisit, implebit.

4. Mulier si quidpiam voverit, & se con-  
 strinxerit juramentô, quæ est in domo Patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognoverit Pater votum, quod pollicita est, & juramentum, quô obligavit animam suam, & tacuerit, voti rea erit, quidquid pollicita est, & juravit, opere complebit.

6. Sin autem statim, ut audiêrit contradixerit Pater, & vota, & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eò quod contradixerit Pater.

- Deut. 23.* Cùm votum voveris Deo tuo, non  
 27. tardabis reddere; quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.

- Ps. 75.12.* Vovete, & reddite Domino Deo ve-  
 stro.

stro omnes, qui in circuitu vestro affer-  
tis munera. Si quid vovisti Deo, ne mor-  
reris reddere; displicet enim ei infide-  
lis, & stulta promissio. Sed quodcunq;  
voveris redde: multóq; melius est non  
vovere, quàm post votum promissu non  
reddere.

## U S U R A.

**S**i pecuniam mutuam dederis populo *Exod. 22.*  
meo pauperi, qui habitat tecum, non *25.*  
urgebis eum, quasi exactor, nec usuris  
opprimes.

Non fenerabis fratri tuo ad usuram *Deut. 23.*  
pecuniam, nec fruges, nec aliam quam-*19.*  
libet rem, sed alieno: fratri autem tuo  
absq; usura id, quod indiget, comoda-  
bit.

Qui coacervat divitias usuris, & fœ-*Prov. 28.*  
nore liberali, in pauperes congregat il-*8.*  
las: qui declinat aures suas, ne audiat  
legem, oratio ejus erit execrabilis.

Ad usuram dantem, & amplius acci-*Ezech. 18.*  
pientem, nunquid vivet? non vivet,*13.*  
cum universa hæc detestanda fecerit,  
morte morietur. Sangvisejus in ipso  
erit.

Et si mutuum dederitis his, à quibus *Luc. 6.*  
speratis recipere, quæ gratia est vobis?*34.*  
nam & peccatores peccatoribus fœne-  
rantur, ut recipient aequalia.

ZE-

## Z E L U S.

*Exod. 32.**19.*

**M**Oyses cùmq; appropinquâset ad castra, vidi vitulum, & choros: iratûsq; valde, projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radices montis, corripiensq; vitulum, quem fecerant, combuslit, & contrivit usq; ad pulvrem, quem sparxit in aquam, & dedit ex eo potam filiis Israël. Dixítq; ad Aaron: quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum?

*1. Reg. 15.**22.*

Ait Samuel: nunquid vult DEus holocausta, & victimas, & non potius, ut obediatur voce Domini? melior est enim obedientia, quam victimæ.

*3. Reg. 18.**40.*

Dixítq; Elias ad eos: apprehendite prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi.

*19. 10.*

Ecce sermo Dei ad eum, dixítq; illi: Quid hic agis Elia? At ille respondit: Zelô zelatus sum pro Dômino Deo exercituum; quia dereliquerunt pactum tuum filii Israël.

*Matt. 27.**22.*

Et intravit JESUS in Templum Dei, & ejus ciebat omnes vendentes, & ementes in Templo, & mensas hummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit, & dicit sis: scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur; vos autem eam fecistis speluncam Latronum.

F I N I S.



